



Isagoge chronologica, id est Opusculum, ad annorum seriem in sacris Bibliis contexendam, compendio viam monstrans, ac fundamenta indicans

<https://hdl.handle.net/1874/384367>



gerüstaurernd 10.7.98

Gerüst für die neuen Pflanzbauarbeiten

¹² ¹⁰⁷ ^{an} ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰

Quoniam autem sic membra sunt hominum et sic membra sunt
et sic membra sunt hominum et sic membra sunt
obstante membris transmittuntur et sic membra sunt


160


Historia Gentium


Octavo n^o. 868.

S. oct.
868

primis h^{is} quibusdam et in fine. Si quis in superius
mae g^{ra}uibus ut in quibusdam et ad a. f. no. e. s. a. m. a. d. a.







N. 3. B



ISAGOGE

CHRONOLOGICI-

CA, ID EST:

OPUSCULUM,

AD ANNORVM SERIEM IN

sacris Biblijs contexendam, compendio viam mon-
strans, ac fundamenta indicans.

Conscriptum ab

ABRAHAMO B V-

cholcero in communem vsum

Chronologica discentium.



FRANCOFORDIÆ AD ODERAM,

in Officina Iohannis Eichorn.

M. D. LXXVII.

Ex dono Ihus Sürgeley

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

1210000

CLARISSIMO VI-
RO, DOCTRINA, SAPIEN-
tia, & summis uirtutum laudibus præstanti, CA-
SPAROHOFEMANNO, artis Medicæ
Doctori, in celebri Academia Francofur-
diana: amico reuerenter colendo,

S. D.

SAPIENTIÆ DIVINÆ
flumen est tota doctrina, humano
generi à Deo reuelata, et literarum
sacrarum monumentis comprehen-
sa institutio: quæ si discipulum ido-
neum, attentum, ac docilem inueniat, tantum ei
adfert utilitatis ac fructus, ut ille experiendo
discat, nullum esse in sacro isto codice apicem,
quin aliquid moneat aut doceat, & instar fluij
cuiusdam limpidioris inter tenues arenas, minu-
tosq; lapillos preciosi & generosi auri grana
uehat.

Atq; ut de alijs doctrinæ partibus taceam:
sola numerorum in sacris voluminibus adnota-
tio quantum boni habeat, quantum reconditæ
sapientiæ contineat, quantumq; mysteriorum
admirabilium tegat, nemo omnium, qui sacra
A 2 penitus

pénitus norunt, facile se vel mente perspicere,
vel oratione ac verbis consequi posse dixerit.

Videntur quidem parui momenti res, numerorum apices, quibus in sacris Biblijs tempora consignata sunt: atq; in his consecrandis multum sudare, putatur laboris non tam noxij, quàm infrugiferi & curiosi. Verùm illi ipsi apices tenues, magna voce loquuntur, longè aliam esse rationem sententiarum à DEO traditarum, quàm verborum ab hominibus prolatorum. De his enim verissimum sæpe est istud: Verborum mare, mentis gutta. De illis autem rectissime dixeris: Verborum gutta, sed inexhaustum sapientie mare.

Et hæc quidem cogitatio doctos & pios quosdam viros in eam adduxit sententiam, vt precium operæ non exiguum aut contemnendū se facturos crederent, si collectis literarum sacrarum numeris, usq; ad profanas historias rite accommodatis, perpetuam quandam annorum telam, à mundo condito ad natum Christum cōtexerent, testatumq; facerent, quomodo peti possint ex S. scripturæ numeris & prouidentie diuinæ testimonia amplissima, & studij historici adiumenta vtilissima.

Nos sanè cum in eiusmodi librorum lecti-
one

one sæpe multumq; versaremur, quibus tempo-
rum rationes à Scriptoribus illis exquisitè &
eruditè admodum exponebantur, magnam ex
ea re voluptatem percepimus, nunc ipsum fon-
tem, talibus doctrinæ sapientiæq; riuulis se dif-
fundentem, admirantes, nunc virorum illorum
piæ ac felicis industriæ fructus dulcissimos ve-
hementer nobis gratulantes.

Sed, vt in rebus humanis nihil est ab omni
parte beatum, obstrepebat nobis, molestiæq; nõ-
nihil creabat supputationum illarum inter se
discrepantia & varietas, qua certum erat, ab
alijs ea turbari ac labefactari, quæ ab alijs benè
pulchrèq; constructa videbantur.

Hæc itaq; supputationum perplexitas, &
veritatis cognoscendæ studiũ atq; cupiditas ar-
dens, animum nostrum impulit, vt manus ta-
bulæ Chronologicæ admoueremus, & diuersis
Chronographorum rationibus ad calculum re-
uocatis, ac inter se collatis, quid in supputatio-
nibus illis relinquendum, quidũs amplectendũ
nobis esset, explorarem ac disceremus. Im-
mensum profectò pelagus nos ingressos esse tum
demum intelligebamus, cum nobis tot tantisq;
cum difficultatibus conflictandum & collu-
ctandum esset: cum nunc in Syrtibus hærentes

*Judaremus : nunc in vado subsistentes periclitare-
remur : donec DEO clementer aspirante, cuius
auspicijs rem totam susceperamus, mare illud nõ
infeliciter superauimus, ac sublatis impedimen-
tis non solum enatauimus, inq̃ portum optatum
delati sumus : sed & nouæ Chronologiæ extru-
enda syluulam mediocrem domum adueximus :
quæ cum de amicorum sententia & consilio ex-
polianda ac adornanda esset, ad eam sanè mag-
nitudinem liber excreuit, vt maioris illius ope-
ris Chronologici, cuius editionem DEO iuuante
molimur, & ad quod toties hæc Isagoge prouo-
cat, noua nobis moenia surgerent.*

*Viderunt illa nostra viri docti, & amici
communes non pauci : & in his, Clarissime Do-
ctor Caspare, Socer tuus, omni doctrinarum et
virtutum laude præstantissimus, piæ memoriæ,
Guarus VVigandus, Medicinæ Doctor, qui v-
na propemodum voce hanc nobis extorsit εἰσα-
γωγὴν. Para, inquit, nobis χρονολογικὸν σκελε-
τὸν. Hoc ille vocabulo ex arte sua petito vteba-
tur : eoq̃ me ita tum impulit, vt de illo argu-
menti genere, subito cogitationum mearum
summam in aliquot chartas effunderem. Acce-
debant & aliorum, qui tum in literata illa aula
viue-*

viuebant, meq̄ totum possidebant, viro-
rum præstantissimorum acres sanè stimuli, & co-
hortationes, Magnifici & Nobilissimi D. A-
brahami à Grunbergk, Georgij à Regentin,
Caroli Barth LL. Doctoris, & nostri Cunradi
Bergij, quorum etiam imperium recusare hone-
stè non poteramus.

Tua verò, Clarissime vir, & Thomæ Hub-
neri, amici mei, tum veterrimi, tum integerrimi
amicissima (vt ita dicam) tyrannis, verbo-
rum verberibus aures nostras sine intermissio-
ne feriens, tandem nos penitus perculit, vt cœ-
pto opusculo postremam imponeremus manum.

Hanc itaq̄ Isagogen beato Guaro nostro
primum dicatam, ac hereditario iure ad te
transmissam, nunc tibi exhibeo, teq̄ multum
oro, vt hanc opellam, flagitatione tua nobis
expressam, boni consulas, & dextra amoris
datam, dextra candoris accipias. Benè
vale, ac salue, aeterno DEO bonitatis suæ gra-
tia perpetua te prosequente. Eleutheropoli,
ex nostro Monasteriolo. Anno gratiæ 1576:
die Sancti Angelorum, quo ingredior annum

etatis meæ 48. cum mihi faustum, felicem ac
salutarem esse iubeatis, qui vnicus Chronologiæ
nostræ scopus est, **IESVS CHRISTVS**,
λόγος Θεὸς σαρκωθεὶς, benedictus in sempiter-
na secula: Amen.

Abrahamus Buchol-
cerus.

SERIES AN
NORVM AMVN-
di creatione ad Chri-
stum.

- 1656 Aetates patrum ab Adam ad dilu-
uium (exclusiue) Gen.5.
1657 Diluuium, Gen.6.7.
292 Aetates patrum à diluuiio ad nati-
uitatem Abraham Gen.11.
1949 Natalis Abrahamæ.
75 Migratio Abrahamæ ex Haran, Ge-
ne.12.
430 Anni peregrinationis, Exod.12,
Gal. 3.
2454 Exitus Israël ex Aegypto, Exo-
di.14.
480 Anni ab exitu ad conditum tem-
plum Salomonis, 3.Reg.6.
2934 Conditum templum anno quarto
regni Salomonis. 3.Reg.6.
36 Anni vitæ & regni Salomonis, à
templo condito (excluso anno pri-
mo templi.)

4 Quartus Roboami, quo Israël desijt sequi Dominum, 2. Paral. 11.

390 Anni peccatorum & Idolatriæ domus Israel, Ezech. 4.

3364 Ultimus annus templi Salomonis.

3365 Captiuitas Babylonica & desolatio templi primi, 4. Reg. 25. & Ierem. 52.

70 Anni captiuitatis, Ierem. 25. 29. Daniel. 9. & 2. Paral. 36.

3435 Finis captiuitatis Babylonicæ. Hactenus continua series, annorū in sacris Biblijs consignata.

535 Spacium à fine captiuitatis Babylonicæ ad N.C. demonstratur ex scriptis Ethnicorum.

3970 *NATVS CHRISTVS.*

30 Anni Christi.

4000. Baptizatus Christus, Luca 3.

4 Anni 3½ ministerij Christi, Daniel. 9.

4004 Mortuus Christus, resurrexit, ascendit, S. S. misit, &c.

Alia

ALIA VIA.

- 2933 Anni ante templum conditum.
431 Anni durationis templi.
3364 Annus postremus templi Salomonis.
70 Anni captiuitatis Babylonicæ.
80 Interuallum inter duas migrationes Iudæorum ex Babel, I. sub Cyro, II. sub Artaxerxe.
3514 Esræ migratio ex Babylone in Iudæam.
490 Anni 70 hebdomadum Danielis.
4004 Mors Christi & finis hebdomadum.

ISAGOGE.

Natus est Dominus noster Iesus Christus, elapsis à rerū creatione annis 3970: quorum summam ex literis sacris expedita ratione colligemus, si initio metis quibusdam circumscribamus ac distinguamus vniuersum illud spacium, quod inter rerum creationem & Christi natalem intercessisse diximus.

Propositum est eius rei exemplum
in

in Genealogia Christi, descripta à Matthæo, ubi Euangelista interuallum inter Abrahamum & Christum tribus interstitiis dimetiens, deducit lineam ab Abrahamo ad Dauidem: inde ad transmigrationem Babylonicam, & porrò ad Christum. Secuti sunt hanc partitionem vetusti Scriptores, qui ad Matthæi distinctionem additis tribus interuallis, constituerunt sex ætates mundi, hoc ordine:

- I. A creatione ad diluuium.
- II. A diluuiò ad natum Abraham,
- III. Ab Abraham ad regnum Dauidis.
- IIII. A Dauide ad captiuitatem Babylonicam.
- V. A captiuitate ad Christum,
- VI. A Christo ad mundi finem.

Beda Chronographus excellens, primæ ætati tribuit annos 1656: Secundæ 292: tertiæ 942: quartæ 473: quintæ 589. Atq; in prioribus tribus ætatibus, satis congruunt Bedæ & nostræ rationes, si primæ

primæ ætatis anni 1656, intelligantur (vt
vulgo loquuntur) de completis: & dilu-
uij annus 1657, qui ab illo videtur omif-
sus, interponatur. Quod nisi fiat, distabit
Bedæ supputatio à nostra, vnus anni
spacio. In quarta ætate supputamus 474,
vbi Beda habet 473. Verùm hic quo-
que nihil erit discriminis, si 473. com-
pleti intelligantur.

In quintæ ætatis dimensione, longi-
us aliquantò à Beda discedimus: & non
vt ille 589, sed 606 supputamus. Qua ra-
tione cadit ei natalis Christi in 3952, no-
bis in 3970.

Certum est autem, Bedam in ætate
quinta constituere spacium iusto breui-
us & angustius: eò quod secutus Eusebi-
um, à captiuitate Babylonica ad Cyri
monarchiam non numeret 70 annos,
quod sacræ docent literæ, sed tantum 53:
& annos 70 captiuitatis extendat ad se-
cundum vsq; annum Darij Hystaspis, qui
17 annorum interuallo abest à Cyri mo-
narchia.

Oritur

Oritur hic error Eusebii ex dicto Zachariae, non recte intellecto, ubi dicit angelus cap. 1. Iam sunt 70 anni. Et loquitur de 70 annis captiuitatis pridem elapsis. Id ille exponit de 70 currente. Pugnata hac ratio cum aperto textu scripturae, quae affirmat (2. Paral. 36.) 70 annos finiri Cyro regnante. Hinc igitur existit illa 17 vel 18 annorum inter nostram & Bedae supputationem distantia.

Verum, quando hic non insignes temporum mundi articulos numeramus, sed rationem inuestigandi, ac supputandis temporibus accommodatissimam inquirimus, omissa aetatum mundi distinctione, partiemur annorum mundi seriem in tria temporum spacia.

Primum decurret nobis a rerum creatione ad conditum templum Salomonis.

Secundum, a templo Salomonis ad captiuitatis Babylonicæ finem.

Tertium, a soluta captiuitate ad Christum.

PRI.

PRIMUM SPA- CIUM

A creatione rerum ad tem-
plum Salomonis.

- 1656 Aetates patrum ante diluuium,
Gen. 5.
- 1657 Diluuium, Gen. 6. 7.
- 292 Aetates patrum à diluuiio ante na-
tum Abraham, Gen. 11.
- 1949 Natalis Abrahamæ.
- 75 Migratio Abrahamæ ex Haran, Ge-
ne. 12.
- 430 Anni peregrinationis Abrahamæ &
nepotum eius, Exod. 12, Gal. 3.
- 1454 Exitus Israël ex Aegypto, Exo-
di 14.
- 480 Anni ab exitu ad conditum tem-
plum Salomonis, 3. Reg. 6.
- 1934 Conditum templum anno quarto
regni Salomonis 3. Reg. 6.

In hac prima parte, si quid est con-
trouersia, vel dissidij Chronologici, di-
scutiemus id in obseruationibus de an-
nis 1949, & 2024, ad huius Isogoges cal-
cem adiectis. Et sanè, cum ipsa sacra scri-
pturae verba hanc annorum seriem gi-
gnant, quid opus est nodum in scirpo
quaerere? Admiranda potius est & ce-
lebranda Dei bonitas, qui non solum à
condito Adam ad natum Iacob summam
annorum 2109, aetatibus patrum à Mose
descriptis, conseruari voluit: sed etiam,
cum in Iuda filio Iacob desineret, ac in-
terrumperetur illa consignatio, ne quid
ad annorum mundi seriem continuandam
deesset, huic rei ita prouidit, vt li-
teris mandarentur duo magni numeri
annorum 430 & 480: quibus, (multorum
patrum aetatibus in vnam summam col-
lectis,) salua atq; integra permaneret an-
norum mundi series, à peregrinatione
Abrahamae ad templum Salomonis, quod
est spacium annorum 910. Effet autem
manca, mutila, & inutilis temporum no-
tatio in sacris Biblijs, si duobus illis nu-
meris 430 & 480 carendum nobis esset.

Ac

Ac priore quidem numero 430 addito
ad annum Abrahamæ 75 (mundi 2024) de-
ducitur series annorum à creatione re-
rum ad exitum ex Aegypto. Rursus,
cum ab exitu ex Aegypto tempore Iu-
dicum, varijs mutationum vicibus res
Israëliticæ voluerentur, hîc quoq; Dei
bonitas in futurum prospiciens, cauit, ne
quid damni perpetua illa Ecclesiæ Chro-
nologia caperet. Annotati sunt igitur in
libris Regum anni 480, quibus à rerum
creatione ad templum Salomonis anno-
rum 2934 systema absoluitur.

S E C V N D V M
S P A C I V M.

A condito templo Salomonis,
ad eius desolationem: & in-
de ad captiuitatis Babyloni-
cæ finem: quod constat
annis 501.

Distribuemus hoc spacium in du-
B 28

as partes : quarum altera complectetur annos 431, quibus templum Salomonis stetit: altera 70 annos, quibus Iudæi in Babylone exularunt.

Inquiramus 431 annos templi.

I.

Numerat Deus in Ezechielis cap. 4. à tempore apostasiæ Israëlís ad Hierosolymorum obsidionem, annos 390: qui numerus adiumentum ingens nobis adfert, ad iustam temporum rationem constituendam, & Bibliorum Chronologiam concinnandam. Etenim, quemadmodum antea duo magni numeri 430 & 480: Ita hoc tertio loco, cum in annis Regum admodum turbatæ & inexplicatæ essent rationes temporum, ne de integra annorum mundi summa periclitaremur, 390 annorum numerus, ore Dei prolatus, & ab Ezechiele literis mandatus est, ut Chronologiæ S. Bibliorum continuandæ ac pertexendæ seruiret.

Horum ergo 390 annorum principium ac finem de S. scripturæ indicio constituamus.

Prin-

Principium habent Paralipomena lib. 2. cap. 11, ubi dicitur: Populum Israel triennio confortasse regnum Roboam, filij Salomonis, & ambulasse in via Dauidis: sed anno quarto desuisse sequi verum Deum, & seruire coepisse Idolis.

Etsi autem Ieroboam, primus Rex decem tribuum, mox à morte Salomonis fecit defectionis à Deo initium, anno primo Roboami, Regis Iuda: tamen in Ezechiele Deus peccata Israelitarum non supputat ab anno primo Roboami: quia eo tempore adhuc ambularunt in via Dauidis, qua re certe non deliquerunt. Sed quando relicto veri Dei cultu Idola sectati sunt, anno 4 Roboami, tum demum incoanda fuit numeratio, peccatorum domus Israel.

Finem 390 annorum habet ipse Ezechiel, videlicet vrbis Hierosolymorum obsidionem cuius non solum discrete meminit Propheta ille, sed etiam per typum eam representare iubetur.

Principium igitur 390 annorum, est defectio Israël à Deo, eiusq; templo. Finis est pœna defectiois, videlicet templi destructio, & populi captiuitas: quemadmodum in delictis hominum vltimū solet esse pœna atq; supplicium.

Hic obseruandum est nostra supputa-
tione vno eodemq; anno finiri 40 annos
peccatorum domus Iuda, quos numerat
Ezechiel: & 390 annos peccatorum do-
mus Israël, quibus finitis, templum una
cum vrbe desolatum est. Nam 40 anni
peccatorum domus Iuda incipiunt cum
Jeremiæ prædicatione anno 13 Iosia reg-
is, (Ierem: cap. 25) id est, cum anno mun-
di 3325, & desinunt cum obsidione ac de-
solatione vrbs Ierusalem. Vterq; igitur
numerus Ezechielis, 390 & 40, sine
suo ad annum templi postremum 3364
collimat. Atq; ex his constare arbitra-
mur, ab anno quarto Roboami ad obsi-
dionem Ierusalem, numerandos esse an-
nos 390.

Alij 390 annos, & peccata Israël sup-
pu-

putant à morte Salom: & primo Robo-
ami. Sed hac ratione finis annorum 390
incidit in ipsum annum, quo Ezechiel
obsidionem Ierusalem 390 diebus repre-
sentauit. Antecessit autem hæc typica
Ezechielis obsidio veram Nebucadne-
zaris obsidionem quadriennio: et desola-
tionem vrbis ac templi quinquennio:
quo addito ad 390, prodit interuallum,
quod & nos inter mortem Salo: & inter
templi excidium ponimus, nempe, an-
ni 395. Si igitur secundum hanc suppu-
tationem, ponatur principium annorum
390, ad primum Roboami, antecedet
eorum finis obsidionem Hierosolymo-
rum quadriennio. Sin verò principium
sit quartus Roboami, finis erit ipsa vrbis
obsidio & desolatio: Atq; ita planè
idem est, siue à morte Salomonis ad cap-
tiuitatem Babylonicam numerentur 395:
siue à 4 Roboami ad obsidionem Ieru-
salem 390. Verùm quia Paralipome-
na tam disertè commemorant, ambulasse
Israëlitas triennio in via Davidis, &
principium vniuersalis (ut ita loqua-
mur) defectionis Israëlis à Deo ponunt

ad quartum Roboami: imò, quia ipse Ezechiel typica obsidione sua, in aliam, nempe, Nebucadnezaris obsidionem, tanquam in vaticiniij sui scopum respicit, & ad hunc ipsum Babylonicæ obsidionis annum, tam 390 quàm 40 annorum finem dirigit, magis inclinamus in sententiam de quarto Roboami, vt potius scripturæ ductum, quam nostras rationes secuti esse videamur.

Anni	{	A morte	{	obsidionem Ezechielis 390.
		Salo: ad		obsidionem Nebucadnezaris 394
				excidium templi, & urbis 395.
	{	A quarto Roboami ad obsidionem Nebucadnezaris 390.		

2970	2970	2970	2974
390	394	395	390
3360	3364	3365	3364

Restat, vt inquiramus spacium à templo condito ad 4 Roboami: quod 41 annis constare, hoc modo demonstrabimus.

Con-

Condedit Salomon Hierosolymis templum, anno 4 regni sui, 3 Reg. 6. Cumq; in vniuersum regnarit 40, subtra- cto triennio, quod templi extructionē antecessit, necesse est à iactis templi fun- damentis ad finem regni & vitæ Salo- monis, elapsos esse annos 37.

Salomoni successit Roboam, cuius anno quarto, domus Israël desiit sequi verum Deum. Additis igitur 37 Salo- monis ad 4 Roboami, confiunt 41. Iun- ctis item 390 & 41, consummantur 431: hos adde ad 2933, (qui templum antecesserunt) attinges annum templi postre- mum, 3364. Anno enim 3365, mense quinto, deleta est vrbs Ierusalem vna cū templo, & Iudaicus populus in Baby- lonem exulatum abiit.

2933	2933	
41	431	
2974	3364	
390	70	
3364	3434	
	B 4	II.

I I.

Eadem summa annorum 431 produ-
ducitur, loco suo dispositis, & inter se col-
latis annis Regum Iuda & Israël, qui in
libris Regum annotati sunt. Extat illa
dispositio in Chronologia nostræ ta-
bulis. Huc pertinet observatio de an-
no 2971, de qua infra.

III.

Paralipomenon libri tantum recen-
sent annos Regum Iuda, quos si in vnam
summam redigas, conficies 431. Salo-
mon à condito templo vixit 37. Robo-
am regnavit 17. Abia 3. Assa 41. Iosa-
phat 25. Ioram 8. Ochosias 1. Athalia 7.
(incoatis) Ioas 40. Amasias 29. Vzias
52. Ioathan 16. Ahas 16. Ezechias 29.
Manasses 55. Ammon 2. Iosias 31. Io-
achas mensibus tribus. Ioackim 11. Iech-
onias mensibus tribus, & diebus 10. Ze-
dechias 11. Summa 431.

Producuntur etiam 431 anni, si supputes

à primo Roboami ad Ezechia Regis
annum sextum, quo 10 tribus Israel in
Assyriam abductæ sunt. Numeros su-
pra consignauimus: 17. 3. 41. 25. 8. 1. 7.
40. 29. 52. 16. 16. 6. Summa 261. To-
tidem & Chronologia nostra exhibet,
ex Regum libris supputatione deducta:
eo tantum discrepante, quod illic 261 cur-
rentes, hic 261 completi producuntur.

Reliquum tempus, à sexto Ezechia
ad captiuitatem Babylonicam, constat
annis 133, & mensibus aliquot: quod ex
Regum libris discitur. Nam abiecto
sexennio, relinquuntur Ezechia 23. Ma-
nassis 55. Ammon 2. Iosia 31. Ioachas
menses 3. Ioackim anni 11. Iechonia men-
ses tres, & dies 10. Zedechia 11. Consum-
mantur anni 133, menses 6, dies 10. Iunge
133 & 261, erunt 394, & menses aliquot:
adde 37 Salomonis, constitues 431, &
paucos menses.

Vnde apparet, non multum esse dis-
criminis, quomodo cūq; supputentur 431
anni, siue ex paralipomenis, siue ex Re-

gum libris, nec de tota summa multum decedere, etsi in particularium euentuum numeris aliquid est diuersitatis.

Stetit itaq; templum Salomonis annis 431, & mensibus ferme duobus, aut tribus: vel, (vt memoriae lectoris consulamus) 430 annis, & diebus totidem circiter.

Beda quoq; templo tribuit annos 430: quibus nos addimus 430 dies.

Latet eius rei mysterium in numeris Ezechielis 390 & 40, qui iuncti efficiunt 430: Numerandi sunt autem ex eodem Propheta tam anni quàm dies 430: quia vtrorumq; meminuit. Addantur 70 anni captiuitatis Babylonicae ad 431, constabit summa annorum 501, quam huic secundo spacio adsignauimus. Copulemus itaq; priora duo spacia, et año 2934 (quo Salomon templum condidit) addamus 501, prodibit annus 3435: quo & Cyrus Monarchiam Persicam auspiciatus est,

est, & Iudæi in patriam dimissi, altare templi secundi excitarunt. Ac ita à fundato templo priore, ad erectum altare templi secundi decurrerunt 501.

Cæterùm in hoc spacio discrepant rationes Funcij, & nostræ: eò quòd ille durationi templi non tribuat 431, sed 423: de quo consulat Lector obseruationem nostram in annum 3134, sub huius opusculi finem.

TER TIV M SPA C I V M

A fine captiuitatis Babylonicæ
ad natum Christum, quod
est annorum 535.

Anno primo monarchiæ Persicæ de
finunt 70 anni captiuitatis Babylonicæ:
& abrumpitur series annorum in sacris
litteris à mundo condito, huc vsq; conti-
nuata, atq; deducta. Deinceps 535 anno-
rum

rum series ad Christum pertexenda est,
ex profanorum autorū libris, qui annos
certorum euentuum annotarunt: eosq;
alligari & connecti oportet euentibus,
in S. Biblijs consignatis: quod quidem
fieri potest duobus locis, nempe anno
mundi 3347, & 3435.

PRIMA CONNE X I O

Annorum Nabonassaris, cum
literarum sacrarum annis, ex
Jeremia & Ptolemæo: ac
fit anno mundi

3347.

Extat apud Ieremiam cap. 25 breuis
indicatio temporum, expressa his ver-
bis: Factum est verbum Domini ad Ie-
remiam anno 4 Ioiackim, ipse est annus
primus Nebucadnezaris, Regis Baby-
lonis. Hac annotatione Ieremias ipsam
clauem

clauem historiaram nobis porrigit, & fenestram aperit Chronologicam, per quam præcipuorum temporum mundi perpetuum cursum, ac fluxum aspiciamus: Simul etiam docet, ubi, & quomodo Biblicorum euentuum annis historiæ profanæ adaptandæ & copulandæ sint, quibusq; articulis vel ligamentis illæ inter se cohæreant.

Primum itaq; nobis hoc discendum venit, quòd quartus annus Ioiackim, Regis Iuda, sit annus primus Nebucadnezaris: hoc nobis non preterfluat. Deinde cap. 52 ait: Euersam esse urbem Ierusalem Zedechiæ Regis anno 11, Nebucadnezaris 19. Hoc quoq; mandetur memoriæ, copulari 19 Nebucadnezaris cum vndecimo Zedechiæ, id est, cum ipso captiuitatis Babilonicæ principio. Et quia Ioiackim regnauit vndecennio, atq; in his triennio ante Nebucadnezarem, restat octennium, quo Ioiackim & Nebucadnezar simul, in suo quisq; regno, vixerunt. Adiecto vndecennio Zedechiæ
ad

ad octennium Ioiackim, constabit summa annorum 19.

Cadit autem nobis annus quartus Ioiackim in annum mundi 3347: is erit annus primus Nebucadnezaris: Et 3365, erit dicti Regis decimus nonus.

Duobus istis annis copulandi sunt numeri adnotati à Ptolemæo: Is libro 5. cap. 14. Almagesti ait, Annum 5 Nabopolassaris distare à Nabonassaris principio annis 127. Hic sciendum est, Nabopolassarem à Ptolemæo vocari eum, quem Ieremias nominat Nebucadnezarem: & Ptolemæi Nabonassarem, in sacris literis vocari Salmanassarem: quorum vtrumque confirmabimus in observatione anni 3224, huic lucubrationi annexa. Et, quia in nominum permutatiōe propter literarum affinitatem facilis est lapsus, proponemus id in memoriæ subsidium hac tabella.

Ptole	}	Nabonassar	}	in Biblijs	}	Salmanassar
mei	}	Nabopolassar	}	nominatur	}	Nebucadnezar, uel Nabugodonosor.
						vtriusque

vtriusq; Regis annos Ptolemæus accurate supputat: qui, si digerantur, & annis mundi applicentur, quintus Nebucadnezaris, siue Nabopolassaris, erit annus mundi 3351. Ab eo ad Nabonassarem, supputat Ptolemæus 127. subtrahantur 127 ab 3351, incidet primus Nabonassaris siue Salmanassaris in finem 3224.

Constituimus itaq; has propositiones.

3351 est quintus Nabopolassaris siue Nebucadnezaris: à Nabonassare 127.

3224 (prope finitus) est primus Nabonassaris.

3347 est primus Nabopolassaris: à Nabonassare 123.

3365 est 19 Nebucadnezaris, & annus primus captiuitatis: à Nabonassare 141.

Adde 70 annos captiuitatis, incidet finis eorum in 3435, in annum Nabonassaris 311.

Hæc porta est, vt dixi, per quam
ad

ad Historiarum sacrarum & profanarū
 conciliationem progredimur: quod pau-
 lō post fiet manifestius, vbi Olympiadas
 ex annis Nabonassaris pendere demon-
 strabimus.

3224	3224	3224	3224	3365
123	127	141	211	70
3347	3351	3365	3435	3435

A L I A C O N F I R -
 matio primæ connexionis ex
 Regum Persicorum an-
 nis.

Vt maior sit connexionis huius cer-
 titudo, petamus etiam ex Ptolemæo te-
 stimonia, de annis Regum Persicorum,
 qui Assyrijs successerunt, & quorum
 primus Cyrus, Iudaicæ gentis captiui-
 tatem soluit. Nam vt Regum Persico-
 rum beneficia in Ecclesiam Dei sacra
 scriptus

scriptura commemorat: ita Ptolemæus illorum annos consignat, eosq; cum annis Nabonassaris copulare docet.

Ptolemæus lib: 5. cap. 14 septimū annum Cambyſis copulat cum anno Nabonassaris 225: Annum Darij 20, cum anno Nabonassaris 246: Darij 31, cum Nabonassaris 257. Hi numeri addantur ad principium Nabonassaris 3224:

Constituentur hæ propositiones:

3449 est 7 annus Cambyſis.

3470 est 20 Darij.

3481 est 31 Darij.

3443 est primus Cambyſis: à Nabonassare 219.

3451 est primus Darij: à Nabonassare 227.

Et quia scriptores Ethnici anno 30 ante primum Cambyſis ordiuntur regnū Cyri: incidet Cyri principium in annum mundi 3413, à Nabonassare 189. Deinceps à Cyro ad Alexandrum Magnum faciēle contextuntur anni: quia Græcorum historici tradunt continuam temporum illorum

C

lorum

lorum seriem: & compendij studio,
 Curtius, Africanus, & alij, tempus à Cy-
 ri principio ad Alexandri monarchiam,
 contraxerunt in summam annorum 230:
 Et, quod eodem redit, Eusebius atq;
 alij à primo Darij ad Alexandrum Mo-
 narchiam numerant 191: sed intelligatur
 Darius Hystaspis, non Darius Medus.
 Falluntur enim, qui à Darío Medo ad
 Alexandrum supputant 191: cum etiam
 ex Ptolemæo colligantur à primo Darij
 Hystaspis ad Alexādrī monarchiam 191.
 Nam tot annis distant 227 Nabonassaris:
 quo Darius Hystaspis regnum adiit: Et
 418 Nabonassaris, quo Alexander Mo-
 narchiam obtinuit.

3224	3224	3224	3224	3224.
225	246	257	227	219.
3449	3470	3481	3451	3443

3224	3412	3451	227
189	230	191	191
3413	3642	3642	418

Ex vnica igitur Ieremiæ adnotatio-
 ne

ne de anno primo Nebucadnezaris (3347) dependent non solum duorum Regum Assyriorum, Nabonassaris & Nebucadnezaris anni: sed etiam Persicorum, Cyri, Cambylis et Darij tēpora.

S E C V N D A C O N -
nexus petitur ex Ieremia & Xe-
nophonte: & fit anno
mundi 3435.

Antea monuimus, anno mundi 3435 simul finiri 70 annos exilij Iudaici: & perpetuam annorum mundi telam in sacris literis conseruatam. Hic adijcimus illud, quod non minus est memorabile. fieri alteram connexionem euentuum sacrorum cum profanis eo ipso anno, quem in Biblica serie postremum esse diximus. Xenophon enim, Græcus historicus, scriptum reliquit, inter monarchiam Cyri, & inter eius obitum intercessisse septennium. Verba reperi-

C 2 untur

untur lib. 8. Cyri Pædiæ, ubi scribit: Cyrum solitum hyemem transigere in Babylone septem mensibus: reliquum tempus in Sûsis & Ecbatanis: eumq; exacta hyemé septima capta à Babylone mortuum esse..

Regnavit autem Cyrus, quod alij prodiderunt, in vniuersum annis 30. Iam si à monarchia constituta obijt septennio, consequetur, eum ante id Septennium regnasse annis 23.

Tenemus itaq; has propositiones:

I Anno mundi 3435 Cyrus Babylonem cepit: & Babylonica captiuitas Iudæorum finita est à Nabonassare 211.

II Cyrus à capta Babylone, & condita monarchia Persica, vixit septennio.

III Cyrus Babylone & monarchia Persica potitus est regni sui anno 23.

Ex his perspicuum est, pulcherrimè inter se concordare Ptolemæum & Xenophontem: & cum utroq; illorum sacras literas: atq; secundam connexionem

nem profanorum autorum cum sacris
rectè huc à nobis relatam esse.

OLYMPIA=

D E S.

Ex annis Nabonassaris dependent
Olympiades, quibus Græci in tempori-
bus notandis vsi sunt. Complectitur
autem Olympias quadriennij spacium,
& quolibet quadriennio exacto, noua
Olympias circa æstatis medium incoa-
ta numeratur. Quatuor etiam anni cu-
iusq; Olympiadis insigniuntur peculia-
ri numero, vt dicatur: Primus, secundus,
Tertius, Quartus annus Olympiadis
primæ, vel alterius cuiuscunq;. Etsi au-
tem ipsarum Olympiadum numeri cres-
cunt, tamen vni Olympiadi non plu-
res, quàm quatuor anni assignan-
tur. Non enim dicitur annus quintus
aut sextus Olympiadis primæ: sed tan-

tum, Primus, Secundus, Tertius, & Quartus.

Olympias prima cadit nobis in annum mundi 3196:

Secunda in 3200:

Tertia in 3204.

Deinde 3197 est annus secundus Olympiæ.

3198 est annus 3 Olympiæ.

3201 est annus 2 Olympiæ. sic de cæteris.

ALLIGATIO OLYMPIADUM ad annos Nabonassaris.

Censorinus annum 2 Olympiæ 254, copulat cum anno Nabonassaris 986 (inunte): & sese explicans ait, esse annum illum à prima Olympiade 1014. Subtractis 986 ab 1014. perspicitur Olympiadem primam antecessisse Nabonassarem annis 28. Sed quia de hoc alibi copiosius dicturi sumus: contenti nunc erimus Ptolemæi testimonijs, quibus hoc ipsum confirmabimus.

1. Alexander Magnus, veterum scriptorum consensu, obiit anno primo Olympiæ.

Olymp: 114. Et Ptolemæus scribit, mortuum esse Alexandrum à regno Nabonassaris anno 424. Addantur 424 ad 3224 (in cuius finem reiecit Nabonassarem) prodibit annus mortis Alexandri 3648: is erit primus Olympiadis 114. Completae sunt igitur ante obitum Alexandri Olympiades integræ 113, quæ (multiplicatis 113 per 4) efficiunt annos 452. Tot annis distat obitus Alexandri à prima Olympiade. Anni 452 subtrahantur ab anno mundi 3648, (quo obiit Alexander) cadet prima Olympias in ætatem anni mundi 3196. Cumq; inter 3196 & 3224, sit distantia 28, necessario antecedit Olympias prima Nabonassarem annis 28. Habemus itaq; annum primæ Olympiadis 3196: & mortem Alexandri 3648.

Ab obitu Alexandri facilis est annorum in anteriora deductio: utpote ad regni eius principium, quod Græci referunt ad annum Olymp: III. Regnavit Alexander in Macedonia sexennio: in

monarchia, à capta Babylone septennio : in vniuersum, annis 12, mensi. 8. Diggerantur anni, concurret Alexandri primus cum anno Olymp : III, id est, cum anno mundi 3636.

II Ptolemæus lib. 3. cap. 2. refert Apseuden, prætorum Atheniensem, ad annum 108 ante mortem Alexandri, id est, ad annum Nabonassaris 316. Illum ipsum Apseuden Diodorus Siculus lib. 12 refert ad annum 4 Olymp. 86, ita, vt ineunte Olympiade 87, Apseudes imperare desinat. Incipit igitur nobis prætor ille anno mundi 3539 in æstate, & desinit 3540, ineunte Olympiade 87. Nam 86 Olympiades plenæ conficiunt annos 344: quos si addas ad 3196, prodit 3540. Addantur etiam 316 ad primum Nabonassaris 3224, prodibit 3540. Hic igitur Apseudes testimonium verè *αψεudes* dicit de supputationis nostræ certitudine, & Olympiadum cum annis Nabonassaris iusta & conuenienti connexione.

III Ptolemæus lib. 4 cap. 11. duos habet prætores Atticos, quorum alter alteri in prætura successit. Phanostратum refert ad annum Nabonassaris 366: Euandrum ad sequentem 367: qui nobis cadunt in 3589, & 3590. Eosdem prætores refert Diodorus lib: 15 ad annum secundum & tertium Olympiadis 99. Adde 366 ad 3224, prodibit 3590. Idem annus prouenit, si 98 Olympiadas, h. e. annos 392, & biennium addas ad 3196.

III Consentiunt his, quæ paulò antè tradidimus de Cyri, Cambylis, & Darij temporibus. Cyri principium à Græcis refertur ad Olympiadem 55 incuntem. Completæ verò Olympiades 54, complectuntur annos 216: quibus additis ad 3196, prodibit 3412: in cuius æstate inijt Olympias 55: & nos Cyri principium ad finem 3412: vel, quod eodem redit, ad principium 3413 retulimus. Copulat autem Ptolemæus annum 7 Cambylis cum 225 Nabonassaris, id est, cum anno mundi 3449. Et Diodorus Siculus ait, captam esse Ægyptum à Cambyse

byse, circa annum tertium Olympiadis
 63: quod Eusebius refert ad annum Cam-
 bysis quintum. Et Græci à septimo
 Cambylis (exclusiue) ad Cyri principi-
 um numerant 36. Subtractis igitur 36
 ab 3449, proueniet Cyri primus annus
 3413: & quintus Cambylis 3447: à Nabon-
 assare 223: à principio Nebucadnezar-
 ris 100. Deinde annum 31 Darij Ptole-
 mæus connectit cum 257 Nabonassaris,
 (nobis est 3481) qui necessariò incidit in
 annum secundum Olymp. 72. Nam Da-
 rius, teste Herodoto, obiit quinquennio
 post 31 annum, regnum relinquens Xer-
 xi, qui anno 6 regni suscepit celebrem
 illam expeditionem in Græciam. Ab
 31 Darij ad expeditionem Xerxis nume-
 rentur anni 5 Darij, & 6 Xerxis, attinget
 expeditio annum primum Olympiadis
 75: quò eam vno consensu referunt pro-
 batissimi Græcorum historici, Era-
 tosthene, Dionysius, Diodorus, Pausa-
 nias, Eusebius, & alij. Certa est igitur
 & indubitata applicatio 1 Olympiadum
 ad annos Nabonassaris: qua Græcarum
 histo-

historiarum supputatio in Chronologia nostra, tanquam firmo ac solido fundamento, præcipuè nititur.

Obiter monendi sunt Chronologiæ studiosi, quatuor locis in S. Biblijs fieri mentionem eius anni, in cuius æstate primam Olympiadem fiximus.

I 4 Reg. 15 dicitur: anno 52 Vziæ occisum esse Pekaïam, Regem Israël, & ei successisse Pekam.

II 2 Paral: 26 dicitur, eodẽ anno mortuum esse Vziam, Regem Iuda.

III Esaias cap. 6 ait: se vidisse Dominum in throno sedentem eo anno quo obiit Vziás,

III Ioannes Euangelista cap. 12 repetit visionem Esaiæ: eamq; de Christi gloria interpretatur. Ac distat concio Christi, eo loco descripta à Ioanne, annis 808 à prima Olympiade.

Annus itaq; 3196, insignis est.

I. Duorum

1 Duorum Regum obitu: Vzia in Iuda, & Peckaia in Israël.

2 Ecstasi Efaiaæ.

3 Primæ Olympiadis celebritate.

Sed vide euentuum dissimilitudinem: Græci spectant Olympiorum ludos: Efaiaæ reuelatam Christi gloriam.

ANNI ROMÆ CONDITÆ.

Ex Olympiadibus dependent anni vrbs Romæ: quæ condita est (testibus Dionysio Halicarnassensi, & Solino) anno Olymp: 7. Varro Romæ conditæ tempus refert ad annum tertium (propè finitum) Olympiadis sextæ. Ideo distat eius supputatio a b ea, quæ est Dionysij, vnus anni spacio. Incidit itaq; V. C. annus Dionysio & Solino in 3220: quod deprehendes, si ab 3196 numerabis sex completas Olympiadas, id est, annos 24.

ANNVS

ANNVS EXCI-
DII TROIÆ.

Ex annis V. C. & Olympiadum col-
ligitur excidij Troiani tempus. Nam
Dionysius, Diodorus, Solinus, Erato-
sthenes, Clemens, & alij affirmant, Tro-
iam captam esse ante primam Olympi-
adem annis 408: ante Romam condi-
tam 432. Nobis igitur Troiæ excidium
cadit in annum mundi 2788.

3196	3220
408	432
<hr/>	
2788	2788

ANNI COSS:

Ex annis V. C. dependent Coss.
quorum seriem in maiore nostro opere
dabimus. Et Coss: Catalogos eruditè ac
ingeniosè contexerunt „viri clariss. &
docti

doctis. Carolus Sigonius, Onuphrius Panuinius, Stephanus Pighius, & inter hos non postremus, Hubertus Golzius: cuius mirifica arte atq; industria ex Laurinis aquis, vberissimi doctrinarum fluuij in historiarum Scholas exundarunt, ac dimanarunt.

ANNI IMPP. ROMANORVM.

Ex Consulium serie dependent anni Imp. Romanorum.

ANNI CHRISTI.

Ex Consulium serie dependent anni Christi. Nam annus 15 Tiberij Imp: est Christi annus 30, Lucae 3.

Vt igitur tertium Spacium concludamus

damus, & euidenter probemus, à fine captiuitatis Babylonicae ad Christi natalem annos 535 exactos esse, agè accomodemus annos Nabonassaris, Olympiadum, Romæ, Coss: & Impp: ad annum nati Christi 3970.

A P P L I C A T I O

annorum Nabonassaris ad Natalem CHRISTI.

Mathematici ex motuum cœlestium obseruationibus demonstrant, à Nabonassare decurrissè annos 746 ad natum Christum. Supputat enim Ptolemæus à Nabonassare ad Alexandri Magni obitum 424. Inde ad monarchiam Augusti, (quando victo Antonio Ægyptus in Romanam Prouinciã redacta est) annos 294. Ab eo tempore Clemens Alexandrinus, & alij numerant ad Christi natalem annos 28, qui etiã ex Dione colliguntur hoc modo, Supputat Dio
à victos

à victoria Actiaca ad Augusti obitum
 annos 44. Augustus obiit anno Christi
 15: quia 15 Augusti, & 15 Tiberij confi-
 ciunt 30 annos ætatis Christi. Ablatis
 15 Christi ab Augusti 44, relinquuntur 29.
 Antecessit autem victoria Actiaca ne-
 cem Antonij & Cleopatrx, vnus anni
 spacio. Vnitatem dempta, emergunt 28.

3 2 2 4	3 9 4 2
4 2 4	2 8
2 9 4	3 9 7 0
<hr style="width: 100%;"/> 3 3 9 4	

Anni 535 à Cyri monarchia ad Chri-
 stum demonstrantur ex eo, quod supra
 copulauimus annum monarchiæ Cyri,
 cum anno 211 Nabonassaris. Subtrahan-
 tur 211 ab 746, quos Mathematici demon-
 strant, relinquentur 535.

7 4 6	3 4 3 5.
2 1 1	5 3 5
<hr style="width: 100%;"/> 5 3 5	3 9 7 0

APPLI-

A P P L I C A T I O

Olympiadum ad annum nati Christi.

A prima Olympiade ad natalem Christi (exclusivè) numerant Mathematici annos Iulianos 774, dies 185. Cadit igitur ipsis Christi natiuitas in annum 3 Olymp: 193. Et rectè hoc ab ipsis statui, illud argumento esse potest, quòd veteres communibus suffragijs referunt 15 Tiberij, siue 30 Christi, ad annum 1 Olymp. 202: de quo infra in Tract: de fine hebdomadum Danielis. Ab anno 15 Tiberij aufer 30 annos, perduces natalem Christi ad Olympiadis 193 annum 3, quem vetusti quoq; scriptores natiuitati Christi assignarunt.

Anni verò 535 à Cyro ad Christum ex eo demonstrantur, quid

D annus

annus primus Cyri ab omnibus scriptoribus Græcis copulatur cum anno 1 Olymp. 55. Ergo 23 annus Cyri, quo Babylone capta Monarchiam Persicam auspicatus est, erit annus 4 Olymp. 60. Hac ratione inter Monarchiam Cyri & Christi natalem intersunt 133 Olympiades & triennium, id est, anni 535: quia subtractis 60 ab 193, relinquuntur 133: & 133 per 4 multiplicata, gi- gnunt 532: quibus triennium ad- ditum complet numerum 535.

A P P L I C A T I O

annorum Romæ condi-
tæ ad natalem Christi.

CHRISTVS natus est anno vr-
bis conditæ 751, secundum Diony-
sium: vel 752, secundum Varro-
nem. Probatur hoc testimonijs
Dionysij, Solini, Plinij, Taciti, Di-
onis

onis, Censorini & aliorum: de quo in nostris commentarijs sub anno mundi 3964, & alijs.

Anni 535 inter Cyrum & Christum dependent ex Olympiade septima: cuius anno primo Roma est condita. Hac ratione Monarchia Cyri cadit in annum V. C. 216: addantur 535, confient 751.

A P P L I C A T I O
Coss. Romanorum ad annum nati Christi.

CHRISTVS baptizatus est, duobus Geminis Coss: quia hos Coss: ad 15 annum Tiberij referunt Tacitus, Dio, & alij. Docet igitur Coss: series, quæ apud Dionem & Tacitum extat, natum esse Christum Augusto Cesare XIII, & Plaurio Silvano Coss. Hic fuit vltimus Augusti

gusti Cæsaris Consulatus: quem cum paucis mensibus gessisset, eo se abdicauit: & omnes suos consulatus eo tempore clausit, velut locum ac dominium cedens Christo Imperatori, longè potentiori ac præstantiori.

A P P L I C A T I O

Impp: ad annum

N. C.

Lucas annum 30 Christi refert ad 15 Tiberij. Ergo anno 15 ante Tyberium natus est Christus. Et, quia Tiberius Augusto successit, necesse est obitum Augusti concurrisse cum 15 Christi. Rursus, quia constat, Augustum à primo suo consulatu vixisse annis 56, consequetur, natum esse Christum anno imperij Augusti 41 completo, 42 ineunte: quod etiam vetusti scriptores

res Ecclesiastici tradiderunt.

Quòd autem inter Cyri Monarchiam & Augusti Imperatoris annum 42, intercesserint 535, probatur ex eo, quod retulimus Cyri monarchiam ad annum 4 Olymp: 60: annum verò 42 Augusti ad annum 3 Olymp: 193.

Deriuauimus annorum seriem à mundi creatione ad natalem Christi, & exhibuimus lectori candido Chronologiæ nostræ *ἱερωμα*, quale ex S. scripturæ numeris, & probatorum autorum scriptis elicere potuimus. Nunc eandem supputationem corroborabimus, ac fulciemus quibusdam harmonijs: quæetsi singulæ lectorem non conuincunt: superioribus tamen rationibus additæ, & illas iuuant ac illustrant, & hæ quoq; ab illis robur & nitorem accipiunt.

D 3

HAR-

HARMONIA

APRIMA EX

Iubilæis.

Iubilæi appellatio tempus complectitur annorum 50, quod tradit Moses Leuit: cap: 25: vbi præcipit Deus quemlibet annum quinquagesimum à possessione & cultu terræ promissæ ab Israëlitis obseruari, & vt iubilæum celebrari, quo & serui pristinae libertati restituebantur: & bona vendita ad Dominos priores redibant. Videndum est igitur quomodo ista Iubilæorum ratio cum nostra supputatione consentiat: & vnde Iubilæi Mosaici incoandi sint.

IOANNES FVNCIVS, vir doctissimus, & Chronographorum nostro seculo facile princeps, primus docuit copulare 30 Iubilæum

um Mosis cum 30 anno Christi: idq̄
ille, vt multa alia, rectissimè & eru-
ditissimè. Verum non satis pro-
bat nobis suam sententiam de prin-
cipio Iubilæorum Legis: quos or-
ditur ab anno obitus Mosis 2493:
cum debuisset ordiri ab anno 2500:
quo facta est terræ promissæ par-
titio. Nam Leuit: 25 sic scriptum est:
Sex annis seminabis agrum tuum:
Septimo autem Sabbatum erit ter-
ræ. Deinde numerabis septem sab-
bata annorum, septies septem an-
nos: qui tibi efficiunt annos 49:
tunc clanges buccina iubilationis:
mense septimo die 10: & sanctifi-
cabis annum quinquagesimum:
quia ipse est Iubilæus. His verbis
præcipit Deus coli terram sexen-
nio, & septimo quoq̄ anno agros
quiescere: atq̄ ab hac quiete agro-
rum annus ille septimus nomina-
tur Sabbatum terræ, vel annus Sab-
bataris. Et complectebatur Iu-
bilæus septem talia Sabbata agro-

rum, id est, annos 49. quibus exactis, annus 50 erat iubilæus.

I.
Sabbata
terre.

Iam quæritur, vnde oportuerit ordiri numerationem Sabbatorum terræ? Si dices, à tempore ante agrorum partitionem, quod facit Funcius: Quæro, qualia fuerunt Sabbata terræ, sine possessione terræ? Quomodo septennio ante partitionem agrorum culti sunt, vel quieuerunt agri: cum Israëlita eo tempore nondum tenerent agros? Certè partitione terræ discernebantur dominia: & cuilibet in sua tribu assignabatur certa agri portio. Et sexennium à partitione proximum, conferendis agris & demetendis frugibus destinatum erat: anno demum septimo agri quiescebant.

II.
Partitio
terre.

Incidit autem Funcio, nobis, & alijs, partitio terræ in annum mundi

di 2500: quod per partes supputati-
onis doceri facile potest.

A creatione ad diluuium 1657.

Inde ad natalem Abrahamæ 292.

Ad vocationem eius 75.

Ad exitum ex Aegypto 430.

Cadit exitus in 2454.

Anno secundo exitus (2455) fa-
cta est exploratio terræ promissæ.

Num: cap. 13. 32. & Deut: 1.

Porrò ab exploratione terræ ad
partitionem agrorum numerat Ca-
leb (Iosua 14) annos 45: ita attingit
partitio terræ annum mundi
2500. Sexennio proximo collige-
bantur fruges: Sed anno septimo
2507 terra agebat primum Sabba-
tum: atq; septem huiusmodi Sab-
batis, id est, 49 annis elapsis, celebra-
batur, vel complebatur primus lu-
bilæus Mosaicus, anno mundi 2550.

Si itaq; Funcius Sabbata agro-
rum prius numerasset ab anno
mundi 2500, haud dubiè vidisset ab
D 5 eodem

eodem initio Iubilæos depende-
 re, & non à morte Mosis. Hæc di-
 stractio partitionis terræ & princi-
 pij Iubilæorum Mosis, in supputa-
 tione Funciana alium quoq; erro-
 rem trahit. vt annus Christi trigesi-
 mus, et Iubilæus Mosis 30, cadat Fun-
 cio in annum mundi 3992: cum ve-
 rior supputatio doceat, annum 30
 Christi incidere in annum mundi
 4000.

B R E V I T E R.
 R A T I O C I N A
 tio nostra de Iubilæorum
 principio nititur tri-
 bus fundamen-
 tis.

- I Iubilæi Mosaici supputandi
 sunt à Sabbatis terræ, Leuit: 25.
- 2 Sabbata numerantur à pos-
 sessio-

feſſione, cultu & uſu agrorum: quia
Leuit: 25 dicitur: Sexennio coles
agros.

3 Agrorum partitiō facta eſt
(vt ex Iofue cap: 14 colligitur, ipſo
etiā Funcio ſuffragante) anno
mundi 2500. Ergo ab anno 2500 nu-
merandi ſunt Iubilæi, & non ab
2493.

Duplices autem numerantur
Iubilæi, videlicet Mundi & Moſis.

III.
Duplices
Iubilæi.

Iubilæi Mundi numerantur à
creatione per 50: & quia quinquagies
50 ſunt 2500, manifeſtum eſt,
Iubilæum mundi 50 concurrere
cum anno 2500, quò retulimus ter-
ræ partitiōnem.

Iubilæi Moſis ſeu Legis ſuppu-
tantur à partitiōne terræ promiſſæ,
& ab anno mundi 2500. Vbi igitur
deſinit 50 Iubilæus mundi, ibi in-
cipit primus Moſaicus.

Principi-
um Iubilæ
orum Mo-
ſis.

Grata

Grata est bonæ menti hæc consideratio, & aspectio sapientiæ DEI, qui anno 2500 eleganter & concinnè connexuit Iubilæos Mundi & Mosis: atq; illa consalutatione ac amplexu mutuo Iubilæorum quodammodo tradere & comprobare voluit certam annorum supputationem, à mundi Creatione vsq; ad terræ Israëliticæ distributionem. Et verò ad annum 2500 profusè quadrat & congruit, quòd Israëliticus populus, tum primum deuictis & deletis hostibus, partaq; pace, à bellis quiescebat terram lacte & melle fluentem occupabat & 2500 annum Iubilæum, lætitiâ ad Iubilæum concordante, celebrabat.

III. Constituto iam legalium Iubilæorum principio, eoq; ad annum mundi 2500 adfixo, quærendum deinceps est de eorum fine seu termino vt intelligatur, quemnam mundi annum, Iubilæus 30 Mosis occupat.

30 Iubilæi
Mosaici finis.

pet, & sibi confociet. Addantur 30
Iubilæi, id est, anni 1500, ad 2500;
(quia tricies 50 sunt 1500) prodibit
annus ætatis Christi 30: mundi con-
diti 4000.

Confluunt ergò in annum à *Quartus*
creatione 4000 insignes illi, & om- *millenari-*
nium summi, euentus mundi: Illu- *us.*
strissima patefactio trium persona-
rum diuinitatis: Concio patris de
Cœlo: Baptismus filij, eiusq; ordi-
natio ad ministerium: & Apparitio
Spiritus sancti: prima item prædi-
catio noui testamenti: & Iubilæus
Mosis 30, osculo excipiens 30 an-
num Christi.

Principium verò ministerij *v.*
Christi incidisse in Iubilæum Mo- *Harmonia*
saicum, eruditè ratiocinatur Fun- *a temporũ*
cius ex Lucae cap: 4: vbi Christus, *ac rerum.*
recens orsus ministerium, enarrat
vaticinium Esaia cap: 61. Spiritus
Domini super me; propterea vnxit
me

me, vt Euangelizem pauperibus :
 Misit me, vt sanem contritos corde :
 & prædicem captiuis dimissionem,
 & cæcis recuperationem visus :
 vt contractos emittam in libertatem :
 vt prædicem annum Domini acceptum .
 Hodie est impleta Scriptura hæc
 audientibus vobis .

Hac Christi concione Mosai-
 corum Iubilæorum interpretatio
 & impletio apertissime describitur :
 & Funciana sententiâ de Iubilæo,
 cum tempore baptismi Christi concurren-
 te, non obscure confirmatur .
 Neq; alio consilio prædicandi verbum,
 in Esaia dicto ter repeti videtur
 quàm vt ostendatur, Iubilæos
 Moïsi ad prædicationem Christi
 velut ad scopum respexisse :
 eosq; docente Christo finem
 suum atq; impletionem consecutos
 esse .

Cæterum

Cæterum Esaias vñctionis Domini, & S. Sancti in ipsum effusi meminit, veluti manu sua nos ducens ad ea penitus intropicienda, quæ circa baptismum Christi acciderunt, planeq; Iubilæum quendam celeberrimum in Messia propositum demonstrarunt & commendarunt. Primum enim vox illa patris: Hic est Filius meus dilectus: amplissimum Iubilæi privilegium continet, & spirituales libertatem, bonorumq; amissorum recuperationem promittit: adeoq; vniuersos sapientiæ Dei thesauros, & gratiæ eius diuitias in hoc baptizato Christo reconditas esse docet. Adde, quod iusserat Deus veteris testamenti Iubilæos inflatis tubis denunciari & incoari: hunc verò primum & illustrem noui testamenti Iubilæum, Deus ipse tuba de cælo sonante proclamat & auspicatur.

Mysterium Iubilæi in baptismo Christi.

Gott hat selbst das gnadenreiche Jubeljahr an dem neuen Priester Christo zu seiner predigt eingeleitet/ mit einem grossen glocken vom Himmel,

Secundo. Illud ipsum Iubilæi gaudi-

gaudium oculis ac mentibus hominum ingerit apparitio Spiritus Sancti, Christum quasi amplectentis, eoque amplexu testificantis, hunc à patre signatum aut segregatum esse ad opera Redemptoris perficienda. Adferebat columba Noë ramum oleæ, cessantis diluuij, & placatæ iræ Dei indicium. Hic verò visibilis species Spiritus sancti, super Christum alas expandentis, demonstrat ac testatur, Iesum hunc vnctum esse plenitudine Spiritus Dei præ confortibus: eumque mitti ad hoc summum munus, vt deriuato in se iræ Dei diluuiio, ramum oleæ mundo adferat, id est, reconciliationem cum Deo, pacem ac salutem Ecclesiæ suæ per Euangelium nunciet, ac reddat.

Tertiõ est illa quoque Iubilæo conueniens significatio, quòd Dominus noster, & sanctus Sanctorum cum Baptismo & mundati-

non indigeret, baptizatur, & in aquas Iordanis mergitur: vt publico illo testimonio innotescat ac declaretur: mergi ipsum in peccatorum nostrorum torrentem, & obligari ad mortem, qua placetur ira DEI: Imò baptizandum esse ipsum, cruento baptisinate sanguinis sui in cruce: vt huius Iordanis salutaribus aquis abluantur peccatorum nostrorum sordes, & nos beatissimis istis guttulis fide tincti & perfusi, atq; filij huius dilecti iusticia & mundicia vestiti, simus dilecti in dilecto.

Omitto integram Iubilæorum & Christi beneficiorum inter se collationem, de libertate seruis addita, & de possessionibus, ad dominos priores redeuntibus. Possunt ista facile ad conscientiarum libertatem ac pacem, atq; ad bonorum æternorum restitutionem ac comodari. Propter hæc igitur mysteria, quæ recensuimus, Funciana sententia de Iubilæo, circa baptismum Christi

E

cur-

currente, nobis videtur probabili-
or, & veritati magis conueniens.

VI

Illustrat hanc partem ipse ty-
pus partitionis terræ: qui ad Chri-
sti prædicationem refertur analo-
gia quadam aptissima. Sicut enim
prior Iosua anno 2500 distribuit Isra-
elitis terræ fertilissimæ & amœnif-
sime agros: ita post 30 Iubilæos, siue
annos 1500, alter Iosua prædicationem
Euangelij, vitæ æternæ præcla-
râ hæreditatem distribuit omnibus
in ipsum credentibus. Cuius qui-
dem cœlestis boni possessione ma-
gis lætantur p̄i omnes, quàm pri-
ci Israëlitæ vniuersis agrorum su-
orum prouentibus gauisi sunt. Non
igitur solum quadrat partitio terræ
ad prædicationem Christi, quo ad
tempus, & 30 Iubilæorum distan-
tiam: sed etiam similitudo quæ-
dam est actionum, laborum ac offi-
ciorum Iosue & Christi: illius ter-
ram

ram partientis: huius verò Euan-
gelium prædicantis.

VII.

Postremò, quòd Leuit: 25 men-
tio fit parasceues Iubilæorum, id
est, anni 49, id quoq; mysterio non
vacat: sed augustum parientis vir-
ginis annum determinat. Multipli-
ca 49 per 30, produces 1470. Toti-
dem anni elapsi sunt à partitione
terræ, & Iubilæorum principio ad
Christi natiuitatem, quæ non im-
merito parasceue quædam omni-
um reliquarum Christi actionum
vocabitur. Vt igitur 30 Iubilæi, si-
ue anni 1500, monstrant Dominus
nostri ministerium: ita eorundem
30 Iubilæorum parasceuæ, in vnam
summam collectæ, concepti & na-
ti Christi annum aperiunt.

Enarrati-
typi par-
sceues II
bilsorum

2500	2500
1470	1500
<hr/>	
3970	4000

E 2 SE.

S E C V N D A

H A R M O N I A E X

Millenarijs.

Consentiunt ista, quæ de Iubilæis diximus, cum dicto cuiusdam Eliæ, in quo affirmatur, vagatam esse in genere humano promissionem de Messia, sine populi certi determinatione, ab Adamo condito annis 2000. His elapsis eam restrictam esse ad legem, id est, ad posteritatem Abrahamæ. Tradita est autem Abrahamæ promissio de terra Canaan & de Messia, anno 24 supra 2000. Inde rursus 24 annis expletis, mandata est eidem circumcisionis observatio.

2 0 0 0	2 0 2 4
2 4	2 4
<hr style="width: 50%; margin: 0 auto;"/>	
2 0 2 4	2 0 4 8.

Recte itaq; Elias ille, quisquis fuit,
tempus Legis à millenario secūdo com-
pleto

pleto orsus est. Et quia Legis durationi tribuit annos 2000, non obscure indicat, circa annum mundi 4000 Legem Moisaicam abrogandam, & Messiam exhibendum fuisse. Ea supputatio cum illa ad amussim congruit, quam ex S. librorum numeris, & probatorum autorum consensu gigni diximus. Ait autem CHRISTVS Lucae 16, Matth. 11, tempus legis & Prophetarum ministerio Ioannis finiri: Ea ratione, prædicante Baptista, non solum desijt vetus, & coepit Nouum testamentum: sed etiam completus est quartus mundi millenarius, & iniijt quintus.

In hanc sententiam Munsterus Leuit: 25, veterum quorundam dicta citat: Antiqui, inquit, de duratione mundi sic senserunt, putantes Christum venturum in principio quinti millenarij: quod nos Christiani verissime factum confitemur. Iudæi in Sanhedrin scriptum habent: Sex millibus annorum durabit mundus: 2000 durabit vastitas: 2000

Lex: 2000 dies Messia. Vnde duo eliciuntur: nempe, quòd Lex Mosaica non erat duratura, nisi vsq; ad dies Messia: alterum, quòd Christus iam dudum venerit. Iudæi enim hoc anno Christi 1533 numerant à principio mundi 5293, & adhuc expectant suum Messiam, cum sint in sexto millenario mundi. Hæc Munsterus.

BEDA quoq; eandem de quarto millenario opinionem ex docti cuiusdam viri traditione, vel annotatione acceptam recitat: Anno 15 Tiberij, inquit, Dominus post baptisma, quod prædicauit Ioannes, regnum cœlorum mundo annunciat, à principio mundi secundum Ebræos peractis annis 4000, vt Eusebius in Chronicis suis signat annotando, quòd 16 Tiberij principium fuerit 8ⁱ Iubilæi secundum Ebræos.

Hæc Bedæ verba repetunt Marianus Scotus, Hermannus Contractus & multi alij. Etsi verò in Eusebij Chronicis

cis (vt nunc extant) non sunt ista addita, quæ citat Beda: tamen consentaneum est, à docto quodam viro adiectam fuisse Chronico Eusebiano annotationem de 80 Iubilæo completo. Vnde factis intelligitur, rationem illam, qua copulatur 30 Christi cum 4000 mundi, minime esse nouam, aut à nobis primum excogitatam: sed etiam à veteribus traditam. Sumitur eius rei documentum ex eo etiam, quod idem Beda affirmat: anno Christi 280 incoari secundum Ebraeorum supputationem, Iubilæum mundi 86. Additis 280 ad 3970, prodit 4250, Iubilæus 85 completus, 86 iniens.

Q V A T V O R M I L L E N A R I I E. zechielis.

Quatuor istis millenarijs, & dicto domus Eliæ potest accomodari 47 caput Ezechielis, quo dilucidè & dulcissime

sime pingitur doctrina & officium Messia, & propagatio seu cursus Evangelij à Iudæis ad gentes: sicut & vetusti scriptores textum hunc de Christo docente, & mittente Apostolos in vniuersum orbem, exposuerunt. Cum egrederetur vir ille ad Orientem, inquit Ezechiel erat linea (regula) in manibus eius: & mensus est mille cubitos: & traduxit me per aquas, quæ pertingebant vsq; ad talos: iterum mensus est mille, & traduxit me per aquas, quæ pertingebant vsq; ad genua: vltra mensus est mille, & pertingebant aquæ vsq; ad renes: iterum mensus est mille, & ecce non potui transire torrentem: quia intumuerant aquæ, vt natandum esset, nec posset torrentis transuadari. Et dixit ad me: Num vidisti fili hominis? Duxit autem, & conuertit me ad ripam torrentis: & cum vertissem me, ecce in ripa arbores plurimæ erant. Et dixit ad me: Aquæ istæ quæ ad regionem Orientalem egrediuntur, & descendunt per plana deserti, fluunt à mari ad mare, & sanabuntur

aquæ

aquæ. Et erit, vt omnis anima viuens, quæ reptat in omni loco, ad quem peruenit aqua torrentium, uiuat: eritq; ingens piscium copia, postquam uenerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur, atq; uiuent omnia, ad quæ torrens ille peruenerit. Erit etiam, vt apud illud (mare) stent piscatores: ab Engeddi vsq; ad Eneglam expandentur sagenæ: quibus omnis generis pisces inerunt, & quidem maxima copia, sicut pisces maris magni. Cœnosa uerò loca, & paludes (lacunæ) non sanabuntur: sed ad falsuginem redigentur. Cæterum iuxta torrentem in utraq; ipsius ripa, succrescent omnis generis arbores fructiferæ: quarum folia non marcescent, neq; fructus deficient: sed singulis mensibus novos fructus ferent. Nam earum aquæ manant è sanctuario: & erunt fructus earum in cibum, & folia earum in medicinam. Hactenus Ezechiel.

Prædicationem Euangelij eleganter comparat limpidissimis fontibus, aut

potius magno & perenni mari aquæ
 viuificæ, ex sanctuario templi Hieroso-
 lymitani ad dexteram scaturientis. Con-
 gruit hoc cum dictis: De Sion exhibit
 Lex. Sceptrum regni tui emittet Do-
 minus ex Sion. Item Salus ex Iudæ-
 is est.

Doctrinas Phariseorum vocat cœ-
 num & lutum: item aquas falsas & mor-
 tiferas.

Piscatores sunt Apostoli & doctores
 Euangelij, expandentes retia in vtraq;
 ripa, id est, colligentes Ecclesiam ex Iu-
 deis & gentibus. Nominat autem Chris-
 tus Apostolos suos Piscatores, velut
 mutuatus phrasin ex Ezechiele, vt osten-
 dat, iam impleri illud, quod in Ezechi-
 ele prefiguratum fuerat: Matth. 4. Lu-
 cæ 5. Faciam vos piscatores hominum.

Auditores Euangelij & credentes,
 sunt pisces & arbores fructifere: qua-
 rum folia & fructus longissimam æta-
 tem

tem ferunt: atq; in medicationibus magnum vsum habent: quo significatur id, quod Paulus dicit: Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.

Illud verò de millenarijs & transitu per aquam, nec recitatur, nec repetitur ociose: sed notatio est annorum à mundi exordio vsq; ad Christum concionantem. Quemadmodum enim Daniel, ante quam claudat prophetiam, numerat annos vsq; ad Christum: ita eius coætaneus Ezechiel, sub finem libri & vaticini-orum, numerat per typum annos à Creatione, vel edita promissione in Paradiso vsq; ad Messiae aduentum.

PRIMVS Ezechielis millenarius, siue cubiti mille, & transitus aquæ vsq; ad talos, describunt Ecclesiam primi mundi, quæ fuit angustior. Egressus est vir ille ad Orientem, id est, filius Dei in Paradiso, (quem locum scripturæ assignant Orienti) affatus est Adamum, & voce promissionis collegit Ecclesiam
in

In illa paucitate hominum. Hæc fuit infantia Ecclesiæ, vagientis in cunis primæ promissionis, & viventis cum primo homine Adamo.

SECUNDVS millenarius vsq; ad genua: id est, Ecclesia sumsit paulatim incrementa, cum nouæ patefactiones adderentur prioribus, & nascerentur genua mundi, id est politix: quod factum esse constat à diluuiio, cum extructa turri Babylonica, Nimrodí potentia cresceret. Hæc fuit pueritia Ecclesiæ viventis cum Noha ante & post diluuium.

TERTIVS vsq; ad lumbos, id est, initio tertij millenarij, promissio (quæ antea vagabatur, & minus restricta erat ad certos homines) declarata, illustrata, & recentí reuelatione alligata est ad Re-nes, id est, ad semen, seu posteritatem Abrahamæ: cuius rei σφραγίς erat circumcisio. Huc faciebat certæ terræ ac loci promissio, & politix Iudaicæ constitutio. Hæc fuit iuuenta Ecclesiæ, viventis
cum

cum Abrahamo, Mose & Dauide. Et quidem ad Dauidis etiam lumbos diserte alligat Deus promissionem de Messia, cum ait: De fructu lumborum tuorum sedere faciam super sedem tuam. De lumbis Abrahamæ dicitur in Epist: ad Ebraeos cap: 7.

QUARTVS millenarius est natationis, & magnæ inundationis salutarium aquarum sanctuarij, id est, publicæ prædicationis. Messia, desinente iam quarto millenario mundi. Verè tunc intumuerunt aquæ templi, cum conspiceretur & audiretur ipse Messias, spargens salutarem doctrinam de suis beneficij, eamq; confirmans miraculis. Item, Cum doctrina Euangelij iam non amplius angustiis Ecclesiæ Iudaicæ alueis contineretur: sed longissimè deriuaretur, latissimèq; dimanaret ad gentes: & quasi inundatio quædam salutaris totum terrarum orbem oppleret: atq; ita Messias dominaretur à mari ad mare, vt prædictum fuerat Psal. 72, Ezech: 47,

Zach-

Zach: 9. Hæc fuit virilis & perfectior
 ætas Ecclesiæ, aspicientis & audientis
 Messiam exhibitum.

Primò itaq; Messias secundum na-
 turam diuinam de seipso promissionem
 edidit in paradiso: deinde post annos
 4000 eandem sonuit & repetiuit in na-
 tura humana assumpta, pro *επαγγελία* ad-
 ferens *εὐαγγέλιον*: idq; factum est Hiero-
 solymis in Iudæa, vbi antea (quæ vete-
 rum est opinio) vixerant & docuerant
 Adam, Abraham, Dauid, Prophete & al-
 lij viri sancti, velut summi ac primi illius
 Sacerdotis ministri & college.

HARMONIÆ EX CERTIS TEM- porum interuallis,

Vt in tota rerum natura plurima ex-
 tant potentię ac sapientię Dei conditor
 ris

ris testimonia: ita non dubium est, in perpetua illa annorum mundi tela intextum esse aliquid cœlestis sapientiæ, quod ab animis oculatis cum admiratione & utilitate aspici, ac in laudis diuinę materiã trahi possit. Nihil enim sapientissimus mundi architectus frustra operatus est, nihil temerè fudit, nihil finxit, cui non diuinitatis suę vestigiã ac digitos impresserit. Nobis quidem, cum Chronologicis studijs ac laboribus occuparemur, in primis iucundum fuit, magnamq; molestiarum ac tediij leuationem attulit, quod vltro sese offerebant insignes aliquot temporum harmonię, quibus Chronologiæ certitudinem stabiliri & confirmari intelligebamus. Ex his igitur quasdam decerptas in medium proferemus: non vt fundamenti loco ponantur, vel ædificium Chronologicum sustineant: sed vt vel munimentorum externorum vicem suppleant, vel ornamentorum, quibus Lector animum & oculos pascat, necessarium & commodum vsum præstent.

Concin

I 518

Concinnum & obseruatu dignum est, quòd nostra supputatione paria sunt temporum spacia à condito templo primo ad secundum: & à secundo ad natum Christum: Vtrinque anni 518. Nam templum primum conditum est 2934: secundum 3452: quod interuallum est annorum 518. Inde ad N. C. 518: consistunt 3970.

2934	3452
518	518
<hr/>	
3452	3970

Alijs plerumque prodeunt spacia imparia aut inæqualia: In primo interuallo 510: in posteriore 518.

II Paria sunt spacia à dedicatione templi primi ad dedicationem secundi: Et rursus, à dedicatione secundi ad natum Christum. Vtrinque 515. Nam templum primum dedicatum est 2941: secundum 3456: quod interuallum constat 515 annis

Inde ad natum CHRISTVM itidem 515.

2 9 4 1	3 4 5 6
5 1 5	5 1 5
3 4 5 6	3 9 7 1

Hæc vt non temere ac fortuito accidisse credendum est, ita multum lucis adferunt his obseruationibus Chronologicis, si templum templo, & dedicatio dedicationi conferatur, ac temporum harmonijs rerum gestarum analogia coniuncta aspiciatur. Vtrunq; enim templum in Christum, vt in scopum, respicere debuit: & nato Christo impletum est illud, quod vtriusq; templi sumptuosa magnificaq; extructione ac læta dedicatione præfiguratum fuerat. Certè illa, quæ in natalis Christi nocte ab Angelis fiunt & dicuntur, ad augusti cuiusdam templi dedicationem congruunt aptissimè: & sunt illa illustriora, ac cedente temporum symphonia. Sed harum rerum considerationem Lecto-

ris studio ac diligentia relinquimus. Nam in Chronologicis non solum oportet lectorem in numerorum notis hærere, aut in temporum interuallis subsistere: sed numerorum manu-ductione, (sicubi id fieri potest) ad historiarum ipsarum sacraria penetrandum est: vt ab annorum temporumq; cognitione animus ad rerum ipsarum contemplationem traducatur, & Chronologia Theologia famuletur.

II

775.

Paria item sunt spatia à primo paschate Israëlitico ad pascha celebratum sub Ezechia, Rege Iudæ. Et iterum: A paschate Ezechia ad primum pascha noui testamenti. Vtrinque 775. Comparat inter se studiosus lector, tria paschata: primum, quod Moses in Aegypto: secundum, quod Ezechias: tertium quod Christus Dominus noster cum dilectis discipulis suis celebravit Hierosolymis, reperiet mens pia, quo se oblectet, & à
tempo-

temporum ratione ad mysteriorum
contemplationem ascendat.

2453 exitus 3228

775 775

3228 Ezechi- 4003 pascha Christi
æ pascha complet.

Legitur 2 paral: 29. & 3 Reg. 18,
quanta festiuitate & gaudio publico
Ezechias Rex pascha celebrarit, primo
anno regni sui: in quo & templum repur-
gatum, & vniuersa Idola ex Israel subla-
ta memorantur. Eodem tempore ser-
pens æneus, quem Moses in deserto ere-
xerat, contractus ac dissipatus est. Di-
stat hoc pascha à Mosaico annis 775:
& totidem annis à paschate Christi: ita
vt Christi pascha à Mosaico distet annis
1550: quos si per medium seces, relin-
quantur vtrinque 775.

Elapsis igitur ab exitu ex Aegyp-
to annis 775, in ipso articulo mediij tem-
poris inter pascha Mosis & Christi, re-

nouauit Deus Israëlítico populo, tempore pñ Regis Ezechia, pristini paschatis Aegyptiaci laticiam: & arcana spiritus sui virtute pios de futuro multoq; augustiore paschate submonuit: in quo Messias morte sua templum nouum Ecclesiae conditurus ac purgaturus: & ipse in cruce ad similitudinem serpentis aenei (quem Ezechias in suo paschate sustulerat) erigendus erat; vt omnes, fidei oculis eum intuentes, vitam aeternam consequerentur; quemadmodum ipse Dominus typum illum serpentis erecti de cruce ac morte sua interpretatur, Ioan: 3.

Hoc modo si pergat lectoris diligentia in expendenda similitudine paschatis Moysi, Ezechia, & Christi, pandente ei plura mysteria. Nos breuiter tantum commonefaciendos esse duximus Chronologiae studiosos de ea sapientia, quam in literarum sacrarum monumentis reconditam esse, annorum ratio docet.

Ab exitu ex Aegypto ad absolutam & perfectam domum Regiam Salomonis, anni 500. Hinc ad templum secundum conditum sub Dario 500. A templo secundo ad templum ab Herode renouatum 500. Deinceps ad mortem Christi 50. A morte Christi ad vltimum excidium templi & vrbis Hierusalem 38. Summa: Ab exitu ex Aegypto ad excidium Ierusalem anni 1588.

2453

2453

1588

500

4041

2953

500

3453

500

3953

50

4003

38

4041

F 3

OB-

ISAGOGE
OBSERVATIO

Plurimique scriptorum veterum referunt excidium Hierosolymorum sub Tito Vespasiano ad annum à morte Christi 42: atque hic error, ut fit, inde in recentiorum codices influxit. Verum & Imp: Romanorum anni, & tota series Chronologiae, hunc errorem coarguunt: ac liquidò demonstrari potest, à prædicatione Baptistæ ad excidium Hierosolymorum decurrisse annos 42: à baptismo Christi 41: à morte Christi 38. Latet eius rei mysterium in Deuteronomij numeris cap: 2, vbi Moses supputat annos 38 ab eo tempore, quo ingrati Iudæi in deserto aspernati fuerant botrum, in terra Canaan resectum & ad ipsos in desertum à Iosua & Caleb eorumque comitibus allatum. His 38 annis, inquit Moses, perijt tota illa natio peruersa, quæ ex Aegypto migrauerat, & miracula Domini viderat, superstitionibus tantum Iosua & Caleb.

Hic quoque pia, & fidei nostræ on-
 sentiens instituat^r ἀναγωγῆς, vt veteres
 appellarunt: & apparebit rerum ac tem-
 porum pulcherrima concordia. Iudæia
 spernantur botrum pendentem in ligno
 id est, Christum, expansum in cruce: de-
 inceps 38 annorum spacio perijt gens
 ingrata in deserto: quemadmodum &
 totis 38 annis à morte Christi, magis ma-
 gisq; afflicti & contriti sunt Iudæi: do-
 nec gens illa impia, quæ miracula Chri-
 sti viderat, & ei violentas manus intule-
 rat, vnà cum templo & politia deleretur.

Illustriora hæc erunt, si in historia
 Num: cap: 13 attentius consideretur exi-
 mij botri & Christi collatio: quam pau-
 cis delibabimus, non vt lectori allego-
 rias ociosas obijciamus: sed vt mysteri-
 um 38 annorum, quibus Israëlita in de-
 serto extincti sunt, in lucem produca-
 mus, & tam temporum quam euentuum
 conuenientiam in veteri ac nouo testa-
 mēto clarius demonstremus. Neq; enim
 existimandum est, casu aut temerè Mo-
 sen

sen 38 annos literis mandasse, cum totidem annos à morte Christi ad politiæ Judaicæ interitum effluxisse constet. In hac itaq; temperum harmonia ipsarum rerum symphoniam auscultemus.

Botrus Christus est: is pendet in ligno: gestatur à duobus, à ministris Evangelij: quorum prior vetus, posterior nouum testamentum designat. Rubet botrus: Christus cruentus est in cruce: & talis ubiq; pingitur Messias, Gen: 49. Esa: 53. Certè, crucifigi est fieri cruentum. Est inusitatae magnitudinis: quia ex plenitudine eius omnes haurimus: nec sitimus in æternum, Ioan: 4 & 7. Impij aspernantur botrum: quia Iudæis Christus scandalum est, Ethnicis fabula. Pij verò botrum aspiciunt lætis oculis: eiusq; suauitatem, velut insigne specimē futuræ beatitudinis, gustant: quia iustificati fide, pacis æternæ initia sentiunt in corde: & filiali fiducia accedentes ad Deum, clamant Abba pater-

Mirus est consensus annorum 30 in veteri testamēto cum anno 30 Christi in nouo testamento. Ioseph enim 30 ætatis anno à Pharaone exaltatur: & Dauid ætatis 30 inauguratur regno. Estq; inter Iosephi annum 30, & 30 Dauidis distantia annorum 660, id est, vicies bis 30. Rursus, à 30 Ioseph ad 30 Christi, numerantur quinquagies nouies 30, id est, 1770 anni. Sic à 30 anno Dauidis ad 30 Christi prodeunt tricies septies 30, id est, 1110 anni. Habemus itaq; & hoc de Chronologia nostræ certitudine argumentum non prorsus aspernandum: nempe concursum annorum 30, continua numeratione repetitorum, & deductorum ab anno 30 Iosephi, & Dauidis ad 30 Christi. Hoc loco iterum lector eruditus instituat collationem 30 anni Iosephi, & Dauidis cum 30 Christi. Ioseph & Dauid 30 ætatis anno euecti sunt ad regnum, & tam rebus præclare gestis, quam ætatis similitudine Christum representarunt.

Messias ætatis 30. exaltatus est in suo ministerio: non accipiens testimonium à Pharaone, vt Ioseph: non vnctus à populo, vt Dauid, sed ab æterno Patre clamante de cœlo: Hic est filius meus dilectus, quo delector: à quo & vnctus est præ confortibus plenitudine Spiritus Sancti. Reliquas partes similitudinis officiorum, & actionum Iosephi, Dauidis & Christi, prosequatur lector religiosa meditatione: id quod venerabilem Bedam ante nos fecisse, ex hoc eius dicto constat: Præco, inquit, præcedit Iosephum, id est, Baptista præcedit Christum, parans ei viam. Ioseph erat annorum 30. cum exaltaretur: & Christus baptizatus est, cum esset annorum 30. Hæc ille. Quemadmodum igitur Beda confert Ioseph & Christum, quo ad tempora, siue annum 30: ita vtriusque actiones quodammodo congruunt. Ioseph elapso ætatis 30. demetit fruges, anno primo fertilitatis natus. Christus verò per baptismum ordinatus ad ministerium, anno 30. exacto incipit prædicare Euangelium.

um, copiosamq; messem suam demetere: sicut ipse Dominus tempus prædicationis suæ comparat messi, Matthæi 9.

2 2 3 0 Annus 30 Iosephi.

6 3 0 Vicies semel 30 anni.

2 8 6 0 Natalis Dauidis.

3 0

2 8 9 0 Regnum Dauidis

1 0 8 0 Tricies sexies 30 anni

3 9 7 0 Natalis Christi.

3 0 Anni Christi.

4 0 0 0 Annus 30 Christi.

Frequens etiam est mentio annorum 40 in veteri testamento: in quibus eadem annorum harmonia animaduerti ac deprehendi potest, si anni 40 supputentur à certis euentibus veteris testamenti vsq; ad Christi natalem: vel, quod idem est, ad annum à N. C. 40.

Quatuor viri illustres in V. T. continuis annis 160 (id est quater 40) rexerunt populum Iuda, singuli annis 40 Guber-

Gubernatio Eli cœpit exacto anno mundi 2810: Samuelis 2850: Dauidis 2890: Salomonis 2930. Inde si numeratione 40 annorum continuata atq; iterata progrediatis ad Christum, quadragesimus annus semper attinget annum nati Christi 3970. Et quidem ab initio Eli Sacerdotis ad natalem Christi repetendi erunt tibi 40 anni vicies novies: à Samuële vicies octies: à Dauide vicies septies: à Salomone vicies sexies: à morte Salomonis vicies quinquies. Breviter. Numerata 40 quoties potes, ab Eli, Samuële, Dauide vel Salomone vsq; ad Christum, nusquam erunt inter principium tuum, & inter natalem Christi vel plures vel pauciores anni, quàm 40.

2810 Mortuus Samson
40 Annū Eli Sacerdotis.

2850
40 Annū Samuēlis.

2890
40 Annū Dauidis.

2930
40 Annū Salomonis.

2970 Mors Salomonis.
1000 Vices quinquies 40.

3970 N. C.
40 Annus à N. C. 40.

4010
Summa: ab anno 40 regni Dauidis ad 40
annum Christi vices septies 40.

Anno nati Christi 40, pœnas impie-
tatis iniustitiæq; dederunt duo primarij
hostes Ecclesiæ Dei, & truculentissimi
leones

leones: quorum alter Baptistam, alter Christum occidit. Herodes regno exutus cum scelerata Herodiade extrusus est à Caligula in exilium: Et Pilatus perijt ἀυτόχαις. Ille à martyrio Baptistæ anno 9: hic à morte Christi 7.

V 70.

Plurimus est in historia sacra & mysterijs vsus numeri septuagenarij: qui & ipse proposito nostro seruit, & harmonias non inconcinnas suppeditat. Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ certo modo coherent, & copulati sunt cum exitu ex Aegypto. Quia completis ab exitu ter & decies 70 (id est 910 annis) cœperunt 70 anni captiuitatis Babylonicæ. Rursus, elapsis ab exitu decies & quater 70 annis (id est 980) migrarunt Iudæi ex Babel,

2 4 5 4

2 4 5 4

9 1 0

9 8 0

 3 3 6 4

3 4 3 4

Sicut

Sicut igitur diuersa illa tempora mutationum in populo Israël perpetuo quodam nexu colligata sunt: ita etiam in rebus ac euentibus ipsis tacita quædam est analogia & mutua consensio: quod perspicies, si exitum ex Aegypto ad exitum ex Babel conferas: & utriusque liberationis beneficijque diuini similitudinem ac amplitudinem expendas.

Respiciunt & inter se quodammodo tabernaculi fabricatio vel dedicatio in deserto: & templi inflammatio atque destructio. Vtrique verò horum adsimilari & comparari potest extructio altaris templi secundi anno primo reditus Iudeorum ex Babel.

2455

910

3365

2455

980

3435

A fine 70 annorum captiuitatis Babilonicae rursus numerantur anni septuaginta (id est, 490) ad quartæ Monarchiæ principium.

principium, videlicet ad annum mundi
3924, quo interfectus est Pompeius, &
rerum summa ad Iulium deuoluta est.
Hic quoq; cognatio quædam est rerum
à Cyro & Iulio gestarum. Vterq; enim
Monarchiam constituit: Ille secundam,
quæ Persica; hic quartam, quæ Romana
dicitur.

$$3434$$

$$490$$

$$3924$$

Effluxerunt itaq; ab exitu ex Aegy-
pto ad monarchiam Iulij 70 anni, vicies
& semel repetiti, id est, anni 1470. Vt au-
tem huius harmoniæ ratio sit conspectio-
rior, eius exempla in tabella proponemus.

- I Ab exitu ad captiuitatem decies
& ter 70, id est, 910 anni.
- II Ab exitu ad captiuitatis finem
decies & quater 70, id est 980.
- III A fine captiuitatis ad Iulij Cæsa-
ris Monarchiam septies 70, id est, 490.

III A

Tribus istis numeris in vnam summam contractis, reperies inter exitum ex Aegypto & Iulij Monarchiam annos 1470, id est, vicies & semel 70.

III A partitione terræ promissæ ad N. C. 1470, id est, vicies & semel 70.

V A partitione terræ ad Samuelem quinquies 70 id est 350.

VI A partitione terræ ad initium rerum Romanarum decies 70, id est, 700.

VII A partitione terræ ad Ducatum Simonis, tertij Ducis Maccabæi (sub quo ab Israël sublatum est iugum gentium) decies novies 70, id est, 1330.

VIII A partitione terræ ad excidium Hierosolymorum, vicies bis 70, id est, 1540: Eo climactere finitum est tempus habitationis Iudæorum in terra Canaan, cuius possessionem Iosua, terram distribuens, eis tradiderat.

IX A Samuele ad N. C. decies & vicies 70, id est, 1120.

X A Samuele ad Simonem Maccabæum quater & decies 70, id est, 980.

XI A Simone Maccabæo ad N. C. vn decies 70, id est, 770.

XII A nato Romulo ad N. C. vnde-
cies 70 id est, 770.

XIII A nato vel concepto Romulo ad
vltimum excidium vrbis Ierusalem 840,
id est, duodecies 70.

XIII A centenario 3900 ad N. C. an-
ni 70: & inde ad excidium Ierusalem to-
tidem completi.

	1		3		4
2454	2454	3434	2500		
910	980	490	1470		
<hr/>					
3364	3434	3924	3970.		
	5	6	7		
2454	2500	2500	2500		
1470	350	700	1330		
<hr/>					
3924	2850	3200	3830		
8	9	10	11		
2500	2850	2850	3830		
1540	1120	980	140		
<hr/>					
4040	3970	3830	3970		
12	13	14			
3200	3200	3900	3970		
770	840	70	71		
<hr/>					
3970	4040.	3970	4041		

Est

Est omnino memoratu dignum, quòd res Romanæ initium sumunt ab anno mundi 3200: quo completo, Romulus & Remus vel concepti vel nati sunt. Is inquam annus 3200, est Iubilæus mundi 64: Mosis 14: à nato Ioseph annus 1000: à partitione terræ promissæ 700: à nato Iosua 800: ante baptismum Christi 800.

VI.

1000.

Celebris etiam mille annorum numerus plurimas ac pulcerrimas parit harmonias: quarum aliquas hoc loco pro instituti nostri ratione recensebimus.

2891

3891

I Anno 1000 ab inauguratione & regno Davidis, Cicero ad causas agendas accessit, primamq; orationem dixit pro Quintio.

2898

3898

II Anno 1000 à regno Davidis in
G 2 Ierusa-

Ierusalem mortuus est Alexander, Iudæorum Rex, relinquens regnum vxori Alexandræ. Ita regnum Davidis post 1000 annos recidit in fœminam: Et hæc quidem Pharisæos primum euexit, eosq̄ in regni consortium admisit. Eodem anno Cicero exacto quæsturæ suæ anno in Sicilia, Romæ rursus magna cum laude versatus est in omni causarum genere, vt ipse de se scribit.

2930

3930

III Anno 1000 à morte Davidis interfectus est Cicero. Et quod in eundem recidit annum: Anno 1000 à coronatione Salomonis, Augustus Cæsar imperare cœpit. Sub illo conditum est templum: sub hoc natus Christus.

2941

3941

III Anno 1000 à dedicato templo, et condita regia Salomonis, Augustus Cæsar Monarchia Romana potitus est, uicto

victo ad Actium Antonio. Considera similitudinem Regiæ Salomonis, & Monarchiæ Augusti, in qua natus est Christus.

2934

3934

V Anno 1000 à condito templo Salomonis, Herodes vi & armis occupavit terram Iudæ; & anno sequenti, expugnata vrbe Ierusalem captoque templo, vt Iudæorum Rex, ibi dominari cœpit.

2953

3953.

VI Anno 1000 à perfecta & absoluta regia Salomonis Augusto Cæsari, ex Syria redeunti, currus cum corona aurea à Senatu decretus, & Regia potestas legum ferendarum delata est.

Eodem anno Herodes templum Hierosolymis renouare aggressus est: vt apud Iudæos esset gratiosior. In qua harmonia illud quoque notandum, quòd medium horum 1000 annorum cadit in ipsum annum conditi templi secundi, cuius

ius extructionem Darius, Persarum Rex
Iudæis permiserat, anno mundi 3453.

Hac ratione 500 anni elapsi sunt, à
Regia Salomonis ad templum secun-
dum. Rursus, à templi secundi extructi-
one, ad eiusdem sub Herode renouatio-
nem, anni 500.

	2953	3453
	500	500
	<hr style="width: 100%;"/>	
3	3453	3953
	2970	3970.

VII Anno 1000 à morte Salomonis
natus est Christus. Vide harmoniam
temporum: Salomon moriendo incipit
millenarium, quem Christus nascendo
claudit. Vide etiam rerum collationem:
Mortuo Salomone, simul mortua est pax
illius gentis: & paulatim concidit flos re-
gni Iudaici. Post annos 1000 in utero
Mariæ virginis verum decus Israël re-
floruit: & nato pacis auctore toti orbi pax
est reddita.

3004

4004

VIII Annus etiam 1000 ante mortem Christi euentu insigni est memorabilis: quod annotamus, non vt institui velimus allegoriam: sed vt ex collatione actuum Christi & Regis Assa, maiestas operum Christi inclarescat: & quanta gloria nouum testamentum antecellat veteri, intelligatur: addo etiam, vt supputationis nostræ concinnitas conspiciatur. Anno mundi 3004 (ante mortem Christi 1000) Rex Assa innumerabilem multitudinem Aethiopum, non tam robore exercitus quam pijs precibus cæcidit, ingenti sanè & memorando miraculo. Sed multò maius est, quòd millesimo anno post Iesus Christus diuina potentia non Aethiopes, sed Diabolos vicit, eorumq; regnum moriendo destruxit.

Intelligit itaq; candidus lector, quomodo nouus millenarius circa tempora Davidis & Salomonis scaturire cœperit: qui magno fluxu in tempora, Christo vicina, se exonerarit.

G A

Est

Est autem hoc magis admirandum, quòd, quæ de harmoniis huc vsq; diximus, sint (vt cum Cicerone loquamur) non quæsitæ, sed secutæ, id est, non à nobis excogitata vel conficta, sed ex ipso Chronologiæ corpore nata: & ex numeris, loco ac ordine suo dispositis, collecta atq; producta, solo supputandi labore à nobis adhibito.

VII. 1120. 75. 532

Auctarij vice in turbam coniicimus obseruationem de numero añorum 1120, & de annis Christi 75, & 1380.

A nato Dauide ad natum Vespasianũ
Imp: 1120.

A regno Davidis ad natum Titum, Vespasianum Hierosolymorum euerforem 1120 (in hac supputatione sequimur Dionem, non Suetoniũ)

A morte Davidis ad mortem Vespasiani patris 1120: vel quod idem est, A coronatione Salomonis ad imperium Titi Vespasiani 1120.

Annus

Annus etiam Christi 75 pulchrè concurrir cum 75 lustro Romano, quod, Censorino, teste, fuit vltimum.

Deniq; anno Christi 1380, nostra supputatione, coincidunt Olympias 532, & annus mundi 5320, id est, decies 532.

Definimus recitare plures harmonias, quòd & reliquas tabulæ nostræ Chronologicæ exhibeant, & has ad faciendam lectori fidem sufficere arbitremur.

OBSERVATIONES CHRONOLOGICÆ.

Hactenus Ideam generalis Chronologicæ, ab Adamo ad Christum delineatam, lectoris eruditi oculis subiecimus: reliquum est, vt de locis quibusdam controuerfis mentem quoq; nostram aperiamus, atq; hiatus aliquot chronologicos compleamus & complanemus.

O B S E R V A T I O

in annum 1949.

Quoto anno ætatis Tharæ natus sit Abraham, tradit Moses: vixit, inquit, Thara 70 annis & genuit Abraham, Nahor & Aran. Id nos ita accipimus, quòd natus sit Abraham anno 70 Tharæ. Alij ita exponunt: quòd Thara ætatis 70 exacto cœperit primum gignere filios: & quòd illos procrearit sequentium annorum spacio: nec tamen Moses definierit annum certum, quoto quisq; eorum sit genitus. Mouentur illi martyris Stephani dicto Actorum 7, qui ait: Abrahamum migrasse ex Haran, postquam mortuus esset parens eius Thara. Mortuus est autem ætatis 205, Genesis 11. Et Abraham natus erat anno 75 cum migraret in Haran. Concurrent igitur ipsorum supputatione, 75 Abrahamæ & 205 Tharæ. Et quia subtractis 75 ab 205, relinquuntur 130, consequetur natum esse Abraham, non 70 sed 130 Tharæ, id est, anno

anno 60 post, quàm Thara liberos generare cœpisset, Hæc illi.

Nos verò nondum persuademur, vt credamus Abrahamum, alio quàm 70 anno Tharæ natum esse.

Primum enim nitimur expresso testimonio Mosis: qui disertè exprimit annum 70 Tharæ: & copulat cum eo nomen Abrahæ. Neq; verò etiam Moses supputat annos Nahor & Aran: Sed annorum mundi seriem deducit ab Adamo ad Abrahamum, Israëliticæ gentis conditorem: huius annos numerat, & propter hunc exprimit 70 Tharæ: eo quòd per ipsum, & non per Nahor, aut Aran pertexenda erat tam Genealogia Messia, quàm Chronologia mundi.

Quòd autem ad nomen Abrahæ additur mentio fratrum eius, Nahor & Aran, fit propter Loth & Saram, quorum genealogiam Moses velut compendio simul complecti ac posteris tradere voluit.

Illud de 130 Tharæ eadem facilitate repudiatur, qua afferitur, vt pote à Mose non traditum. Ac si natus esset Abraham anno 130 Tharæ, certè id adnotatum oportuit: alioqui continua annorum mundi series, à Mose instituta, & ex patrum ætatibus collecta, hoc loco hia-ret, vt ne ipsum quidem Abrahamum attingeret. Quod si quis excipiat, id à Stephano doceri, & annotari in Actis: quid hoc est aliud quàm sentire, quòd non possit ex Mose contexti perpetua annorum tela ab Adam ad Abraham: quod quam sit verum vel verisimile, nihil attinet dicere. Nec sanè aliquid erat causæ, cur eius rei adnotatio in noui testamenti reuelationem differretur, cum euentus ille ad veteris, & non ad noui testamenti tempora pertineat. Denique cum reliquorum patrum omnium annos, quibus nati sunt, singulari studio consignarit Moses, qua quæso vel negligentia vel impudentia, ne dicam cæcitate, solius Abrahæ patriarcharum princeps

principis, annum natalicium prætermittet ac præteriret?

III Quinquies exprimit Moses diuersos annos ætatis Abrahæ, scilicet, 75, 86, 99, 100 & 175. Cur igitur annum, quo natus est, reticeret? imò, quorsum attinebat, maiores istos ætatis Abrahæ annos nominatim exprimere, si primus Abrahæ, vnde pendebat reliquorum numeratio, ignoraretur?

III Suffragatur nobis Iosephus, qui à diluuiò ad natalem Abrahæ supputat annos 292. Eum sequuntur Eusebius, (qui allegat supputationem Ebreorum) Beda, & nostro seculo præcipui Chronographi.

V Pleriq; patres à diluuiò, deficiente iam hominum ætate, filios genuerunt circa annum ætatis 30: vt Arphaxat genuit filium anno ætatis 35, Salah 30, Eber 34, Peleg 30, Regu 37, Serug 30, Nahor 29. Solus verò Thara ætatis 130 genuisset

genuisset Abrahamum, cum eius parens Nahor anno 148 mortuus sit: & Abraham ipse miraculi loco ducat, si ex se centenario, & Sara nonagenaria nascatur filius Isaac.

VI De loco in Actis respondeo, quod ipse Stephanus responderet si ueret: Examina Acta ad Genesin: non Genesin ad Acta: Lignum ad normam exige, non normam ad lignum. Stephanus ibi longe aliud agit, quàm ut tempora supputet, vel Mosis supputationem excutiat aut corrigat. Mutuatur ex Mose narrationem suo negotio conuenientem: & obiter meminit mortis Tharæ. Hic certè & integras historiæ narrationes, & exactas temporum supputationes ex Mosis præceptoris sui scriptis depromi uoluit. Sunt autem in Stephani narratione plura, quæ cum grandis, (ut loquuntur,) accipienda, et commoda interpretatione lenienda sunt, quod etiam alij obseruarunt: Ut, quod Urbem Chaldæorum nominat urbem Mesopotamiam.

Mesopotamiæ. Et, quod ait, Iacobum transtulisse in Aegyptum 75 animas: cum Moses contra affirmet, idque bis repetat, fuisse tantum 70. Hic itaque nemo dubitat, numeros ex Mose corrigendos, & suæ integritati restituendos esse. Cur idem non liceret in eiusdem narrationis parte altera, de migratione Abrahamæ: præsertim cum ea in re non periclitetur vel argumentum Stephani, vel scripturæ fides, vel hominum salus. Aliud est, cum ex professo quid tractatur aut tractatur, quod Moses facit: aliud, cum tantum obiter, ac velut in transcurso attingitur, & aliunde citatur aliquid, & lector vel auditor eò remittitur, ut inde rei propria declarationem ac fidem, & eius, quod integræ expositioni deest, complementum petat. Moses ex professo agit historicum, & ætates patrum annotat: Stephanus verò ex Mose recitat sua nec id facit accuratissimè: utpote in re alioqui Iudæis nota. Si ergo ex Mose sumenda est declaratio & fides narrationis Stephani, officio nostro defuncti erimus

erimus, si, supputationem nostram ex
 Mosaica narratione desumptam esse,
 comprobauerimus. Dixit ista Step-
 hanus, comūhi quadam opinione ductus:
 quam inde natam esse apparet, quòd
 cum Thara commoratus sit in Haran
 vsq; ad obitum suum, vt autor est Mo-
 ses, putarint Iudæi, Abrahamum quoq;
 amore & pietate in parentem, senio con-
 fectum, hæsisse in Haran, quàm diu vi-
 ueret ille: eoq; mortuo tum demum solu-
 tis quasi compedibus, quæ hætenus
 eum tenuerant, perlustrasse terram pro-
 missam. Verum hanc opinionem con-
 futant verba Mosis, qui natalem Abrahæ
 ad 70 Tharæ: & Abrahamum anno 75
 migrasse scribit ex Haran. Ideoq; neces-
 se est, Tharam 60 reliquos vitæ suæ an-
 nos exegisse in Haran. Pepercit fortal-
 sis diuina clemētia sancto & venerando
 seni Tharæ, ne comes esset peregrinati-
 onum Abrahæ, quòd antea voci Dei pa-
 ruiisset, & ex vrbe Chaldæorum exiens
 totamq; suam cognationem relinquens
 familiam collocasset in vrbe Haran.

Iam

Iam verò crescentibus annis, paulatim destituebatur Thara viribus corporis, nec per ætatem decrepitam erat ad perpetuos itinerum labores idoneus. Ideo mansit in Haran, cum interim Abraham terram Canaan peragraret. Neque etiam credibile est, Abrahamum expectasse parentis obitum, & postea migrasse. Certè Abraham peregrinationem illam suscepit, non ad hominum nutum, sed ad Dei mandatum ac voluntatem. Hanc vnam sibi proposuit vitæ atque curriculi vniuersi Cynosuram. Nec sanè quis ex S. Biblijs nobis confirmabit, quòd Deus vocarit Abrahamum mox post Tharæ obitum, nulla interposita mora. Potuissent enim aliquot anni inter Tharæ excessum & Abrahamæ vocationem intercedere: et tamen vera fuisset vox Stephani, Abrahamum migrasse post patris obitum, scilicet, interuenientibus, vt diximus, annis aliquot. Hac ratione nequidem annus 130 Tharæ certò assignari posset natiuitati Abrahamæ, obstante eo, quòd migrare potuisset Abraham annis

H aliquot

aliquot à morte Tharæ decursis. Hoc tandem esset, omnem rationem temporum Abrahamæ perturbare atq; euertere: totamq; annorum mundi supputationem in incerto ponere, & Syrtibus implicare. Verum, vt ad propositum nostrum reuertamur, non fuit alligata diuina patefactio, vel ad vitam vel ad mortem Tharæ: nec Abraham hominibus, sed DEO se regendum permisit.

Cumq; Deum ducem haberet, eius decreto & locum mutauit, & omnia vitæ suæ consilia actionesq; instituit: nec impediri se passus est, vel parentis vel ullius hominis amore: quo minus Deo vocanti quocunq; tempore piè obsequeretur.

Est itaq; hæc summa sententiæ nostræ de loco in Actis 7. Stephanus verba ista (postquam mortuus est pater eius) recitat, non vt asseuerationem, sed vt opinionem communem: & tamen (vt ita loquar) liberam, qua non faciat præiudicium sententiæ meliori: & de qua

qua non magnopere contendat, affirmet, aut disputet: sed liberum cuique sit sentire, si queat, rectius. Tales plurimæ in nostro & vulgi sermone audiuntur voces & sententiæ liberiores: de quibus citra veritatis dispendium, adeoque citra omnem disceptationem per nos licet alijs aliter sentire: & de quibus ipsi facile cedimus admoniti.

Porro, nobis non aduersatur, neque displicet, quod aliqui opinantur: Abrahamum non fuisse primogenitum Tharæ. Sit sanè ita: modo hoc nobis ratum ac firmum maneat, quòd 70 Tharæ non adnotetur à Mose propter Nahor; sed propter Abrahamum, cuius summi Patriarchæ ætatem ac natiuitatem Moses, Israëlitiçi populi historicus, anno 70 Tharæ, tanquam certissimo indice, demonstrare, & annorum mundi seriè continuare voluit. Potuisset autem omni 70 anni consignatio, si non inde annorum mundi & ætatis Abrahamæ supputatio discenda & colligenda fuisset.

Obiter obseruetur: mysterio non vacare, quòd Abraham nascitur 70 Tharæ. Ex multis enim scripturæ locis notum est, 70, esse numerum celebrem ac ferè mysticum. Sicut igitur annus 70 exilium Babylonicum finijt, & Iudæis patriam reddidit: ita fortè significatum est, in Abrahamo orituram esse Ecclesiæ Dei nouam lucem ac felicitatem: videlicet, promissionis illius primæ de Messia repetitionem: ac declarationem quemadmodum & Christi natalis incidit in annum 70 post exactum Mundi centenarium 3900..

O B S E R V A
T I O I N A N
num 2024.

Referimus initium annorum 430 (Exodi 12) ad annum mundi 2024, ætatis Abrahæ 75, & non ad 70, quod quidam faciunt: neq; ad migrationem Iacob in Ægyptum, quod alij maluerunt. Nos

stræ igitur sententiæ ratio hîc nobis red-
denda est.

I

Ipsè Moses numerat peregrinatio-
nis illius primum decennium ab anno
Abrahæ 75, Gene: 16, vbi dicit: Abraha-
mum anno 10 peregrinationis exacto
egisse annum ætatis 86. Incoanda est
igitur peregrinatio Abrahæ ab anno
75: plus minus completo, quo ex Haran
migravit: quia expressa mentio primi
decennij peregrinationis Abrahæ, est
velut index principij annorum 430. Et
Deus ipse aliquoties copulat promissio-
nem terræ cum ingressu ac peregrinati-
one Abrahæ in ea: vt 430 principium
quasi ad primum vestigium pedis Abra-
hæ, terram ingredientis alliget.

Gene: 12: Semini tuo dabo terram hanc.

Gen: 13: Tibi & semini tuo, dabo terram
hanc, quam vides: surge ac peram-
bula eam in longitudine ac latitu-
dine, quia eam daturus sum tibi.

Gene: 15: Eduxi te de Vr, vt darem tibi
terram hanc.

Ab hac peregrinatione, cui addit Deus geminam promissionem, spirituales de Messia, & corporalem de terra Canaan, initium sumunt res Iudaicæ: & 430 anni ab eo principio incoantur.

Mirus est horum temporum consensus cum natali Christi: quia paria sunt spacia, à condito Adamo ad natum Abraham: & ab hac vocatione Abraham ad N. C. utrinque 1948.

1948	2023
2023	1948
3971	3971

II.

Paulus Gal. 3 opponens promissionem, & legem, numerat annos 430, quibus promissio legem antecesserit. Trahit autem Paulus 430 annorum initium ad migrationem Abraham: quia ei facta est promissio, de qua loquitur Paulus cum inquit; Abraham dictæ sunt promissiones.

siones. Non ait, Iacobo dictas esse. Unde patet, 430 annorum initium sumendum esse à tempore repetitæ promissionis: quod scriptura refert ad annum Abrahamæ 75. Migratio autem Iacobi in Aegyptum occupat ipsum medium annorum 430: nempe annum à peregrinatione Abrahamæ 215. Inde si iterum numerentur 215, complebuntur 430, attingentes populi Iudaici exitum ex Aegypto. Breuiter: Incipimus 430 años à numero in S. Biblijs expresso, & copulato cum ipsa peregrinatione Abrahamæ: adeoq; cum ipsa promulgatione promissionis de Christo. Alioqui quid prodesset, 430 annorum numerum adnotatum esse, si non etiam in Biblijs certum illorum initium expresso numero designaretur.

III

Annorum consignatio in Exodo euincit, 430 annos à vocatione Abrahamæ, & non à migratione Iacobi in Aegyptum, supputandos esse. Nam Caath

avus Mosis (qui cum Iacob migravit in
 Aegyptum, Gen: 46) vixit 133, Exod: 6.
 Ponamus fuisse triennem, cū migraret
 & vixisse in Aegypto 130. Addantur 137
 quibus vixit Amram pater Mosis. Exodi
 6. Moses autē, educens Israēlitas ex Aeg
 ypto, fuit annorum 80, Exodi 7. Hi
 anni iuncti, 130, 137, & 80, nondum
 constituunt 430, sed tantum 347. Hanc
 supputationem Beda tradit his verbis:
 Chaat, filius Levi, natus est in terra Ca
 naan: vixit annos 133: filius eius Amram:
 pater Mosis annos 137: & Moses 80 an
 norum fuit tempore egressionis de Aeg
 ypto. Horum annorum summa con
 stat 430 implere non posse.

IIII

Nobiscum sentiunt multi scripto
 res veteres & recentes, quorum testimo
 nia subijciemus.

Iosephus lib: 2 Antiq: cap, 13. Reli
 querunt Aegyptum mense Xanthico
 Luna

Luna 15, anno 430 post, quam Abraham in Cananæam venit: & post Iacobi migrationem in Aegyptum anno ducentesimo decimo quinto. In Ruffini versione, quod obiter moneo, mendum est: quia omisso denario numero perperam legitur 205 pro 215.

Alexander Polyhistor apud Eusebium Præp: Evangelicæ libro: 9. cap: 4 scribit, habitasse Israëlitas in terra Canaan annos 215.

Eusebius in Chronologia numerat 430 annos ab 75 Abrahæ.

Sulpitius Seuerus. Ab eo tempore quo Abraham in terra Chananaeorum confedit, in id, quod Iacob Aegyptum ingressus est, referuntur anni, CCXV.

Epiphanius in Ancorato: Deus per misericordiam 430 annos peregrinationis ipsi Abraham & semini eius diuisit, & statim quidem suscepit ipsum: & alios 215 annos distribuit his, qui Aegyptum inhabitant.

H 5 Cedre

Cedrenus: Totum tempus, quod in Aegypto Ebraei egerunt, annorum fuit 215.

Zonaras: Egressi sunt Aegypto post Iacobi in Aegyptum migrationem annis 215.

Glossa ordinaria: Patet computandum esse tempus Patriarcharum, Abraham, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari coepit Abraham in terra Canaan: id est, ab illa promissione, in qua fidem eius laudat Apostolus: & completi sunt 430 anni à promissione usque ad exitum Israël ex Aegypto, quando data est Lex in monte Sina: quæ non facit irritum testamentum Dei. Quod autem dicitur Genesis 15: Affligent eos annis 400: non intelligendum est, quod in illa seruitute 400 annis seruiuerunt: sed quia scriptum est: In Isaac vocabitur tibi semen. Ab anno natiuitatis Isaac usque ad egressionem computatur 405. Nec mirum est, si 405 annos summa solida 400 dixit scriptura.

Gerhartus Mercator: Habitatio filiorum Israël, qua manserunt in Aegypto

pto, fuit 430 annorum : hoc non ad migrationem Iacob in Aegyptum referendum est : sed ad profectionem Abrahamæ in Aegyptum. Vult enim Moses non continuam habitationem (quæ demum cœpit, Iacobo in Aegyptum migrante anno 2239) significare : sed totum tempus, quo habitata est AEGYPTUS, comprehendere : quod hinc vsq; ad egressum exactè 430 annos continet. Idem tempus definitur Gal : 3 : Abrahamæ dictæ sunt promissiones & semini eius, annis 430 ante legem datam. Quòd verò Genesis 15, & Act : 7 scribitur de 400 annis, intelligendum est indefinitè, non quidem ab hoc egressu ex Haran : sed à nato Isaac. Loquitur enim ibi expressè scriptura non de Abraham, sed de semine eius : non de Israël, qui seruitutem non subiit Aegyptiacam, sed de Isaac : neq; de seruitute tantum, sed & de peregrinatione. Vult ergo scriptura, quod ex eo tempore, quo promissionis illud semen Isaac peregrinari cœperit, consumandi sint circiter 400 anni (vt abiecto quinquennio

nio rotundus numerus relinquatur) donec à seruitute liberetur Aegyptica. A nato igitur Isaac tempus dictum assumendum est: sed indefinite, quia 5 anni amplius intercesserunt. Hæc Gerhartus

OBSERVATIO O IN ANNUM 2971

In annis Regum Iuda & Israël dispositio nostra duabus potissimum regulis gubernatur.

I Quot quisque annis regnarit, non ita anxie & superstitiose inquirimus, quam quoto anno alterius Regis quisque regnare cœperit: id quod ex libris Regum accurate annotauimus.

II Regibus ipsis tribuimus annos nunc integros & plenos: nunc incoatos & incompletos, ubi synecdochicos aliquam partem anni vel pauci menses pro toto anno

anno ponuntur: aut ubi filij conre-
gnarunt patribus viuis: aut etiam
(quod plerunq; fit) ubi vltimus an-
nus patris cum primo anno succe-
dentis filij coïncidit. Vnus igitur
idemq; annus mundi, interdum ge-
minandus est inter numerandum:
quasi pro duobus annis Regum sit
positus. Propter quam contracti-
onem nōnunquam vnus & alter an-
nus alicui Regi decedit, & de fine
eius aliquid detrahitur. Sed ne
quid in supputatione erroris irre-
pat, principia quorumcunq; Re-
gum, in Biblijs expressa, exactissi-
mè obseruanda, & mordicus reti-
nenda sunt. Huius rei exempla oc-
currunt in annis, 2992, 3028, 3047,
3059, 3104. Plura de hoc in commē-
tarijs.

*In Regum
annis certi
ora sunt
principia
quàm fines
ideo exa-
ctissime ob-
seruanda.*

OBSERVA-
TIO IN AN-

num 3134.

Adscri-

Adscriptimus in Chronologia ad
 annum mundi 3134 vndecennij inter
 regnum: quod ab alijs ponitur: ab alijs
 (inter quos est Funcius) omittitur. Ve-
 rum interregnum illud minimè negli-
 gendum esse, doceri potest ex 4. Reg. 14,
 vbi sic scribitur: Sepultus est Amasias
 in Ierusalem: tulitq; populus Azariam
 Vziam, qui erat 16 annorum: & Regem
 constituerunt eum pro patre suo Ama-
 sia. Et cap: sequenti: Anno 27 Ieroboam
 Regis Israël: regnare cœpit Azaria V-
 zia: 16 annorum erat, quando regnare
 cœpit, & regnavit 52. Vtrobq; dicitur,
 Vziam regnare cœpisse ætatis 16. Post-
 rius verò testimonium docet, 16 Vziam
 copulandum esse cum 27 Ieroboami: si
 ab eius 15 (quo obiit Vziam pater Ama-
 sias) numerandi fuissent 52 anni Vziam:
 nec vlla causa erat exprimendi annum 27
 nisi inde incipiendi fuissent 52 anni Vziam
 æ. Obiit autem Amasias pater Vziam, an-
 no Ieroboami 15, vt dicitur 4. Regum 14.
 Et Vziam regnare cœpit anno 27 Iero-
 boami. Ergo inter Amasiam, obitum &
 Vziam

Vzia regnum intercessit vndecenni-
um, quo distant 15 & 27 Ieroboami.

Iosephus etiã supputat 52 annos
Vziae ab 16 anno: quia ait Vziam vixisse
68, & in his regnasse 52.

Ex hac igitur omisione interre-
gni existit præcipua inter Funcianam
& nostram supputationem discrepan-
tia: & illud maximè, quòd ipsi à fundato
templo Salomonis ad eius desolationẽ
prodeunt non 431, sed 423. Ne verò quis
miretur, cur inter nos & Funcium in
annis à condito templo Salomonis ad
N. C. sit tantum octennij non vndecen-
nij distantia: sciendum est, in annis Res-
gum Iuda, nostra supputatione absorbe-
ri triennium, vbi Funcius annos inte-
gros & plenos, nos verò incoatos posui-
mus. Contraxerat Funcius spacium à
terræ partitione ad Christi natalem, vt es-
set septennio minus, quàm Iubilæorum
ratio poscebat. Atq; vt annorum nume-
rus à partitione terræ ad Christum ei
constare

constare videretur, ex Regum annis sustulit vndecennium interregni sub Vzia: ita non opus ei fuit contrahere in arctum spacia reliqua. Cum igitur de anteriorum mundi summa tantum diminuisset, facile ei fuit in quibusdam locis ponere spacia temporum latiora & laxiora: vt vndecennio illi decederet triennium. Nos à condito templo Salomonis ad interregnum sub Vzia numeramus annos 200: quibus si adiiciatur vndecennium interregni, & 53 anni Vzia regnantis, prodibit annus mundi 3196, quo et Vzia obiit, & prima Olympias constituta est.

OBSERVATIO IN ANNUM 3224.

An Nabonassar Ptolemæi sit Salomanassar.

Nertus Chronologiæ præcipuus est iusta annorum Nabonassaris comparatio
natio

natio cum S. literis, vnde dependet Olympiadum supputatio. Probandum igitur nobis est, Nabonassarem Ptolemæi esse eum, quem S. literæ nominant Sal-manassarem: Et Nabopolassarem Ptolemæi esse Jeremiæ Nebucadnezarem. Magna hic laborum parte nos subleuant Mathematici, qui ex motuum cœlestium calculationibus demonstrant: Nabonassarem antecessisse Christi natalem annis 746. Perspicue autem ostendi potest: nullum Regem ante Christum 746 anno regnasse in Babylone, nisi Sal-manassarem. Qua de re in tabulis Prutenicis Erasmus Reinholdus ita scriptum reliquit: Nabonassar Ptolemæi, inquit, non est Nebucadnezar, seu Nabugodonosor, qui euertit Hierosolyma: sed Sal-manassar, qui Samariam cœpit, & 10 tribus abduxit in Assyriam: quod & historiarum series atq; collatio ostēdit: & motus ipsi in cœlo testantur, cum Ptolemæi narratione congruentes. Mardocempadus, cuius, vt Babylonici Regis annos, in tribus Lunæ deliquijs numerat Ptole-

maus, eumq; Nabonassare 26 annis posteriorem facit, alius esse non potest, qui à Metasthene, & in sacris literis Merodach nominatur: quæ simul docent, eum ad Ezechiam, Regem Iudæ gratulatum misisse de admirando regis Solis phænomeno, quod ipsius nomine diuinitus ostensum esse, fama acceperat. Hæc autem omnia gesta esse post foedam fugam impij Sennacherib ab Hierosolymorum obsidione, destructo iam regno Israël à Salmanassare, aperte docent S. literæ. Similiter et Ptolemæus Nabopolassarem posteriorem facit Nabonassare annis 122, quemadmodum S. Biblia indicant: quod Nabugodonosor vsurpauerit Babylonicum imperium post Salmanassarem annis fere 100. Hæc Reinholdus. Post Reinholdum Gerhartus Mercator magno & vtili labore vniuersas Eclipses, à Ptolemæo obseruatas, supputauit: ex quibus documentum eius, quod diximus, abunde peti potest.

Fun

Funcius etiam in Chronologiae suae
 commentarijs sub anno mundi 3217 lucu-
 lenter probat: Nabonassarem esse Salma-
 nassarem his verbis: Nabonassarem es-
 se Salmanassarem, inquit, demonstratur
 ex annorum numero qui ex S. literis à
 deustata Samaria vsq; ad 19 Nabugdo-
 nosoris colliguntur. Sunt enim à de-
 structo Israël imperio vsq; ad 19 Na-
 bugdonosoris, anni 133. Sed Ptolemæus
 ab initio Nabonassar ad desolationem
 Ierusalem numerare cogit 140. Ait enim
 quintum annum Nabopolassar siue
 Nabugdonosoris esse 127 à Nabonassa-
 ris initio. His adde 13 vsq; ad captiuita-
 tem Iudæ, habebis 140, numerum septe-
 nario maiorem annis 133. Sed ijs 7 an-
 nis Salmanassar ante regnavit quàm
 Samariam caperet. Constat igitur ex
 temporum congruentia, Salmanassa-
 rem esse Nabonassarem. De loco etiam
 imperij vtriusq; convenit: quòd in Baby-
 lone, & Assyria, & adiacentibus locis re-
 gnauerit. Caterum, quis de Nabopolas-
 sare, inquis, me certiore fecerit, quòd
 I 2 idem

idem sit Nabugdonosor, qui populum
 Iuda captiuum abduxit: Respondeo:
 Certum est ex ipsius Ptolemæi verbis,
 quòd de nullo alio, quàm de Babylonio-
 rum Rege dicat. Nam cum Eclipsin
 lunarem, cuius eo capite meminit, in
 Babylone obseruatam esse ait, quo po-
 tius regnante eam accidisse dicat? Re-
 ge nè domestico, an peregrino? Domes-
 tico opinor. Sed idem Nabopolassar
 122 annis exactis post Nabonassarem re-
 gnare cœpit, teste Ptolemæo: quo tem-
 pore, Ieremiæ 25 dicitur: Nabugdono-
 sores apud Babylonios regnum acce-
 pisse. Sunt etiam à principio Salmanassar-
 ris vsq; ad finem quarti Ioiackim, quo Na-
 bugdonosor imperauit secundum scri-
 pturæ calculum, anni 122. Ergo cum &
 locus & tempora iterum in vtrisque scri-
 ptura scilicet & Ptolemæo, æquissimo
 conueniant iure, necesse est: Nabugdo-
 nosorem scripturæ esse Nabopolassa-
 rem Ptolemæi. Hactenus Funcius.

Ipsa igitur similitudo nominum
 quæ

quæ in Biblijs & scriptis Ethnicis tribu-
untur Regibus Assyriacis, argumento
est: rectè hæc à Mathematicis à Funcio
dici. Nam Rex ille, qui in Regum li-
bris dicitur Salmanassar, in libri To-
biæ translatione Græca nominatur ^{Μεσοζος} Eve-
manassarem aliàs dici Nabonossarem.
Censorinus Nabonassarem nominat
Nabonagarium. In his appellationibus
etsi aliquid est diuersitatis propter lite-
rarum permutationem: tamen in sono
& literis extremis aliquid est conueni-
entia.

Annorum quoq; series à Nabonaf-
sare ad Nabopolassarem: & rursus, à Na-
bopolassare ad Cambysem, aliud statue-
re non finit, quàm quod supra diximus.
Nam ab anno 13 Achas, Regis Iuda, (qui
est primus Nabonassaris) ad octauum
annum Ioiakim Regis Iuda, (qui Ptole-
mæo est quintus Nabopolassaris) expe-
ditur ratione ex S. literis colliguntur an-
ni 127, quot à Ptolemæo numerantur: id
I 3 quod

quod apparet in Chronologiae tabulis
 A quinto verò Nabopolassar ad
 Cambyſis, colliguntur ex Ptolemæo 98.
 Inde ſi ſubtrahas 30 annos Cyri, & 6
 Cambyſis, erit inter 5 Nabopolassar &
 initium Cyri, diſtantia annorum 62.

Idem proſus eſt, ſi à captiuitate Ba-
 bylonica, ſiue 19 Nabugdonoforis ad
 Cyrum numeres 48: quia captiuitas Ba-
 bylonica incidit in 14: Nabonassar. In-
 de, dinumeratis retrò annis à ſeptimo
 Cambyſis (id eſt, à 225 Nabonassar) ad
 principium Cyri, quod annis 36 anteceſſit
 ſit ſeptimum Cambyſis, teſte hiſtoria
 Græca, colliguntur 48.

Si quis autem omnino contendat
 Nabonassarẽ eſſe Regem Nabugdo-
 noforem, euerſorem Hieroſolymorum,
 eum oro, vt mihi oſtendat, qua ratione,
 ab anno primo Nabugdonoforis, ad
 Cambyſis probet elapſos eſſe 225 annos,
 quot Ptolemæus à Nabonassarẽ ad Cam-
 byſen numerat. Certè Ptolemæus, in re-
 primum

primum Nabugdonosoris, euerforis Hierosolymorum, & inter 7 Cambylis tantum numerat 102: qui numerus quantum distet ab 225, manifestum est. Ipsa igitur angustia spacij inter primum Nabopolassar & inter 7 Cambylis, asseuerationem nostram de Salmanassare apertissime confirmat. Postremò, perpetuus omnium historiarum cum Chronologia nostra consensus, & annorum Nabonassar cum Olympiadibus combinatio, ita nobis patrocinator, vt qui contra sentire ausit, omnem Chronologiae certitudinem temerè labefactare, & petulanter euertere videatur.

S V P P V T A
T I O H E B D O.
madum Danielis.

I N I T I V M H E -
bdomadam.

Initium hebdomadam Danielis sumit Funcius ab anno 7 Artaxerxis Longimani, id est, ab anno 3 Olymp: 80: Idem ille nobis primus ferè monstravit, magna sua cum laude nostraq; vtilitate. Annum igitur 7 Artaxerxis pertinere ad annum 3 Olymp: 80, confirmabimus testimonijs Diodori, Eusebii, Thucydidis, & Africani.

I

Diodorus Siculus refert Xerxis obitum, & Artaxerxis Longimanni principium ad annum 1 Olymp: 79. Nobis est annus mundi 3508. Scribit autem Esras sacerdos, se migrasse ex Babel una cum populi Israëlitici turba, anno 7 regni Artaxerxis. Procede ab anno 1 Olymp: 59 (mundi 3508, qui est primus Artaxerxis) ad 7 Artaxerxis, attinges verum initium hebdomadam Danielis, annum 3 Olymp: 80, id est, annum mundi 3514. Huic adde annos 490 (quia tot complectuntur 70 hebdomades) attinges

8es annum 4 Olymp. 202: quem veteres scriptores assignarunt morti Christi.

Idem est, si per subtractionem procedas. Aufer 80 Olympiades ab anno 4 Olymp: 202, id est, ab ipso principio 203 Olymp: (quia finis 202, & initium 203 Olymp: concurrunt) deprehendes distantiam 123 Olympiadum, id est, annorum 492. Multiplica 123 per 4, prodibunt 492. Abijce primum biennium Olympiadis 80 (quia anno 3 Olymp: 80 incipiunt hebdomades) produces 490.

II

Eusebius lib: 10 Præp: Euang: cap: 3 citat veteres Chronographos: Thallum, Castorem, Diodorum, Polybium, Phlegonem: atq; ex eorum sententia refert primum annum Cyri ad annum 1 Olymp: 55. Tribuantur Cyro 30 anni secundum Græcorum annotationes: Cambysi 8: Dario 36: Xerxi 21. Artaxerxi 7: & applicentur Olympiadibus,

I 5

recidet

recidet 7 Artaxerxis in annum tertium
Olymp. 80.

III

Thucydides refert obitum Ar-
taxerxis Longimani ad annum 7 belli
Peloponesiaci, id est, ad annum 4 Olymp
88. Testantur autem, Diodorus, Tertul-
lianus, Eusebius, Hieronymus, & alij, re-
gnasse Longimanium annis 40. Et
coepit regnare Longimanus anno
Olymp. 79. Spacium autem inter prin-
cipium Olymp: 79, & finem Olymp. 89,
complectitur annos 40. Hæc igitur
causa est, cur Longimano non tribua-
mus 44, sed 40 annos.

III

Julius Africanus, Chronographus
doctissimus, quem Eusebius vt summus,
ita verissimis laudibus ornat, disertè re-
fert annum 20 Longimani ad annum
4 Olymp. 83. Citat eius verba Eusebius
lib.

lib: 8 cap: 2 demonst: Euang: & Hieron:
 cap: 9 Danielis. Progrediatur lector vel
 ab Olymp: 79, qui est primus Artaxer-
 xis Longimani: vel ab anno 3 Olymp:
 80, qui est 7 Artaxerxis, incidet 20 Lon-
 gimani in annum 4 Olymp: 88.

Satis igitur demonstratum est, initi-
 um regni Longimani recte referri ad
 principium Olympiadis 79: quod qui-
 dem est huius negocij caput, & funda-
 mentum supputationis hebdomadum

F I N I S H E

B D O M A D V M D A-
 nielis, & applicatio Romanorum

Coss: ac Imp: ad Olympi-
 ades tempore Christi.

Constituto hebdomadum Danielis
 principio, dicendum est: de earum ter-
 mino ac fine, & demonstrandum, Chri-
 sti mortem, quæ hebdomades illas finit,
 teste

teste Daniele, rectè referri ad annum 4 Olymp: 202. Hæc pars Chronologia, maximè est Τεχνολογική quam si quis benè cognitam ac perspectam habuerit, non tantum Danielis hebdomades expeditissimè supputabit: sed, quod nobis initio docendum proposueramus, continuationem annorum à captiuitatis Babylonicæ fine (vbi scripturarum numeri desinunt) ad Christi mortem, rectius ac certius cognoscet. Vtemur autem 7 argumentis.

I

Ptolemæus numerat 294 annos
 5942 ab obitu Alexandri magni ad cap-
 Ante N. tam Ægyptum ab Augusto. Eun-
 C. 29. dem numerum habet Clemens Ale-
 xandrinus: qui hoc quoq; addit: er-
 minari hosce 294 annos morte An-
 tonij, & III Consulatu Augusti Cæ-
 saris: quò etiam Romani scriptores
 Antonij interitum referunt. Obijt

Obijt autem Alexander anno primo Olymp: 114, mundi 3648. Ad-
dantur 294, prodibit 3942, qui est 3
Olymp: 187: ad quem nos quoq; re-
tulimus quartum Augusti consu-
latum & Antonij interitum. Ab
hoc quarto consulatu Augusti, ex-
tat apud Dionem perpetua series
Coss: vsq; ad 15 Tiberij, quibus cu-
iusq; Olympiadis annus assignari
suo loco & ordine potest.

II

Dionysius Halicarnassensis lib: 3964
scribit, designatos esse Coss: Clau- Ante N.
dium Neronem (qui postea impe- C. 7
rauit) & Pisonem Calpurninum, an
no V. C. 745, Olympiade 193, id est,
anno mundi 3964, ante natum Chri-
stum 7. Sequenti igitur anno 3965,
Coss: illi magistratum inierunt.
Ex hac Dionysij annotatione sumi-
tur certissima supputatio Olympi-
adum circa tempora Christi.

Idem

Idem Dionysius testatur, se circa medium Olympiadis 187 venisse Romam, & spacio annorum 22 sibi comparasse cognitionem rerum Romanarum, quas literis Græcis mandarit. Medium Olymp: 187 cadit in 3942. Hic est annus ille 2942 quem Ptolemæus à morte Alexandri ad Augustum numerat: à Nabonassare 718. Anno 3942 addantur 22, resultabit 3964, quo Dionysius suam scripsit historiam. Habemus itaq; & hoc loco veram applicationem Olympiadum ad Romanos Coss: & ad Augusti Cæsaris imperium.

III

4020 Solinus autor est, Verannio & Nati Christi Gallo Coss: (nono anno Claudij, sti 50 quod ex Tacito colligitur) adscriptam fuisse actis publicis Olympiadem 207: Romæ conditæ 801. Numeram retrò, vt peruenias ad principium Olympiadis 202, attinges Tibi

Tiberij. Nam digestis 20 annis Imperatorum (qui ab Olympiade 202 ad 207 decurrerunt) Tiberij 8, Caligulae 4, Claudij 8: apparebit, natalem Christi esse annum 3 Olymp: 194: & Hippolytum scriptorem antiquum, teste Hieronymo, recte scripsisse, a natali Christi ad 8 Claudij Imp: fluxisse annos 49.

Erunt haec illustriora, si ex Solini cap: 2 accersatur annotatio de initio annorum V. C. Sed observandum est, eum numerare annos V. C. secundum Dionysium, non secundum Varronem. Si itaq; octavus annus Claudij (nati Christi 49) est V. C. 800, subtractis 49, relinquetur annus V. C. 751, quo Christus natus est.

III

Tacitus, Dio, & Censorinus, 4018 referunt III Consulatam Claudij Nati Christi (fuit imperij eius annus 7) ad an: sti 48
num

num V. C. 800, secundum Varronis supputationem. Antecedit autem Varroniana supputationem Dionysij unius anni spacio. Cedit igitur quartus Consulatus Claudij in annum 3 Olymp: 206, quod etiam ex Solino fit manifestum. Et Censorinus annos V. C. secundum Varronem numerans, applicat annum V. C. 991 ad annum 2 Olymp: 254. Vnde apparet, annum V. C. 800, secundum Varronem recte applicari ad annum 3 Olymp: 206.

V

3926 Julij, quo is annum emendavit, sup-
 Ante N. C. putat 283 vsq; ad annum 2 Olymp:
 45 254. Ita incidit primus annus Iulij
 nus (qui emendationem proxime
 secutus est) in 4 Olymp: 183. Ceterum
 ta itaq; sedes III Consulatus Julij fe-
 gitur in anno 3 Olym: 183, mun-
 3926, V. C. 708 secundum Varronem:
 nem: 707 secundum Dionysium. Et

Ex his etiam colligitur: (vt hoc obiter moneam) Censorinum vixisse anno Christi 739, Mundi 4309, is est, vt ipse scribit, annus 2 Olymp: 254, à principio Olympiadum 1014, V.C secundum Varonem 991: à morte Alexandri 562 eurenem, (561 completus) à Nabonassare 996 iniens.

3648	3926
561	283
4209	4209.

VI.

Africanus, scriptor vetus, & temporum supputator egregius, refert 16 Tiberij ad annum 2 Olymp: 202, id est, mundi 4001. Verba Africani citat Eusebius lib: 8 demonst: Euangelicæ cap: 3. Anno imperij Persarum 115, Artaxerxis 20, & Olymp: 83 anno 4, Nehemias missus est Hierosolymam ab Artaxerxe. Inde ad Olymp: 202 annum 2, Tiberij Cæsaris 16, anni numerantur 475. Hæc Africanus.

K

Noftra

Nostra supputatione Olympias
 cadit in annum mundi 3412: illum hic ad-
 numerat Africanus annis Persicis. Itaq;
 3412 inclusiuè accipiatur. Sic 20 annus
 Artaxerxis, cuius meminit Nehemia
 liber, cadet in annum mundi 3527.

3412	3526.
115	475
3526	4001

Hieronymus cap: 9 Danielis allegat
 hæc verba Africani: Permansit, inquit
 regnum Persarum vsq; ad initium Mace-
 donum annis 230. Macedones regna-
 runt 300 Inde ad 15 Tiberij, annumeran-
 tur 60, id est, (vt ibidem exponit Hiero-
 nymus) ad natum Christum 30, & ab-
 hinc ad Tiberium 30.

3411

230

Regnum Persarum.

3641

300

Monarchia Alexandri Magni

3941

30

Monarchia Augusti.

3971

30

Primus annus Christi.

4001

16 Tiberij.

VII

Anni bissextilis perpetua & constantis observatio à Julio instituta, ab Augusto correctâ, & ad nostra usque tempora conservata, retro numerantem contulit Julium Cæsarem III Coss. emendasse annum, & intercalationem bissextilis instituisse ante N. C. 45. Annus enim concepti Christi fuit bissextilis: & inde existit, quod hodie omnes anni

centenarij à N. C. sunt bissextiles, & post centenarios singula quadriennia, vt annus Christi 1500, & sequentes quaternarij, 4, 8, 12, 16, 20, 40, 60, 80.

Alligauimus itaq; septem locis Olympiadas ad annos Coss. Vnde extrahuntur hæ propositiones:

I 3970 conceptus est Christus anno 3 Olymp: 194 Augusto, Cæsare XIII Coss:

II 4000 baptizatus est Christus ætatis 30, Olymp: 202 anno I, duobus geminis Coss:

III 4004 Mortuus Christus, Olymp: 202 anno 4: quo finitæ sunt hebdomades Danielis.

ENARRATIO NONI CAP. Danielis.

Cum clementissimus Deus populo

lum Israël exulantem in Babylone redur-
 cturus esset in patriam, peculiari benefi-
 cio præteriti temporis mœstitiam leni-
 turus, per Daniele prædixit: non so-
 lum patrijs sedibus populum restituend-
 um, & templum ac politiam instauran-
 dam esse: Sed etiam definiuit certum
 annorum numerum vsq; ad Messiaæ
 præsentiam: vt ad consolationis illius
 amplitudinem nihil requiri, & Messias
 sine erroribus agnosci posset. Hæc il-
 lustris Prophetia, vt tum fuit grata toti
 Ecclesia, liberationem expectanti: ita
 nostro seculo præclarum testimonium
 dicit de fidei Christianæ certitudine:
 & apertissimè refutat Iudæorum blas-
 phemias in Dominum nostrum Iesum
 Christū: ideoq; dignissima est, in quam
 eruditi, & p̄j omnes, studium ac men-
 tem intendant.

Textus Danielis cap: 9 sic
 habet.)

Septuaginta hebdomades determinatæ sunt super populum & super urbem sanctam, vt finiatur delictum, & contegatur peccatum, & fiat propitiatio pro peccato, & adducatur iustitia sempiterna, vt impleatur visio & Prophecia: & vngatur sanctus sanctorum. Scito igitur & considera: Ab exitu verbi, vt inhabitetur Ierusalem, vsq; ad Christum ducem, erunt hebdomades septem & 62: & inhabitabitur & aedificabitur platea Ierusalem, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades 62 excidetur Christus, & nihil ei (vel nihil erit) Et ciuitatem atq; sanctorum arium destruet populus Ducis venturi & finis eius cum inundatione, & post finem belli statuta desolatio. Et confirmabit pactum multis hebdomade vna, & dimidia hebdomade cessare faciet sacrificium, sacrificium & oblationem. Et erit super alas abominatio desolationis, & vsq; ad consummatam atq; destinatam desolationem stillabit super eum

(popu

(populum) qui obnoxius est exterminationi.

DE PRINCIPIO Hebdomadum.

Numerat Daniel 70 hebdomadas, hoc est, annos 490 ab edicto de inhabitanda vrbe Ierusalem vsq; ad Messiaæ presentiam. Vbi considerandum est, quibusnam temporibus, & quoties Iudæis Regum Persicorum edictis permessa sit vrbis Ierusalem inhabitatio & ædificatio.

Quatuor permissiones recitantur in libris Esræ & Nehemiæ, ad quas 490 annorum initium à varijs scriptoribus relatum est.

8435 I Completis 70 annis capti-
uitatis, Cyrus permisit Iudæis re-
ditum in patriam, & præcepit tem-
pli extructionem, Esræ 1.

8452 II Darius reparationem tem-
pli nouo edicto confirmauit, quæ
hactenus impedita fuerat, Esræ 5. 6.

8514 III Artaxerxes anno 7 regni
iterum permisit reduci populum
ex Babel, duce Esra Sacerdote, Esræ
7.

8537 IIII Artaxerxes anno 20 re-
gni Nehemiam misit Hierosoly-
mam cum potestate reparandi mu-
ros, Nehem: 1.

DE PRIMA.

Accuratè conferenti verba Da-
nielis cum edicto Cyri, satis appa-
ret, hinc non esse ordiendos 490
annos: quia Cyrus præcepit templi
ædificationē, cuius nullo verbo me-
minit Daniel. Neq; verò sub Cyro
sed sub Artaxerxe completum esse
con

constat id, quod Daniel dicit: ædificandã esse plateam Ierusalem, & murum in angustia temporum. Demonstrari etiã potest ex Ethnicorum scriptis, à Cyri monarchia ad Iulium Cæsarem, Romanæ monarchiæ conditorem, effluxisse annos 490: sed ad Christum natum 535: mortuum 569.

DE SECUNDA.

Eodem argumento à secundo edito remouetur principium hebdomadarum: quia Darij mandatum similiter spectat templi extructionem: estq; velut executio eius, quod Cyrus ante 17 annos præceperat.

DE TERTIA.

Anno 80 à permissione Cyri, primoq; reditu I fraëlitarum ex Babel, & à condito templo secundo 62, Sacerdos Esras iterum reduxit populum ex Babel, mandato Artaxerxis Longimani: ad
 K 5 quem

quem euentum referimus hebdomadum
principium, de quo paulò post.

DE QVARTA.

Necq; hæc postrema permissio lo-
quitur de reducendo populo, & vrbe Ier-
rusalem ab eodem incolenda: sed de mur-
ris & mœnibus ædificandis: quod fa-
ctum esse constat, quando iam vrbs à po-
pulo, per Esram reducto, incolebatur.
Alligat autem Daniel hebdomadas ad
momentum, quo populus edicto pu-
blico Regum Persicorum iubebatur
exire ex Babel ad inhabitandam & ædi-
ficandam urbem: quod indicat in Ebreo
verbum **בשבת**, idem significans, quod
habitare feci, sedere feci. Itaq; Daniel
exprimere voluit exitum talis verbi
quod præcipiat inhabitationem, id est
quod iubeat, vt simul populus urbem re-
petat ad inhabitandum, & eam instaur-
ret ædificando: quod nec in secunda nec
in quarta permissione cõtigat. Vtrumq;
verò factum est sub Esra.

Suffra

Suffragatur huic sententiæ Burgenſis, qui ex Ebraeo ſic vertit verba Danielis: Ab exitu ſermonis ad reuertendum & ædificandum Ieruſalem. Ex quo videtur, inquit Burgenſis, quòd ex ſecundo verbo ex reuelatione Domini procedente, de reditu populi in Ieruſalem, & per conſequens, reædificando templum (rectius urbem) debeat hebdomadam computatio incoari.

Eodem modo vertit Vatablus: Ab egreſſu ſermonis de reducendo populo & ædificanda Ieruſalem.

Et Daniel ipſe ait, has hebdomadas non ſolum ſuper urbem ſanctam, ſed & ſuper populum definitas eſſe: quod certe tantam iſti populo in patriæ ſuæ Metropoli redeundi neceſſitatem imponit, vt ab eodem euentu hebdomadam principium dependere affirmet.

Cum igitur ſub Nehemia non ſit reductus populus, non ordimur ab eius tempore annos hebdomadam.

DE

DE TERTIA ITER V M.

Debuit omnino hebdomadam initium esse illustrius: quia Daniel illud considerari iubet ex euentu celebri, & omnibus notissimo, & vt iam ante dictum est, ex edicto de reditu populi ad inhabitandam & ædificandam urbem. Templi autem & murorum reparatio, non ita incurrebat in hominum oculos, vt duarum migrationes populi ex Babylone: quæ erant totius gentis aut magnæ multitudinis in alium locum translatio.

Sed cur ad hanc alteram migrationem potius quàm ad priorem sub Cyro alligemus Danielis hebdomadas, etsi id antea perstrinximus, tamen hic altius repetendum, & pluribus confirmandum est.

I Prima sententiæ nostræ ratio nititur ipso temporum consensu, qui ex Ethnicorum scriptis minimeq; suspectis testimonijs elicitur. Qua de re superiores duas tractationes de hebdomadam

madum initio & fine instituimus, & ex
 professo hoc egimus, vt liquidò ostende
 remus, non à Cyro, sed à 7 Artaxerxis
 Longimani ad 19 Tiberij 490 annos
 effluxisse.

II Altera ratio sumitur ex collatio-
 ne verborum Danielis cum edicto Cy-
 ri & Artaxerxis.

Cyri edictum vrget templi extru-
 ctionem: Daniel de ea verbum nullum.
 Artaxerxis edictum recitat Esras cap:
 7: Constitutum est à me decretum, in-
 quit Artaxerxes, vt, quicumq; spontè vo-
 luerit in regno meo de populo Israël
 proficisci Hierosolyma, is tecum Esra
 proficiscatur, eò quòd tu à Rege missus
 sis: vt inuisas Iudam & Ierusalem in lege
 Dei tui, quæ est in manu tua: & vt re-
 cum feras argentum & aurum, quod
 Rex & consiliarij sponte offerunt Deo
 Israël, cuius domicilium est in Ierusa-
 lem. Et vasa, quæ tradita sunt tibi ad
 cultum ædis Dei tui, restitue in conspe-
 ctum Dei in Ierusalem. Reliquum, quod
 necesse

necessarium fuerit pro æde DEI tui,
 quod tibi expendendum acciderit, ex-
 pendas e thesauris Regis. A me Artaxerxe hoc edictum promulgatum est ad
 omnes, qui thesauris præfecti sunt trans
 fluuium, vt quicquid postulauerit à vo-
 bis Esras sacerdos, ilico fiat. Et quic-
 quid denique est, quod præceptum est à
 Deo cœli, fiat diligenter domui Dei, ne
 irascatur super regnum, Regem & filios
 eius. Id quoque vobis notum facimus, ne
 vobis sumatis auctoritatem imperandi
 eis tributum, stipendium aut vectigal.
 Et tu Esra, pro sapientia Dei tui, quæ est
 in manu tua, constitue iudices & arbi-
 tros, qui iudicent vniuersum populum
 trans fluuium, omnes eos qui nouerunt
 leges Dei: qui verò non nouerunt, doce-
 atis. Quicumque autem facere noluerit
 legem Dei tui atque legem Regis, de hoc iu-
 dico fiat iudicium, siue ad mortem, siue ad
 eradicationem, siue vt facultatibus mul-
 tetur, siue vt vinciatur. Hactenus edi-
 ctum Artaxerxis.

Quid quæso hic aliud facit Esras? quàm vt enarret hæc duo verba Danielis: Considera exitum verbi, seu promulgationem edicti de inhabitanda & ædificanda vrbe Ierusalem. Certè hoc demum fuit ædificare urbem, quòd Artaxerxes Esram sacerdotem priuilegijs amplissimis instructum, magnæq; multitudine populi comitatum, in patriam dimisit, urbem sanctam inhabitari, legem doceri, cultum Dei instaurari, & iudicia atq; Rempub: constitui iussit: quodq; *μακροχρονος* ille longa beneficiaq; de xtra sua ad Ecclesiam Dei erigendam, fouendam, & ornandam, piè ac laudatissimè vsus est.

Hic reditus, erat vltima gentis illius ex captiuitate reductio, & promissionis Dei de exilij Babylonici fine, secunda & gloriosior impletio.

Potuisset quidem sub Cyro, Deo ita statuente, instaurari cultus & Resp: atq; omnia fieri, quæ Artaxerxes post 80 annos fieri praeceperat: ne migratione iterata

rata & alijs molestijs opus fuisset onera-
 ri populum. Verum diuinæ volunta-
 ti placuit per certa temporum interval-
 la distribui beneficium, præsertim vero
 differri reditum alterum, vt initium he-
 domadum esset conspectius: ac sciretur
 certius, annos 490 non ad primam, im-
 peditam, turbatamq; permissionem Cy-
 ri: sed ad hanc postremam populi illius
 migrationem, cultusq; diuini ac Reip:
 instaurationem, adeoq; ad finalem libe-
 rationem ex Babel, trahendos esse. Ete-
 nim si semel tantum, & sub solo Cyro
 fuisset reductus populus: nemo dubita-
 ret, hebdomadum initium eò quoq; per-
 tinere. Verùm cum plurimi Iudæi man-
 sissent in Babylone post edictum Cyri
 nec redissent domum exactis 70 annis
 has quoq; Israeliticæ gentis reliquias
 clementer aspexit diuina bonitas: & il-
 las auitis sedibus restitui Regis Artax-
 xerxis pio & benigno mandato voluit:
 atq; hoc facto Deus limitem quendam
 posuit, à quo deinceps 70 hebdomades
 ad Christum decurrerent.

Et sanè, cum Daniel ibi prophetam
 agat, deq̄ temporibus futuris vaticine-
 tur, consentaneum est, eum loqui non de
 edicto præsentis anni, quod paulò post
 promulgatur à Cyro, sed de altero, quod
 alio tempore & ab alio Rege publican-
 dum erat.

Sicut enim Jeremias Cyri edictum,
 prioremq̄ Iudæorum reditum in patri-
 am prædixerat: ita nunc Daniel Artaxer-
 xis edictum, & alterum populi Iudaici
 reditum vaticinando determinat. Con-
 firmatur hoc verbis ipsius Danielis, qui,
 ut optimus sui interpret, clarius quid sen-
 tiat eloquitur, cum ait: ædificabitur pla-
 tea & muri Ierusalem in angustia tem-
 porum. Id impletum esse sub Nehemiã,
 docet Nehemiæ liber cap: 4.

Cumq̄ perspicuum sit, hanc partem
 vaticiniij Danielis interpretandam esse
 de Nehemiã, quid quæso erit causæ, quo
 minus præcedentia verba Danielis, quæ
 de populi reditu & vrbis inhabitatione

L

loquun

loquuntur, ad alteram illam migrationem sub Esra accommodetur? Certe Nehemiæ & Esræ opera vt seculis coniueta fuere: ita hoc quoque nexu cohæserunt, vt essent vaticini Danielis de instauranda vrbe impletio, & edicti Artaxerxis executio. Et Daniel cum Nehemiam ita depingat, vt ipsum notari absque interprete intelligatur: cur Esram (cuius non minora erant quam Nehemiæ in populum Dei merita) vates ille transfileret?

An verò non absurdum esset, verba Danielis ad Nehemiæ tempora trahere, & eadem ab Esræ ministerio sanctorem mouere atque diuellere? Daniel igitur non solum finem hebdomadam, id est mortem Christi: sed etiam illarum initium, id est, Artaxerxis edictum e longinquo cernit spiritu prophetico: & geminam contexit prophetiam, partim hebdomadas præfiniens, partim Esram & Nehemiam præuidens, eorum labores copulans, Israëlitarum reditum alterum in Iudæam prænuncians, atque inde

70 septimanarum annos ordiendos esse docens. Apparet etiam Artaxerxis decretum diuino quodam fato in literas relatum: Ideoq; libros Esræ & Nehemïæ scriptos esse, vt Commentarij vice essent in Danielis vaticinium, & 490 annorum initium ex ijs narrationibus peteretur. Nam summam libri Esræ continent duo verba Danielis: Ierusalem inhabitabitur: & ædificabitur. A regia itaq; munificentia Artaxerxis, publicaq; læticia ac felicitate populi Dei, patriam repetentis, ordinur hebdomadas, quarum initium cadit in 7 Artaxerxis, qui est annus 3 Olymp: 80, Mundi 3514.

Accedamus ad enarrationem reliquarum partium noni capitis Danielis. Primæ 7 hebdomades sunt anni 49, quia hebdomas vna septennij spacio absoluitur. Consumpti sunt illi priores anni 49 sub Esra & Nehemïa, urbem instaurantibus. Iungantur his 62 hebdomades, id est, anni 434: erunt hebdomades 69 siue anni 483. Restat vna hebdomas,

hoc est, septennium vltimum, in cuius dimidio Christus docuit $3\frac{1}{2}$ annis, donec morte crucis expiauit peccatum.

Magnam expositionum varietatem genuit illud: Confirmabit pactum multis hebdomade vna. Nam vt compleretur vltimæ hebdomadis septennium, extenderunt pleriq; finem hebdomadum ad prædicationem Apostolorum & ad annum quartum à morte Christi. Alij aliud dixerunt. Nos, saluo aliorum iudicio, solius Messiaë personam & curriculum à Daniele certis notis describit, & magno consilio vltimam hebdomadem à prioribus separari arbitramur. Vltimæ enim hebdomadis dimidium ad Messiam, eiusq; eximia opera pertinebat: illa Messiam sistebat præsentem: in illa Christus vnctus docere cœpit: nouum fœdus sanxit abrogato veteri: peccatum abstulit: iniquitatem expiauit: prophetias impleuit: opus redemptionis consumauit: & iustitiam æternam adduxit. Nec possunt Apostolis tribui

ista opera, quorum meminuit Daniel, vide licet, expiare peccata, auferre iniquitates, adducere iusticiam: quia sunt solius Messiae officia, quibus perficiendis Daniel destinata esse ait vltimam hebdomadem: idēq; bis dicit, primum in genere, postea in specie. Generale est: Confirmabit pactum hebdomade vna. Speciale est: dimidia hebdomade cessare faciet sacrificium. Sic generale est illud: post 62 hebdomades excidetur Christus: vbi dubitari poterat, an mox post completam 62 hebdomadem occidendus esset Messias. Vtramq; generalitatem explicat species, quæ docet confirmationem pacti, seu prædicationem Christi restringendam esse ad vltimæ septimanæ dimidium. Non igitur est sententia Danielis: Confirmabit pactum hebdomade integra: sed hebdomade vna, id est, currente vltima. Ne verò tempus ministerij Christi vel ad totam vltimam septimanam, vel ad eius principium referatur, mox addit correctionem de hebdomadis illius dimidio: vt

simul doceat & Christi ministerium an-
 nis $3\frac{1}{2}$ duraturum esse, & eius principi-
 um ad ultimam septimanam medium per-
 tinere: alioqui si ab eius septimana
 principio $3\frac{1}{2}$ numerarentur & finirentur
 in eius medio, non complerentur 70 heb-
 domades, sed $69\frac{1}{2}$ id est, anni 487, non
 490. Vidit hoc venerabilis Beda, qui
 in libro de temporum ratione cap: 7 sic
 scribit: Non statim post 62 hebdoma-
 das, sed in fine septuagesimae hebdoma-
 dis occisus est Christus: quam ideo,
 quantum conicere possumus, segregavit
 à cæteris, quia de hac erat plura rela-
 turus. Nam & Christus in illa crucifi-
 xus, & à populo perfido non modo in
 passione, verum continuò, ex quo à Io-
 anne prædicari cœpit, negatus est. Di-
 midium hebdomadis ultimæ erat XV
 annus Tiberij Cæsaris, quando incoato
 Christi baptisinate hostiarum purifica-
 tio fidelibus paulatim vilescere cœpit.
 Hac Beda.

Memorabile est, quòd Beda medi-
 um

um hebdomadis vltimæ incipit à 15 Tiberij, in quem supra diximus multos admirandos euentus, quasi conſpiratione facta incurrere: quòd videlicet eo anno audita ſit dulciſſima vox æterni patris, filium inaugurantis miniſterio, eumq; vt ſaluatorem commendantis generi humano. Nunc attexitur à Daniele, quòd is annus ſit vltimæ hebdomadis medium, & auſpicjs miniſterij Chriſti concurrat. Ita fanè multæ & illuſtres erunt notæ anni 15 Tiberij, ſiue 4000 mundi. Eas, quo magis in conſpectu ſint, hic velut in tabella proponemus.

I Annus 4000 eſt Ezechieli cubitus 4000.

II Danieli initium dimidium dimidia hebdomadis, hoc eſt, 487 annus hebdomadam.

III Lucae Euangeliftæ 30 Chriſti.

IIII Eidem 15 Tiberij.

V Græcis annis Olymp: 202.

VI Romanis annus Romæ condita ſecundum Dionyſium 781: ſecundum Varronem 782.

VII Item consulatus duorum Germanorum.

VIII Mosis 30 Iubilæus.

IX Eidem 80 Iubilæus mundi, id est quartus millenarius.

X Ecclesiæ annus baptismi, & primæ prædicationis Messias, & initium Noui testamenti,

Postea Daniel in specie addit enarrationem eius, quod in genere pacti confirmationem nominauerat: Cessare faciet, inquit, sacrificia & oblationes, hoc est, abrogabit legem seu vetus pactum, & sanciet nouum: idque factum esse intelligatur primum voce, deinde morte Christi. Nam fœdus, quod in hebdomadis vltimæ medio Christi sancire incipiebat docendo, in eiusdem hebdomadis exitu confirmauit moriendo. Vetus pactum requirebat agnorum, hircorum & taurorum sanguinem: sed alio nobilitate ore sanguine agni Dei oportebat confirmari ac perfici nouum æternumque pactum.

Aliquoties

Aliquoties autem in scripturis repetitum est, prædicatione & morte Christi impleri legem: ut, finis Legis est Christus: Lex & Prophetæ usq; ad Iohannem: Ecce agnus Dei. Qua voce ostendit Baptista, vniuersa, quæ legalibus ac typicis mactationibus adumbrata fuerant, in Christo impleri: atq; huius mactati agni sanguine solo deleri & expiari peccata, non vnius hominis, sed totius mundi.

Hanc ipsam legis impletionem spectat velum templi scissum, moriente Christo, & vox Domini in, cruce clamantis: Consummatum est.

Postquam verò de pacti confirmatione dicere cœpimus, adiicienda est & commonefactio de meta seu fine hebdomadum. Ipsa 490 annorum suppunitio, deducta à 7 Longimani ad mortem Christi, & contextus verborum Danielis, argumento esse possunt, satisfactionem & mortem Christi, pro peccatis

tis, consummatūq; nostræ redem-
ptionis opus, esse 490 annorum
scopum ac terminum: idq; ex vtri-
usq; Sacramenti, Baptismi & Cœ-
næ Dominicæ institutione fit ma-
nifestius. Quemadmodum enim

Baptismus pacti confirmatio, vel dimidium he-
Christi est bdomadis ultimæ sumpsit initium
principiū à baptismo Christi, & ab eo tem-
mediæ he- pore, quo primum Ioannis digito
bdomadis: monstrabatur agnus, pro mundi
Cœna Do- peccatis mactandus: ita eadem
mini & hebdomas finita est Cœnæ domi-
Cruce Chri- nicæ institutione, atq; agni Dei
sti est eius mactatione & oblatione in Cruce.
fnis.

De hac ipsa meta hebdoma-
madum, & de morte Messiae dicitur
in textu: Christus excidetur, & ni-
hil erit. Copulat Daniel synonyma
more Ebraico, idem repetit ac de-
clarat alia phrasi, excidendi verbo
mortem exprimit, vt Esaias verbo
abscindendi. Sed cum dicit: Messias
nihil erit: genus mortis Christi ex-
primi

primit, & ex consequenti modum seu conditionem regni eius describit, quasi dicat: Perimetur Messias atroci supplicio, & in hominum oculis nihil erit: non erit ei regia species, non populus, nō regnum mundanum florens gloria, potentia & opibus: Sed prorsus putabitur extinctus & reductus in nihilum. Et quidem decoram Regis speciem ademerunt Christo vincula, sputa, flagella, vibices, corona spinea, vulnera, tristissimaque species mortis & crucis. Verè Christus nihil erat, cum in cruce exclamaret: DEVS DEVS meus, vt quid me dereliquisti. Et vt Psal: 22 loquitur: Vermis sum non homo. Et Esaias: Non erat ei species neque decor: Reputauimus eum vt percussum à Deo. Nihil itē erat Messias, cum Iudaici populi multitudo, exceptis paucis, eum abnegaret coram Pilato, & mortis sententia damnatum in crucem ageret, inter duos latrones medium collocaret, neque persequi eum desisteret, donec

nec in cruce obdormiscens, vitam morte clauderet. Testabantur ista, regnum Christi minimè esse mundanum, quod quidem & Pilato Dominus dicit: Regnum meum, inquit, non est de hoc mundo. Hæc itaq; omnia, quæq; ex his dependent, comprehendere voluit Daniel hac phrasi: Messias nihil erit. Et tamen verum est, regnum eius esse æternum, in quo iusticia æterna donatur credentibus.

Abominationem desolationis primum interpretamur de expansis alis aquilæ, quam Romani in militaribus vexillis gestabant. Nam Lucae 21 Dominus loquens de hac abominatione, minit exercitus venientis ad urbem Ierusalem, obsidione cingendam, Cum videritis, inquit, Ierusalem cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquantem vastationem eius: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. Eodem modo Daniel nominatim exprimit verumq; exercitum ducis venturi, & abominationem

onem, seu imaginem quandam specie sua finalem deuastationem portendentis. Nec enim satis erat Danieli, bellum suo populo imminens nunciare, nisi & exercitus venientis militare signum, quo certius agnosceretur, ob oculos poneret, & manu monstraret. Idem sentit Origenes in Matthæum homi. 29: Facta est, inquit, abominatio desolationis eo tempore, quando viderunt circumdatam Ierusalem ab exercitu, vt secundum quod prophetauerat Saluator, cognoscant, quòd appropinquauit desolatio eius. Et hanc desolationis abominationem factam super templum ab exercitu, Ierusalem circumdante, dicit Propheta vsq; ad tempus consummationis manere. Hæc Origenes.

Quinetiam Moses comparat exercitum Romanum Aquilæ, in Iudæam inuolanti ad eam excindendam, cum ait: Excitabit contra te Dominus gentem è longinquo ab extremitate terræ, quæ inuolabit vt Aquila: Gentem quæ comedet

medet foetum iumentorum tuorum, & fructum telluris tuæ, donec te deleat. Et coangustabit te in omnibus urbibus tuis, donec deſiciat muros: Et in hac obſidione, qua adfliget te hostis tuus: Comes fructum ventris tui, carnem filiorum tuorum, &c. Inspiciatur totum capitulum Deuter: 28, videbit lector, Moſen non ſolum prophetiam texere, ſed exacte diſſimulata Iudaici hiftoriam ſcribere, cum Iofephæ narratione prorsus congruentem. Impletum eſt hoc Moſis vaticinium poſt annos 1548: tot annis ante præuidit Moſes Veſpaſianum, & bellum Iudaicum, quando urbem Ieruſalem circumuolabant vexilla Romanorum, & in vexillis aquila vaſtatricis.

Eſt itaq; hæc ſententia verborum Danielis: Super alas erit abominatio deſolationis, id eſt, expansæ alæ Aquilarum in vexillis Romanis, conſpectæ in Iudea, certum erunt indicium finalis & perpetuæ deſolationis Ieruſalem. Ideo oq; Chriſtus ad huius abominationis

conspectum iubet suos discipulos fugere: quod paulò ante excidium à Christianis factum esse narrat Eusebius. Inde ferebatur autem Aquila Romana in Iudæam (teste Iosepho lib: 3 cap. 5 & 7) aduentante Vespasiano, anno 13 Neronis circa mensem Maium, anno mundi, ut nos supputamus, 4038, à nato Christo 68. Inde ad excidium decurrisse $3\frac{1}{2}$ annos, autores sunt Iosephus & Cornelius Tacitus. Simul autem appellatione abominatiōnis comprehendi potest deuastatio cultus Dei, totaq; tela malorum, abominandorum scelerum, tumultuum, tragicorum casuum, tristissimarumq; cladum ac cædium in vrbe & ipso templo: quæ omnia excidium proximè antecesserunt, & tam pœnæ quam omnia fuerunt templo, vrbi, totiq; genti. Recte etiam abominatio desolationis ad Antichristi regnum accommodatur propter similitudinem: quia postrema Iudaici populi tempora imaginem ac typum præferunt extremis temporibus mundi: & quæ in Hierosolymorum excidio contigerunt.

tigerunt, ea suo modo in Ecclesia ant
mundi finem dominante Antichristi
euentura esse, de scripturarum indici
certum est. Ergo similitudine quadam
abominatio desolationis primæ ad se
cundam (quæ simul & spiritualis & cor
poralis est) rectè transfertur, atq; ad ty
rannidem Antichristi, verum Dei cul
tum mendacio & homicidio deuastatis
meritò accommodatur.

Vt autem tractatum hunc de septi
manis Danielis concludamus, obseruan
dum est: vniuersaliter anno 490 post
permissions Regum Persicorum, acci
disse aliquid memorabile in Ecclesia au
politij.

I Anno 490 à monarchia Cyri, &
reditu Israël ex Babel, Iulius Cæsar oc
ciso Pompeio quartam monarchiam Ro
manam auspicatus est. Et Antipater, He
rodus Magni pater, à Iulio Cæsare con
stitutus est tutor Iudeæ: à quo tempor
deinceps per annos 117 familia Antipa
tr

Patris & Herodis in Iudæa latè dominata est, vsq; ad vrbis Hierosolymæ destructionem.

II Anno 490 à secunda permissio-
ne Darij de templo exædificando, Au-
gustus Cæsar interfecto Antonio ade-
ptus est Monarchiam. Et interfecto Hyr-
cano summo pontifice, Herodes nouis
honoribus benignitate Augusti Cæsa-
ris auctus est, Iosephus lib: 15. cap. 7. 8.

III Anno 490 à tertia permissione,
& migratione Esræ Sacerdotis, Chri-
stus mortuus est, & ex morte reuiuif-
cens ascendit in cælum.

III Anno 490 à quarta & vltima
permissione, & Nehemiæ migratione,
Herodes Rex Chalcidis, assentiēte Clau-
dio Imperatore ademit Iudæis ius elis-
gendi summi sacerdotis, & impetrauit
potestatem in templum & sacrum ara-
dis, quæ potestas mansit penes Hero-
dis posteros, vsq; ad belliludaici exitum
Factum est illud anno Christi 46: quia
Iosephus l. 20. c. 1. adscribit huic narra-
tionem

tioni annum 5. tribunitiæ potestatis
 Claudij Imp:; quod tempus incurrit in
 annum mundi 4015, Christi 46.

Prima	3434	Secunda	3453
	490		490
<hr/>		<hr/>	
	3924		3942
Tertia	3514	Quarta	3526
	490		490
<hr/>		<hr/>	
	4004		4016

Est autem numerus 490 annorum
 mysticus & climactericus: quia septies
 70 consummant 490. Hunc numerum
 expressit Dominus Petro dicens: Re-
 mitte septuagies septies. Atque reperitur
 ille in multarum magnarumque mutatio-
 num periodis.

SECVLVM CHRISTI.

EX ijs quæ hætenus sunt exposita
 promptum est cuilibet ratiocinari

cui nam anno mundi salutiferam Christi
 natiuitatem ascribamus. Si enim 30 an-
 no Christi respondet mundi annus 4000,
 ablati inde annis 30, relinquitur 3970.
 Hic est annus ille faustus, patribus omni-
 bus desideratus, quo Deus, nostri miser-
 & exhibito Messia secundum promissi-
 ones, quarum impletionem diuina vo-
 luntas in hunc vsq; annum distulerat.
 In huius 3970 anni exordio VERBUM
 CARO FACTUM EST, cum, annum
 eiente Angelo & obumbrante Spiritu
 Sancto, Dominus noster in vtero be-
 tissimæ Virginis conciperetur. Ante
 eiusdem anni finem Deus manifestatus
 est in carne, cum generis humani Re-
 demptor ex matre Maria virgine verus
 homo nasceretur, lætantibus angelis &
 sanctis hominibus. Cumq; anno at-
 30 baptizatus esset, & ex eo tempore
 annos 3½ compleisset, mortuus est pro-
 pter peccata nostra, resurrexit propter
 iusticiam nostram, & ascendens in cœ-
 lum exaltatus est ad dexteram patris in
 suo

suo sacerdotio & regno. Hoc itaq; spaci-
 um ab anno mundi 3970, vsq; ad 4004,
 verè fuit aureum sæculum, quo mundus
 iste oculis suis Deum aspexit, natura hu-
 mana indutum, & carne nostra sine pec-
 cato vestitum. De hoc tempore hono-
 rificentissimè loquuntur Apostoli: vt
 Ioannes: Verbum Caro factum habita-
 uit in nobis, & vidimus gloriam eius
 gloriam tanq; vnigeniti à patre, plenum
 gratia & veritate. Et alibi: Quod erat in
 principio, quod audiuius, quod vidi-
 mus oculis nostris, quod manus nostræ
 contrectarunt, de sermone vitæ, id an-
 nunciauimus vobis. Et Paulus Apосто-
 lus Gal. 4. Postq; venit plenitudo tempo-
 ris, misit Deus filium suum, factum ex
 muliere, factum sub Lege, vt eos, qui sub
 Lege erant, redimeret. 2. Corinht: 5.
 Deus erat in Christo, mundum reconci-
 lians sibi: 1. Thimoth: 3. Magnum est
 pietatis mysterium, quòd Deus manife-
 stus est in carne, iustificatus in Spiritu
 visus ab Angelis, annuntiatus gentibus,
 fide agnitus in mundo, & assumptus est
 in glo-

ingloriam, Hoc inq̄ sacrum tempus, ab aliquibus vocatur tempus gratiæ, quòd Dominus noster beatissimo ortu suo illud consecra- rit, conuersationis suæ dulcedine exornarit, eorumq̄ operum ma- iestate insigniuerit: quorum gloria in omni æternitate celebrabitur. Etsi enim aliud tempus in se, non est aliò sanctius vel præstantius: ta- men propter diuinas patefactiones aut memorabilia opera aliud est a- liò illustrius & conspectius.

Sicut autem ingens Dei bene- ficium est certa numeratio anno- rum mundi ante natum Christum: ita omnino factum est diuinitus, vt adnotaret S. Lucas 15 Tiberij, eumq̄ copularet cum 30 Christi. Inde enim certò constat, quoto an- no Monarchiæ, quartæ tum natus, tum baptizatus sit Christus. Eaq̄ una adnotatione si careret Ecclesia, ignota esset nobis numeratio anno- rum

*Numeratio
annorum à
N. C.*

rum à nato Christo, & Ecclesiastica historia in vniuersum luce magna destitueretur. Quemadmodum igitur numeratio annorum ante aduentum Christi traditur in Veteri testamento: ita in Nouo annus 15 Tiberij à Luca annotatus, & cum 30 Christi copulatus, numerare docet annos à natali Christi.

Passim autem in Vet: Test: figuris ac ænigmatibus elegantissimis contemplandum nobis proponitur beatum illud seculum, quod Dominus noster inter homines uiuens exegit: & in his principem locum obtinet typus Leuit: 19, quem pia consideratione prosequemur.

Enarratio Iubet Deus primo triennio post
 typi de pre-plantationem arborum in terra
 putijs fru- = promissa natos fructus tanquam
 ctum, Le- præputia abijci: anno uerò quarto
 vit: 19 à plantatione natos fructus Deo
 dedicari & sanctificari: anno quinto esse

to esse communes, hoc est, esui vel vsui omnibus. Haud dubiè debuit ea ordinatio mysterium aliquod ad Christi curriculum pertinens adumbrare. Conferatur igitur plantatio arborum in terra promissa cum prædicatione Christi: & fructus triennij cum triennio prædicationis. Primo triennio erant abiijcienda præputia, id est, negligendæ gentes, neq; in earum vrbibus vel regionibus publica & generali prædicatione annunciandum erat Euangelium, quod fiebat in populo circumciso. Math. 10 & 15, Act: 13.

Sanctificabantur fructus anno quarto, id est, Christus anno 4 sui ministerij semetipsum sanctificauit pro nobis. Ioan: 17: & completo redemptionis nostræ opere Sabbatum sanctum egit in sepulcro, velut quiescens à labore suo, factusq; est primitiæ dormientium, vt Paulus loquitur. Deinde apostolos die Pentecostes primitijs sanctificantis Spiritus instruxit, & condecorauit, vt magnalia DEI varijs

linguis sonarent: primaq; concione Pe-
tri tria millia hominum cœtui Ecclesie
adiungerentur. Hoc modo & ipsi Apo-
stoli & eorum auditores, tanq; primitie
& fructus in terra illa nati, anno 4. præ-
dicationis Christi, Deo dedicati & con-
secrati sunt.

Quinto autem anno à baptismo
Christi, fructus Euangelij erant com-
munes, cum ab Apostolis in toto terra-
rum orbe doctrina Christi communi
predicatione Iudæis & gentibus annun-
ciaretur.

Distat autem mors Christi à fructi-
bus Deo sanctificatis, spacio annorum
2500, quemadmodum & à partitione
terræ ad baptismum Domini, 1500, elap-
si sunt.

2504

1500

 4004

2500

1500

 4000

Es

Ex supputatione igitur 30 Iubilæi Annū
 Moſis, concurrentis cum 30 Chriſti, uitæ
 & ex typo de præputijs fructuum, Chr:
 colligi propemodum poſſent vni-
 uerſi anni vitæ Chriſti, ante aſcenſi-
 onem exacti. Vixit Dominus annis
 30 vſq; ad baptiſmum, quod docent
 Iubilæi & Lucas Euangeliſta, Año
 verò 4 poſt baptiſmum ſiue 30 Iu-
 bilæum Moſis, mortuus eſt Chri-
 ſtus: quod diſcitur ex typo de præ-
 putijs fructuum, & ex Daniele ad-
 ſignante miniſterio Chriſti annos
 3½, quod eſt hebdomadis dimidi-
 um. Moſes igitur vt alia in Chriſto,
 ita hoc quoq; reuelante Dei Spiri-
 tu uidit, fore vt Meſſias annum à
 baptiſmo quartum viuendo attin-
 geret, eumq; redemptionis noſtræ
 conſummatione ſanctificaret, ac
 nobilitaret. Cumq; diuinus ille va-
 tes annos vitæ Chriſti in numerato
 haberet, voluit eorundem Chro-
 nologiam more ſuo figuris ac pi-
 cturis venuſtiſſimis, Elceſſiæ Dei

tradere. Suffragatur his dictum Luca
 15, ubi Christus per parabolam exprimit
 prædicationis suæ triennium expletum
 & quartum annum incoatum, quo & fi-
 cum à sese plantatam, sanguine suo
 aspersit atq; rigauit. Ecce, inquit, anni
 tres sunt, ex quo venio, quærens fru-
 ctum in ficu ista, & non inuenio: excin-
 de eam, quorsum etiam terram inuti-
 lem reddit? Ille verò respondit ei: Do-
 mine dimitte eam etiam hoc anno, usq;
 quo fodero circum eam, & misero ster-
 cora, &c. Erunt hæc euidentiora si at-
 tendatur, à baptismo Domini ad mor-
 tem eius effluxisse quatuor paschata, de
 quo paulò post,

DIES BAPTIZA- ti Christi.

De principio prædicationis Bap-
 tistæ variant scriptorum sententiæ. Ve-
 teres ex historia concepti Christi conie-
 cturam faciunt, ministerium Baptistæ
 aliquot mensibus antecessisse Christi
 ministerium. Fungius applicat Baptistæ
 initi-

initium ad 30 Iubilæi parasceuen, quæ incidit in 7 mensem Iudæorum. Evangelistæ satis indicant, Baptistæ initia primò fuisse tenuia, collecto exiguo aliquo cœtu, donec paulatim crevit numerus, ipso Ioanne peragrante (vt Lucas ait) omnem regionem adiacentem Iordani, & prædicante baptismum pœnitentiæ: quam ad rem plusculum temporis requirebatur. An autem docere cœperit Baptista in ipsa parasceue, non definitio, aliqui ministerium eius fuit velut parasceue Iubilæi non Legis sed Euangelij, non Mosis sed Messia, non veteris sed noui testamenti, vt canit Zacharias Baptistæ parens. Respondēt tamen suo quodam modo legales typi officio baptistæ, vt sonitus tubæ prædicatione pœnitentiæ, ob quam ipse nominat se vocem clamantis. Deinde, Iubilæum denunciare tantum Sacerdotibus licebat. Et Baptistam ex stirpe sacerdotali natum esse, testatur Lucas. cap: i. Sed quicquid statuatur de tempore, quamdiu Baptista ante CHRISTVM docuerit, vel

vel quo die aut mense docere cœperit
nos illud in medio relinquimus.

Hoc meritò quæritur, quo tempore
aut die à Ioanne baptizatus sit Chri-
stus.

Epiphanius refert baptisimi Chri-
sti tempus ad Nouembrem. Nos Fum-
cium sequentes, referimus ad diem 10
mensis 7: idèq; coniectamus ex typo, Le-
uit: 23, vbi de festo tubarum & de festo
expiationis ita præcipitur: Mense 7 die
decimo Sabbatum erit, memoriale clari-
goris tubarum & vocabitur sanctum. Et
mox: Mense 7, die 10 erit dies expiationis
num, & celebritas sancta erit uobis, affli-
giteisq; animas vestras in eo, & offer-
retis holocaustum Domino.

Leuit: 16 præcipitur, vt mense 7, die
10, in festo expiationis summus sacer-
dos semel in anno ingrediatur in san-
ctum sanctorum, vt expiet se & sanctu-
arium, totumq; populum. Ista omnia
quomodo ad baptisimi Christi summum
festum

festum aptanda sint, non difficile
 est diiudicare, cōsiderata signi cum
 resignata in Veteri & Nouo testa-
 mento conuenientia. Nam quemad-
 modum sumus sacerdos semel in an-
 no die expiationis intrabat in san-
 ctum sanctorum: ita Christus die ex-
 piationis baptizatus est, summi
 Pontificis munere in natura assum-
 pta publicè fungi cœpit, ingressus
 est in sanctum sanctorum, offerens
 ac obligans sese æterno patri ad pec-
 catorum expiationem perficiendam:
 & eo ipso die unicus iste agnus Dei,
 omnium hominum delicta SEMEL
 imponi sibi passus est, pro quibus &
 æterno patri æquiualens *λύτρον* obedi-
 entia & morte sua tandem persoluit,
 æternamq; redemptionem nobis ac-
 quisit, Ebræ: 9.

*Sacerdos
 semel in an-
 no, & tan-
 men quo-
 tannis in-
 trabat
 Christus
 uerò semel
 intrat non
 quotannis
 quia unica
 oblatione
 perficit.
 Ebræ: 10.*

Facit igitur analogia festi expi-
 ationis & baptismi Christi, ut ample
 clar sententiam Functionam de Chri-
 sto, die 10 mensis 7 baptizato.

Qua-

Quadrant ad festum expiationis
 uerba concionis diuinæ: Hic est filius me-
 us dilectus, quo delector. Atq; vt an-
 num Baptismi Christi in Iubilæum inci-
 disse ante diximus: ita hic apparet, diem
 baptismi Christi concurrisse cum festo
 expiationis legalis: cuius veram imple-
 tionem in solo Christo eiusq; vnica ob-
 latione spectandam esse, pater de cœlo
 voce sua testatur.

Congruit item Christo recens ba-
 ptizato, atq; in desertum ducto, typus de
 capro in desertum misso, in ipso festo
 expiationis: quod facillimè intelligitur
 ab ijs, qui textum *Leuit: 16* cum historia
 baptismi Christi, eiusq; in desertum in-
 gressu, conferunt.

Deniq; cum à Daniele & alijs tri-
 buantur ministerio Christi $3\frac{1}{2}$ anni, qui
 desinunt in morte Christi tempore ver-
 no, necesse est $3\frac{1}{2}$ annos ministerij Chri-
 sti ab autumno incoari: alioqui non
 sed 4 anni à baptismo ad mortem Chri-
 sti decurrissent.

Caterum Gerharto Mercatori, qui post Funcium Chronologiam, doctè, diligenter, & accuratè scriptam edidit, concurret 4000 mundi, cum anno mortis Christi, & quasi claudit Christus millenarium. Nobis verò prædicatio Christi aperit & incipit millenarium: & cum mundus orditur millenarium, Christus orditur nouum testamentum. In hanc sententiam Tertullianus annum baptismi Christi eleganter & venustè nominat litem inter vetus ac nouum testamentum. Hic limes, inquam, nobis est añus 4000, quo non solū millenarius quartus à quinto: sed etiam vetus testamentū à Nouo conueniētissimè distinguitur Summa miraculorum initium (quod fecit Iesus in Cana Galilææ, Iohan: 2) simul est millenarij noui principium.

OBSERVA

tio de anno mortis Christi 4004.

Tribuunt aliqui Domino nostro Iesu

In Christo 34 annos vitæ incoatos: alij 35
 alij 35. Manemus autem in opinione
 communi de anno 34. incoato: alios quoque
 ponunt 35, non sequimur, quia Daniel tra-
 buit ministerio Christi annos $3\frac{1}{2}$ non 4.
 Didicerunt idem ex Daniele Ecclesiasti-
 ci scriptores teste Euseb: lib: 8 demon-
 strationis cap: 2. Proditum est, inquit, memo-
 riæ, omne tempus doctrinæ & miraculo-
 rum Saluatoris nostri trium annorum &
 semis fuisse, quod quidem est hebdoma-
 dis vnus dimidium.

Cæterum de altera sententiâ, quæ
 mors Domini applicatur ad principium
 anni 33, etsi non repugn, o quo minus ali-
 eam amplectantur: tamen primò Phle-
 gonis annotatio de anno 4 Olymp: 201
 huic aduersari videtur. Certum est ex Lu-
 ca: Baptistam prædicare cœpisse anno
 Tyberij 15. id est, circa finem 201 & prin-
 cipium 202 Olympiadis. Qua ratione co-
 dit Christi 34 in annum 4 Olymp: 202.
 Ratiocinatur autem Eusebius: mortem
 Domini incidisse in annum 4 Olymp: 202.

202, eo quod Phlegon inusitatam quan-
dam Solis Eclipsin ascribat ad annum 4
olymp: 202. Cum igitur annus Christi 33
in annum 4 Olym: 202 non incidat, quo-
modo & Eclipsis Phlegonis & mors
Christi eò pertineret?

II Eusebius, (quod memoratu' dig-
num est) annum 4 olymp: 202. copulat
cum 19 Tiberij, & cum 34 Christi. Er-
rore igitur manifesto in Chronicis Eu-
sebij mors Domini accommodatur ad
18 Tiberij: cum ipsi Eusebio Annus Chri-
sti 33, & Tiberij 18 non sit quartus, sed ter-
tius annus olymp: 202.

III Gerhardus Mercator, vir in sua
arte magnus, refert mortem Christi ad
annum Romæ conditæ 784 exeuntem:
quod tempus nobis incidit in annum
Christi 34, Mundi 4004 ineuntem.

Alias subtiliores disputationes de
Eclipsis annorum Christi 46 & 60, &
de æra annorum Nabonassaris, unde ista
omnia dependent, Mathematicis relin-
quimus, quibus novum hac de re bellum
mouit Gerhardus. Nobis interim satis
N. est id

est id exponere, quod vel veritatis intimæ fundamentis insistit, vel vero proximum esse videtur.

III Hebdomades Danielis non desinunt anno 33 ineunte, sed 34, si ab olympiadis 80 anno 3 sumendum est suppurationis exordium: de quo in superioribus tractatum est prolixius.

V BEDA tomo 2 de temporum ratione ait: Habet, ni fallor, Ecclesiæ fides Dominum in carne paulo plus q̄ 33 annis vsq; ad suæ passionis tempora vixisse: quia scilicet 30. annorum fuerit baptizatus, sicut Lucas testatur, & tres semis annos post baptismum prædicauerit, sicut Ioannes in suo Euangelio non solum commemorato redeuntis Paschatis tempore perdocet, sed & idē in Apocalypsi sua: Daniel quoq; in suis visionibus prophetice designat. Sancta siquidem Romana & Apostolica Ecclesia hanc se fidem tenere & ipsis testatur indiculis quæ suis in cereis annuatim scribere solent, vbi tempus dominicæ passionis in memore

memoriam populis reuocans, numerum annorum semper 33 annis minorem, $\bar{\eta}$ ab eius incarnatione Dionysius ponat, adnotat. Denique ab eius incarnatione iuxta Dionysium 701, Indictione 14, fratres nostri, qui tunc fuere Romæ, hoc modo se in natali Domini, in cereis S. Mariæ scriptum vidisse, & inde descripsisse referebant: A passione Domini nostri Iesu Christi anni sunt 668. Quoniam igitur, vt supra memorauimus, 532 annis circulus Paschalis circumagitur, his adde 33, vel potius 34, vt illum ipsum, quo passus est Dominus, attingere possis annum, fiunt 566, Hæc Beda. Si quis tamen omnino referendam esse putat mortem Domini ad annum 33 ineuntem, eum oportet baptismum eius rejicere in annum 29 prope completum, vel 30 ineuntem: in quam sententiam trahunt nonnulli verba Lucæ cap: 3: $\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \eta\mu\acute{\iota}\nu\ \delta\ \iota\eta\sigma\acute{\omicron}\varsigma\ \omega\sigma\epsilon\iota\ \epsilon\tau\omega\upsilon\ \tau\epsilon\tau\alpha\acute{\omicron}\nu\tau\alpha\ \alpha\gamma\chi\omicron\mu\epsilon\upsilon\ \Theta$, id est, incipiebat Iesus esse annorum quasi 30. Hi vocem $\alpha\gamma\chi\omicron\mu\epsilon\upsilon\ \Theta$, de 30 ineunte interpretantur. Nos eam de 30 prope completo

pleto accipimus: q. d. incipiebat comple-
 plere annum 30: vel, erat annorum 30
 qui iam incipiebant compleri ac finiri.
 Facit nobiscum Epiphanius lib: 2 tom. 1.
 Erat reuera, inquit, annorum 29, mensis
 10. Triginta quidem annorum sed non
 plenus: ideo dicit: Incipiens esse anno-
 rum ferme 30. Hac Epiphanius. Verum
 de his quisq; suo arbitrio statuatur. Non
 enim alijs nostras opiniones obtrudi-
 mus amplectendas: sed offerimus exami-
 nandas & dijudicandas.

Hoc loco dissimulandum non est,
 quod res ipsa dici postulat: Reuerendum
 & Clarissimum D. LEONHARTVM
 KRENZHEMIVM, virum doctissi-
 mum, & nobis coniunctissimum, uniu-
 cumq; studij nostri Chronologici soci-
 um, in Chronologia magno Ecclesie
 Dei, communiumq; studiorum bono a
 se edita, hanc de Mathematicorum libe-
 rali disputationem ita profecutum esse, ut
 non solum quid in Copernico desideretur,
 quidq; in Gerharto Mercatore probe-
 retur libe-

liberè profiteatur: uerum etiam Ptole-
mæum, Censorinum, & Chronographos
Græcorum uniuersos in sua castra tra-
hat. Facere itaq; non possum, quin arti-
fices, qui motus cælestes scrutantur, mag-
nopere hortor, ut & Gerharti & Leon-
nenti: & prius inuictas rationes, ex arma-
rio artis suæ depromptas, nobis osten-
dant, q̄ illos errasse pronuncient: ac ita
rem illam agant, ne plus apud eos præ-
ceptorum suorum autoritas, q̄ ipsa veri-
tas ualuisse videatur. Meam quoq; ad-
hortationem, ut animo æquissimo acci-
pian, reuerenter & uehementer peto.

DE DIE MORTIS CHRISTI.

Artifices, qui mortem Domini ad an-
num 33 referunt, assignant ei diem 3 A-
prilis. Gerhartus uerò diem 2 Aprilis.
Sed idem morti Christi ascribit annum
35: quod ne nimis turbet lectorem, sci-
endum

endum est, Gerhartum ordiri numerationē annorum Christi ab anno 2 olymp: 193 inclusivè: ideo post Christi annum 34 necessariò inseruit annum integrum, ut mors Christi cum anno 4 Olymp: 205 concurreret. Iam si retrahatur natalis Christi ab anno 2 ad 3 Olymp: 193, erit intercalaris ille annus Gerharti idem, qui nobis est 34 Christi. Nos hanc Mathematicorum litem nequaquā faciemus nostram: sed in eorum demonstrationibus libenter ac tuto acquiescemus, si eas accurata ipsorum studia ac labores aliquando nobis protulerint: idèq; ut propter publicam omnium utilitatem faciant, communi nomine ipsos multum oramus ac obtestamur.

QUATVOR PARSCHATA MINISTE-
rij Christi post baptismum.

Tem

Tempori ministerij Christi alij tria paschata tribuere, alij quatuor, alij quinque. Quatuor autem Paschata in Euangelistarum narrationibus hoc modo deprehendimus.

PRIMUM pascha describitur Ioan: 2, quo eiecit Dominus vendentes & ementes è templo.

SECUNDUM exprimitur Matth. 12. Marci 2. Lucae 6. vbi Lucas nominat Sabbathum *δευτερογενήτων* (is dies est à paschate octauus, & vulgo appellatur Dominica Quasimodogeniti) quando discipuli manibus vellebant spicas. Hoc Pascha omisit Ioannes, vtpote descriptum ab alijs. Et quia ferè solet tantum *παραλαπόμωρα*, id est, ab alijs prætermissa recitare, simul omisit & huius anni historias, & ipsius Paschatis mentionem.

TERTIUM habetur Ioan: 6. Matth: 14. Marci 6. Lucae 9. in historia de 5 panibus, vbi addit Ioannes, propinquum fuisse Pascha.

N 4

QVAR.

QUARTVM & vltimum, de quo omnes Euangelistæ, Ignatius in Epistola ad Trallianos: Expletis tribus annorum decadibus, Christus baptizatus est à Iohanne, & vbi prædicauit Euangelium, signa & prodigia patrauit triennio, mortuus est & resurrexit.

Quidam id probare conantur ex dicto Lucae 13: Ecce eijcio dæmonia hodie & cras, & tertia die consummabor. Verum tamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare.

Aliqui typum Exodi 12, de agno Paschali accommodant ad tempus prædicationis Christi. Agnus segregabatur die decimo, & mactabatur 14: Ita Christus anno 30 segregabatur ad ministerium, & voce Baptistæ proclamabatur, digitoq; monstrabatur agnus Dei ad mactationem pro peccatis mundi destinatus. Mactabatur autem anno 34. Verum ali- quanto apertius, minusq; obscurum est, quod Lucae 13 Dominus per Parabolam de sui ministerij quadriennio incoato ait: Ficum habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum, in ea

neq; inuenit. Dixit autem uinitori:
 Ecce anni tres sunt, ex quo uenio,
 quarens fructum in ficu ista, & non
 inuenio: excinde eam: quorsum e-
 tiam terram inutilem reddit? Ille
 uero respondens dixit ei: Domine,
 dimitte eam etiam hoc anno, usq;
 quo fodero circum eam, & misero
 stercore, etc.

Firmius argumentum ex con-
 trarijs colligi potest in hunc modū.
 Anni $3\frac{1}{2}$ complectuntur menses 42,
 siue dies 1260: qui numeri reperiun-
 tur in Daniele & Apocalypsi. Et
 pleriq; veterum exponunt illud
 Danielis: Tempus, tempora & di-
 midium temporis, de annis $3\frac{1}{2}$. In
 Apocalypsi uero 42 menses, vel di-
 es 1260 tribuuntur durationi tyran-
 nidis Antichristi: qui cum sit Chri-
 sto (specie quadam & pretextu si-
 militudinis) longe dissimilimus,
 maximeq; contrarius, & ideo An-
 tichristus merito dicatur, non per-
 mittitur sauire ultra menses 42, siue
 N 5 dies

Dan: 7.

et 12.

Apoc: 10.

11. 12. 13.

dies 1260, quibus totidem anni respondent. Nam in annis ministerij Christi similitudo quaedam est eius temporis quod ascensionem Domini consecutum est. Pharisei Christum persequebantur mensibus 42, siue diebus 1260, siue annis 3½. Ita futurum significabatur, ut Ecclesia premeretur iugo Tyrannidis Antichristi, non quidem perpetuo, sed tempore definito, quod persecutionibus Pharisaicis ἀναλογίᾳ seu proportionem quaedam respondent.

CONCILIATIO CHRONOLOGICÆ EV- sebianæ cum nostra.

Peculiarem habent annorum mundi supputationem Eusebius & reliqui scriptores Græci, petitam ex depravato

tis numeris versionis Græcæ LXX
 interpretum Genes: Cap: 5 & 11: ex
 quibus à creatione rerum vsq; ad dilu-
 uium colligunt annos 2242, vbi Ebraeis
 tantum prodeunt 1656, quæ est discre-
 pantia annorum 586. Deinde, à diluuiò
 ad natalem Abrahamæ Eusebius habet
 942: Ebraei 292: Quæ est distantia
 annorum 650. Abundant itaq; Græ-
 cis ab Adamo ad Abrahamum anni 1236.
 Postremo, ab Abrahamo ad natum
 Christum supputat Eusebius 2015, (nos
 2021): In vniuersum à mundo condito
 ad Christum 5199. Inde subtractis an-
 nis superfluis 1236, recidit natalis Chri-
 sti in annum mundi 3963: quem nu-
 merum Funcius retinuit. Examinan-
 di sunt igitur & corrigendi Græcæ ver-
 sionis numeri ad textus Ebraici verita-
 tem. Qua de re præclare Augustinus:
 Rerum, inquit, gestarum fides ab ea
 lingua repetenda est, ex qua interpre-
 ratum est, quod habemus.

Nobis

Nobis id adunde satisfacit, quod
 Eusebius ait secundum Ebræorum sup-
 putationem: Abrahæ annum 51 incidere
 in annum mundi 2000. Inde ad tem-
 plum Salomonis habet annos 933. Hinc
 ad captiuitatem Babylonicam 442: hinc
 quo numero abundat decennium. Nam
 Regi Ammon tribuit Eusebius cum
 LXX interpretibus annos 12: ubi fontes
 Ebraici & Iosephus habent 2. Subtrahitur
 igitur decennio, reliquentur 432. & hoc
 pacto concordabit nobiscum Eusebius
 in anno captiuitatis Babylonicæ 336.
 Finem verò 70 annorum exilij Babyloni-
 nici non rectè accommodat Eusebius
 ad secundum annum Darij Hytaspis
 cum constet ex S. literis, eos sub Cyro
 finiendos fuisse. Non quidem in eo fa-
 lit Eusebius, quòd à 2 anno Darij num-
 rare docet vsq; ad Christi natalem annum
 518: ad eius baptismum 548: sed quòd
 sine captiuitatis ad N. C. numerat 518
 non 535, hic à vero deflectit spacio annor-
 um 17: idq; ex eo existit, quòd 70 annos
 captiuitatis in Darium extendit. pag.

Pendet itaq; conciliatio Chronologia Eusebiana cum nostra, ex his tribus.

I Ex correctione numerorum versionis Græcæ, Gen: 5. & 11.

II Ex omissione decennij in regno Ammon (4 Reg. 21)

III Ex vera constitutione seu applicatione anni vltimi captiuitatis Babylo-nicæ ad tempora Cyri.

Quæ verò de Eusebiano errore monuimus, illa quoq; de supputationibus Origenis, Epiphaniij, Cedreni, Niceophori, & aliorum, quotquot numeros ex LXX mutuati sunt, dicta esto.

2000

933

432

3365

3365

70

17

518

5970

CON

CONTINUATIO

Annorum à nato Christo ad annum
Christi 532.

Anno Christi 532 Dionysius Exiguus
Abbas Romanus, annos à natiuitate
Christi primus numerare docuit: cuius
supputationem Ecclesia hodie sequitur
& vsu ipso approbat. Horum autem
532 annorum continuatio trium inter-
uallorum determinatione absolui po-
test.

- I A nato Christo ad Censorinum
- II A Censorino ad Diocletianum
- III A Diocletiano ad Dionysium
Abbatem.

I

Censorinus ab anno primo Iuliano
(ante N. C. 45) supputat 283 ad vsu

vsq; tempora, id est, ad annum 2 Olymp:
274: à N. C. 239.

II

Inter Censorinum & Diocletianum
intercesserunt 45: quod perspicitur, si
Diocletiano annum Domini 285 adsi-
gnandum esse comprobetur. Quia in-
ter 239 & 285, est distantia 45, vtrinq;
exclusis annis extremis.

III

Diocletiani principium hac ratione
definitur.

Dionysius scribit annum Christi
532 esse aræ Diocletiani annum 248.
Ergo primus Diocletiani fuit 285 Chri-
sti. Præterea scribit Eusebius, excita-
tam fuisse persecutionem in Christia-
nos anno 19 Diocletiani: Et Constans
Magnum creatum esse Cæsa-
rem anno 4 persecutionis, hoc est,

22 à principio imperij Diocletiani. Hinc
 vero primum Constantini annum, testifi-
 tur Socrates & alij Græci scriptores Ec-
 clesiastici, fuisse annum 1. Olym: 271.
 Retrò igitur dinumeratis annis 22 à
 Olympiade 271 ineunte, incidit Diocle-
 tiani principium in annum Christi 283.
 Et Constantini Magni principium in
 annum Christi 306. iunge annos 239. 455.
 248, colliges 532 à N. C. ad Dionysium

Deinceps Ecclesia Abbatis Diony-
 sij rationes secuta, supputat annos Chris-
 ti ad nostra usq; tempora: & hodie nu-
 merat annum Domini nostri ex virginis
 nati 1576, qui nobis est conditi mundi
 5546.

Judæi recentiores, à condito Adam
 ad N. C. supputant 3760: quibus si ad-
 dias annos Christi, prodibit annus ar-
 chæ Judaicæ 5336, concurrens ex ipsorum sen-
 tentia cum hoc anno nati Christi 1576.
 Ordiantur autem annos suos ab autum-
 no: ideoq; præsentis anno Christi 1576
 ineunte autumno, incoant annum mundi

di 5337. Aberrant illi à veritate spacio annorum 210.

Nos, vt Ecclesiæ Dei gratulamur certam annorum à nato Christo supputationem: ita ad seriem annorum mundi vsq; ad Christum pertexendam vel inquirendam, expositione nostra viam quandam monstrare, & aditum patefacere conati sumus.

Et hæc quidem habui, clarissime & doctissime Doctor *CASPARE*, quæ de temporum ratione tecum amanter conferrem: de quibus, si eruditæ doctrinæ tuæ sententias & censuras necum communicaueris, rem facies, humanitate tua, & cõiunctione nostra dignissimam.

Tribuitur tibi consentientibus eruditorum testimonijs, publicaq; omniter te norunt, prædicatione, præcõtitudo & dexteritas eximia: quam vt in hoc libello examinando te adhibeturu planè confidimus: ita eidem opusculo

sculo nostro eam optamus felicitate
 vt tui similes (in quibus Hubneros no-
 stros, Thomam ac Tobiam numero-
 mus meritò) Lectores quam plurimos
 reperiat: qui ad lectionem hanc ad-
 ferant, mentis oculum sanum doctrinam
 purgatum, perspicacem, candidum,
 rectè dextreque iudicantem.

DEO æterno Patri, Filio & Spiritu
 sancto, ordinis in natura rerum conditori,
 ac temporum, vitæ, salutisque nostræ
 auctori, sit laus, honor, & gloria ad
 omnium sæculorum æterni-
 tatem, Amen.



Errata sic corrigantur.

Prior numerus paginam : posterior uerum
sum designat. l. lege.

In præfatione) penitus norunt, l. penitius.
inuestigandi l. inuestigandis.

22 6 cait, l. erit.

28 5 capta à, l. à capta.

31 23 l. ad annum primum Olymp:iii.

31 24 l. applicatio Olympiadum.

31 18 l. contexuerunt.

31 14 Ex Consulium, l. Ex imp: serie.

41 12 3394. l. 3942.

57 16 addita, l. reddita.

58 11 prædicationem. l. prædicatione.

81 1 in lege iii. 30 & 40.

88 22 septies 79. l. septies 70.

89 26 undecies 70, id est 770. l. bis 70. id est, 140.

95 17 Vesp̄arum, l. Vesp̄asianum.

100 23 impudentia, l. imprudentia.

102 24 Urbem, l. Vr Chaldæorum.

104 16 Abrahæ ad 70, l. Abrahæ refert ad 70.

108 18 si ab eius 15, l. Ac omitti potuisset mentio an-

ni 27: si ab eius 15.

123 3 l. & à Funcio.

128 18 Olymp: 59, l. Olymp: 79.

130 12 Olymp: 89, l. Olymp: 88.

132 20 l. terminari.

133 16 l. Calpurnium:

- 153 5 l. promulgabatur.
 159 17 initium dimidiæ.
 Ibidem 22. l. Græcis annus.
 130 17 l. Christus sancire incipiebat.
 162 20 l. & idem repetit.
 183 17 l. Summa: Miraculorum initium.
 184 22 l. 4 Olymp:202.
 191 22 l. de 5 panibus.
 192 10 l. Veruntamen.
 179 18 l. prædicationi pœnitentiæ.

Errata Indicis.

- Prior numerus annum mundi demonstrato
 Pagi: prima, lege, Anni ante N. C.
 1950. pro 2023. l. 2021.
 2493. pro Deuteronomium desinunt, lege, Deuteronomium & Numeri desinunt.
 2500. l. 2500 Iubilæus à mundo condito 50. 1476.
 2749. l. 2748.
 2810. l. à morte Samsonis.
 2891. l. an. 7. mens. 6.
 2930. l. ad excidium Ierusalem IIII.
 3544. pro 472. l. 427.

I N D E X

CHRONOLOGICVS:

MONSTRANS ANNORVM SE-
riem in S. Biblijs, à mundo condito ad annum natæ
Christi centesimum, insertis passim historiae Graecæ &
Romanae euentibus insignioribus: Hoc consilio institu-
tus, ut studiosi & Chronologiae extruenda para-
digma cernant, & temporum mundi ordi-
nem animo facilius compre-
hendant.



P

N natum

N Natum significat.

M Mortuum.

VC Urbis conditæ.

Añ NC. Ante natum Christum.

NT Nouum Testamentum.

* asteriscus, significat annum illum
definitè poni, id est, circa illud tem-
pus id esse factum, nec certam anni
consignationem apud autores esse
re.

Anni
mundi.

CREATIO COELI

Anni

ET TERRÆ: ANGELO-
rum & hominum.

N.C.

3970

Ætates patrum ante diluuium ex Ge-
nes. cap. 5.

	ADAM uixit an: 930.	
130	Seth N. ætatis Adæ 130.	3841
235	Enos N. æt: Seth 105.	3736
325	Cainan N æt: Enos 90.	3646
395	Mahalaleel N. æt. Cainan 70.	3576
460	Iared N. æt: Mahalaleel 65.	3511
622	Enoch N. æt: Iared 162.	3349
687	Mathusalem N æt: Enoch 65.	3284
874	Lamech N. æt: Mathusalem 187.	3097
930	Adam moritur.	3041
	Cum Adamo uixit Seth annis 800:	
	Enos 695: Cainan 605: Mahalaleel 535:	
	Iared 470: Enoch 308: Mathusalem 243:	
	Lamech 56. Hinc ad diluuium 727: ad	
	mortem Chrisli 3074.	
987	Enoch translatus est in coelum. æt: 365.	2984
1042	Seth M, æt: 912.	2929
1056	Noah N, æt: Lamech 182	2918
1140	Enos M, æt: 905.	2831
1235	Cainan M. æt: 910	2736
1290	Mahalaleel M. æt: 895	2681
1422	Iared M. æt: 962	2549
1536	Arce Nohe fabricatio, Gen: 6.	2435

1556	Iaphet N et Nohæ 500	2415
1559	Sem N et: Nohæ 503.	2412
1651	Lamech M et: 777.	2320
1656	Mathusalem M et. 969	2315
1657	DILVVIVM: & finis mundi seu seculi primi.	2314
	NOHA, ætatis 600 (plus minus com- pleto) ingreditur in arcam die 17: mensis 2. Gen. 7. (Gen. 8.	
1658	Noha egressus ex arca die 27 mensis 2. Annus primus seculi secundi. Ætates patrum post diluuium usq; ad Abrahamum ex Gen. cap. 11.	2313
1659	Arphaxat N æta: Sem 100	2312
1694	Salah N et: Arphaxat 33	2277
1724	Eber (à quo Ebraei) N et: Salah 30. Hinc ad uocationem Abrahamæ 300.	2247
1738	Peleg N et: Eber 34 Exstructio Turris Babel: Confusio linguarum: dispersio gentium. Gen. 10. 11. Annus mundi secundi 101. Hinc ad nate- lem Abrahamæ 191	2213
1788	Regu N et: Peleg 30. *REGNUM NIMRODI circa hæc tempora, Gen. 10. Annus seculi secundi 131. Hinc ad Ninum 120.	2183

Quidam

Quidam hinc ordiuntur Monarchiam
 mundi primam, uidelicet Assyriorum,
 que Diodoro teste durauit annis 1360,
 usq; ad mortem Sardanapali. Nos hinc
 ad Troie excidium numeramus 1000.

1820 Serug N et: Regu 32 2151

1843 Belus Assyriorum Rex dictus Saturnus,
 annis 65. Euf. Hinc ad Sardanapali in-
 teritum numerat Augustinus 1305: nos
 ad Cyri mortem 1600: ad Alex: Magni
 Monarchiam 1800: Augusti 2100 inclus:

1850 Nahor auus Abrahæ N et: Serug 30. 2121
 Hinc ad natum Abram 99.

1879 Tharah pater Abrahæ N et: Nahor 29. 2092

1908 Ninus in Assyria regnat an: 52 2063
 Est annus mundi secundi 251
 Hinc ad Sardanapali interitum nume-
 rat Eusebius 1240. Nos ad natum Au-
 gustum Cesarem 2000 plenos, ad mortē
 Iulij 2020: Tiberij 2100.

IUSTINVS & OROSIVS inci-
 piunt. Orosius sacras historias ex Mose
 recitat: sed profanorum euentuum nar-
 rationes hinc orditur.

1949 ABRAHAM patriarcha nascitur: 2022
 eta: Thare 70. Hinc ad natalem Dau-
 dis 91: ad baptisum Christi 2051: ad Au-
 gusti Caf: Tribunitiam potestatem (id

- fuit summi fastigij, regieq; dignitatis uocabulum) 2000: ad mortem Vespasiani senioris & imperium Titi 2100: pleni.
- 1950 EVSEBII Chronologia incipit ab hoc anno: qui est Iubileus à mundo cōdito 39: secundum Ebraeorum supputationem, quam ipse annotat. 2023
- 1959 Sara coniunx Abrahæ nascitur, Gen. 17 2012
- 1997 Peleg M et: 239 1974
- 1998 Nahor M et: 148 1973
- 2006 Noha M et: 950, à diluuiō (irruente) 350 Gen. 9 1965
- Cum Noha uixerunt ante diluuiū: Enos 84, Caman 179, Malaleel 234, Jared 366, Mathusalem 600, Lamech 595, Sem 97. Post diluuium: Sem 350, Arphaxat 347, Salah 312, Eber 282, Peleg 248, Regu 218, Serug 186, Nahor 156, Thara 127, Abraham 57.
- 2020 Circa hæc tempora credimus Abram à Deo uocatum ex Vr Chaldeorum, migrasse in Haran, ibiq; mansisse quadriennio. 1951
- 2024 Abrahæ promittitur Christus. Vocatio & migratio Abrahæ ex Haran, primusq; eius ingressus in terram promissam et: 75. Gen. 12. 1947
- Hinc ad exitū ex Ægypto 430. Exo. 12.

Gal. 3. Ad Iulij Caesaris monarchiam

	1900.	
2027	Regu M et: 239, Gen. 11	1944
2034	Agar fit coniunx Abrahæ, et: Abrahæ 85, Gen. 16	1937
2035	Ismaël N et: Abrahæ 86, Gen. 16. Hinc ad regnum Herodis in Ierusalē 1900	1936
2048	CIRCUMCISIO instituta, Gen. 17 Sodomorum conflagratio Gen. 19, à diluuiio annus 392, à morte Nohe 42. Hinc ad baptismum institutum (qui circumcissioni successit) 1952, ad Christi circumcissionem 1922.	1923
2049	Isaac N et. Abrahæ 100. Gen. 17. Hinc ad imperium T. Vespasiani 2000 pleni.	1922
2050	Serug M et. 230	1921
2070	* Abraham circa hoc tempus iussus est mactare filium Isaac, Gen. 22.	1901
2084	Thara M et: 205	1887
2086	Sara M et: 127, Gen. 23.	1885
2089	Nuptiæ Isaac & Rebecca, et. Isaac 40 Gen. 25	1882
2097	Arphaxat M et: 148, Gen. 11.	1874
NATALIS IACOB.		
2109	Esau & Iacob N et: Isaac 60, Gen. 25. Hinc ad natalem Augusti Cæs. 1800, Davidis 751	1862
2124	Abraham M et: 175, Gen. 25	1847

Cum Abrahamo uixerunt: Noha anno
 57, Sem, Salah & Eber 175, Peleg 48,
 Nahor 49, Thara 135, Arphaxat 148,
 Regu 78, Serug 101, Isaac 75, Iacob 15.
 Hic est annus 100, ex quo Abrahæ pro-
 missus est Christus.

2127	Salah M et: 433	1844
2149	Nuptiæ Esau, Gen. 26	1822
2159	Sem M et: 600, Gen. 11.	1812
	Sem natus est anno et: Nohæ 503, & mortuus anno à diluuiò 503	
	Cum Sem uixerunt: Mathusalem annis 97, Lamech 92, Noha 447, Arphaxat 438, Salah 433, Eber 435, Peleg & Re- gu 239, Serug 230, Nahor 148, Thara 205, Abraham 175, Isaac 110, Iacob 50. Hinc ad natum Dauid 700 pleni.	
2172	Ismael M et: 137, Gen. 25	1799
2186	Scala Iacob, G. 28. et: Iacob 77	1785
2188	Eber M et: 464, Gen. 11.	1783
2193	Nuptiæ Iacob, G. 29, et: Iacob 84	1778
2200	Ioseph N Gen. 30. et: Iacob 91	1771
	Hinc ad baptismum Christi 1800	
2206	Lucta Iacob, Gen. 32. et: Iacob 97	1765
2215	*Dinæ stuprum circa hæc tempora, Gen. 34	1756
2217	Ioseph uenditus et: 17 (Iacobi 108) Gen. 37.	1754

- 2227 Castitas Iosephi abstinentis ab hera, 1744
 Carcer Ioseph, Gen. 39
- 2228 Ioseph exponit somnium pincerne, Ge- 1743
 ne, 40.
- 2229 Isaac M. et: 180: Gen. 35 1742
 Cum Isaac uixit Serug anno uno, Thara
 35, Abraham 75, Sara 37, Ismael 123, Ia-
 cob 120, Arphaxat 48, Salah 78, Sem
 110, Eber 139, Ioseph 29
- 2230 Exaltatio Ioseph et: 30, Gen. 41. Hinc 1741
 ad regnum Salomonis 700: Augusti 1700
- 2231 Primus annus fertilitatis. 1740
- 2239 Migratio Iacob in Ægyptum et: 130 1732
 Gen. 47. et: Ioseph 39. Medium inter
 uocationem Abrahæ & inter exitum ex
 Ægypto: utrinq; 215
- 2256 Iacob M. et: 147, Gen. 47. Est à diluui- 1715
 o 600, à luctu Iacobi cum Angelo, & nata
 adpellatione Israel 50, à uisa scala cœ-
 lesti 70, et: Ioseph 56: à nato Eber 532.
 Hinc ad Troiæ excidium 532, ad scep-
 trum ablatum à Iuda per Herodem 1680
 inclus.
- 2310 Ioseph M. et: 110. regni sui in Ægypto 1661
 80, Gen. 50, Anni gloriæ sexies supera-
 runt annos miseriæ Iosephi: quia 3 fue-
 runt anni miseriæ, 80 gloriæ.

GENESIS desinit.

A morte Iacob 54, ab eius descensu
 in Ægyptum 71: a uendito Ioseph 93:
 a diluuiio 654. Hinc ad natum Mosen
 63: mortem Samsonis 500: Romam con-
 ditam 910: natalem Augusti Cæs. 1608,
 inclus.

- | | | |
|-------|--|------|
| 2311 | EXODVS incipit. | 1660 |
| 2333 | Leui filius Iacob M. et: 137, Exo. 6 | 1638 |
| 2370 | Aaron N hoc anno prope completo,
Exod. 7. | 1601 |
| 2373 | Moses N hoc anno prope completo,
Exod. 2. 7 | 1598 |
| | A uocatione Abrahæ 350. | |
| 2374 | Moses exacto et: mense tertio ex aquis
extrahitur, Exodi 2 | 1597 |
| 2400* | Historia Hiob an huc referenda sit, in-
certum est. | 1571 |
| 2401 | Iosua N, à nato Ioseph 200, compl. | 1570 |
| 2412 | REGNUM Atheniensium incipit.
Primus regnat Cecrops. Hinc ad Cyrū
1000. | 1559 |
| 2414 | Moses exacto et: 40: occidit Ægyptiū,
& fugiens habitat an: 40 in Midian,
Exodi 2. Act. 7. | 1557 |
| 2415 | Caleb nascitur, Ios. 14 | 1556 |
| 2440 | Diluuium Deucalionis, Euf: à diluuiio
Nohe 784 | 1531 |

2453 VOCATIO Moſis: Rubus ardens 1518
non conſumitur, Exodi 3, et. Moſis
80, Exodi 7.

2454 Decem plagæ Ægypti, Exodi 7, 8, 9
EXITVS ISRAELIS ex Ægy- 1517
pto die 15 menſis 1, Exodi 14

Moſes Dux populi Iſrael in deſerto an-
nis 40

Decalogi promulgatio, Exodi 19

Hinc ad templum Salomonis 480, 3. Re-
gum 6.

2455 Tabernaculum Arce fœderis in deſerto 1516
erectum & dedicatum eſt, anno 2 exitus
ex Ægypto, die primo menſis primi.
Nubes gloriæ Domini operuit ac re-
pleuit tabernaculum, ut eſſet præſentiæ
diuinæ teſtimonium, Exo. 40
Exodus deſinit die 1 menſis primi, anno
2 exitus.

LEVITICVS die 1 men: 1 2 incipi-
NUMERI die 1 menſis 2 Sunt.

Exploratores reuerſi è terra Canaan
botrum miræ magnitudinis reportant,
in ligno pendentem, Num. 13

2493 DEUTERONOMIUM incipit 1478
die primo menſis undecimi.

serpens

Serpens æneus erigitur, Num. 21. Hinc ad
Christum erectum in cruce 1511.

Balaam maledicturus Israeli, benedicit
ei, Num. 22. 23 63

Aaron M die 1 mensis 5. et. 123, Num. 20

Die primo mensis 11 Moses prælegit Is-
raelitis Deuteronomium, Deut. 1

Moses M et. 120, Deut. 34

DEUTEROMIUM desinunt.

NUMERI desinunt.

2494

LIBERIOSVÆ incipit.

Israelitæ transeunt Iordanem exiccatus,
die 10 mensis 1

Iosua introducitur Israelitas in terram pro-
missam, Ios. 3. 4

Manna cessavit die 15 mensis 1, Ios. 5

Muri urbis Hiericho corruunt ad sacro-
rum cornuum clangorem, populiq; Dei
clamorem, Ios. 6

Iubileus à mundo condito 50

2500

Partitio terre, Iosue 14

initium Iubileorum Moses, Leuit. 25

Hinc ad baptismum Christi 1500, id est,
30 Iubilai.

2503

Præputia fructuum abijcienda triennio,
Leuit. 19 1458

2504

Fructus terræ promissæ sanctificati Do-
mino, Leuit. 19. Hinc ad resurrectionem 1457

	nem Christi 1500	
2505	Fructus terre communes omnibus, Leuit. 19	1456
2507	Primus annus Sabbatarius agrorum, Leuit. 25	1464
	Seculum Cadmi, qui literas ex Phoenicia in Græciam importauit, Euf.	
2511	Iosua Met: 110. Iosua 24. A morte Ioseph 200 compl. Desinit Liber Iosua.	1460
	LIBER IUDICVM incipit.	
2512	Othoniel anno 40, Iud. 3. Hinc ad Cyril 900	1459
2550	Primus Iubilæus Mosis completus, Leuit. 25	1421
2552	Ehud anno 80, Iud. 3	1419
2600*	Historia de Micha & Leuitæ coniuge, an huc pertineat, incertum est, Iud. 19. 20. 21.	1371
2632	Debora & Barak an: 40, Iud. 3	1339
2672	Gedeon an: 40, Iud. 6	1299
2712	Abimelech an: 3, Iud. 9	1259
2715	Thola an: 23, Iud. 10	1256
2720	Euander in Italiam uenit, Dionys. Hinc ad Romam conditam 500	1251
2735	Seculum Hercules & Thesei. Hercules Cæcum interficit, Dionys. Hinc ad Cyri Monarchiam 700	1236

- 2738 Iair an: 22, Iud. 10 1233
- 2740 Argonautarum expeditio in Colchicā, circa hoc tempus. 1231
- 2749 Priamus rex Troiæ an: 40, Archilochus. A Sodomis incēsis 700, à regno Nini 840 1223
 Hinc ad mortem Sardanapali 400: ad mortem Alexandri Magni 900.
- 2756 Latinus regnat, à quo dicti LATINI, Dionys. Hinc ad Romuli mortem 500 1215
 ad V.C. 464: Romuli natalem 444
 Est à diluuiio 1100
- 2760 Iephthe an: 6, Iud. 12. Hinc ad natalem Dauidis 100 1211
- 2766 Abessan an: 7, Iud. 12 1205
- 2771 Circa hæc tempora RVTH putatur uenisse in Bethlehem. 1200
 Agamemnon Micenis regnat annis 18, Clem.
- 2773 Elon an: 10, Iud. 12 1198
- 2779 BELLI TROIANI annus primus. 1193
- 2783 Abdon an: 8, Iud. 12 1188
- 2788 Troiæ excidium, ante Romam condita 432. Dionys. à condita turri Babylon: 1030: excidio Sodomorum 740: Hinc ad Olympiadas 408: natalem Augusti 1121: mortem Iulij 1140. Hic annus est ipsius Medium inter diluuium & inter clade Crassianam, quam acceperunt Romani 1153

	à Parthis occiso Crasso: anno V. C.	
	700, utrinq; sunt 1131.	
2789	Troiani in Siciliam nauigant, Dionys.	1182
2790	Æneas in Italiam uenit Lauium conditum.	1183
2791	Samson an: 20, Iud. 20. Hinc ad natum Dauidem 70, ad eius regnum 100 Latinus socer Æneæ occumbit Æneas regnat annis 3, Dionys.	1180
2793	Anchises pater Æneæ M	1178
2794	Æneas occisus in prælio, Hinc ad Mo- narchiam Iulij Cæs. 1130	1177
2795	Ascanius Æneæ filius Latinorum Rex an: 38, Dionys.	1176
2810	Samson M Iud. 16. Desinit Liber Iudicum: à morte Io- sue 300, Iosephi 500. Hinc ad natalem Dauidis 50, Augusti Cæsaris 1100: ad ca- ptiuitatem Debylonicam 555. Obserua- d morte Samsonis ad natalem Dauidis 50, a regno Samsonis ad regnum Dau- dis 100.	1161
2811	I. Samuelis, alias I. Regum, incipit. Eli summus Sacerdos regnat an: 40, I. Sam: 4	1160
2814	Samuel nascitur anno 4 Eli, Cedrenus 4 diluuiio 1157: hinc ad N. C. totidem.	1157

285° Arca Domini capta a Philistinis [1121]
Eli M et: 98, 1 Sam. 4

REGNUM SAMVELIS
circa huius anni finem.

Annus a nato Abraham 901, Ioseph 650
ab exitu ex Ægypto 397, a partitione
terræ 350.

2851 Samuel cum Saule an: 40. Act: 13: solus 30 [1120]
circiter.

Arca foederis redit ad Israelitas, 1. Sa. 6.

2860 David N a morte Iosue 350, Iosephi 550 [1111]
ab exitu ex Ægypto 406

2868 Reditus Heraclidarum siue posteriorum [1103]
Herculis in Peloponnensum: Ab exci-
dio Troiæ 30, Thucy: Hinc ad primâ
Olympiadem 328. Diod. & Eratost:

2870 Philistini orante Samuele fulminibus [1101]
prosternuntur, 1 Sam. 7.

2881* Circa hæc tempora Israelitæ petierunt [1090]
regem spreto Rege Deo: Samuel ex-
ponit Israelitis ius Regis, 1. Sam. 8.

REGNUM SAULIS.

Saul querens asinas patris sui inuenit
regnum, Vngitur a Samuele in Regem,
& incipit prophetare cum alijs, 1. Sam.
9. 10. sistitur populo in Mizpat ut Rex
Israelis, 1 Sam. 10

2882 Nabas Ammonitarum Rex civibus Iabes Gilead salutē promittit oculi dextri iactura. Saul castis Ammonitis inclarescit & denuō confirmatur in regno, 1. Sam. 11. 1089

Valedictio Samuelis, 1 Sam. 12.

2883 * Reiectio Saulis, 1. Sam. 13. 14. 15 1088

* Vnctio prima Davidis, 1. Sam. 16

2884 * Monomachia Davidis & Goliath, 1. Sam. 17. Hinc ad mortem Christi uincētis Diabolum 1120. 1087

2885 Mephiboseth filius Saulis N. 2 Sam. 4. 1086

2889 * Samuel M. 1. Sam. 15. 25. 28. 1082

2890 Saul perit, 1 Sam. 28. 31. à dilu. 1234. ab exitu ex Ægypto 437, morte Moſis 397, exaltato Ioseph 660, regno Samsonis 100. 1081

Definit primus Liber Samuelis.

Incipit 2 Samuelis, al: 2 Regum.

Secunda unctio Davidis in Hebron at: 30. 2. Sam. 2.

2891 **REGNUM DAVIDIS.** 1080

David regnat in Hebron an: 7 mens: 7, 2 Sam: 5.

2898 Regnum Davidis in Ierusalem, ac tertia eius unctio, at: 38. Regnat in Ierusalem 1073

Q

lem

- lem an:33, 2 Sam:5. Hinc ad Pontium
 Pilatum regnantem Hierosolymis 1100.
 2900 Iubilæus mundi 58, Mosis 8, à partitione terre 400, et: David 40. 1071
- * Arca introducta in urbem Ierusalem
 2 Sam:6.
- Codrus ult: Rex Athen: M. Successerunt
 Archontes siue Prætores Attici, quo-
 rum primus fuit Medon, à quo po-
 steri eius dicti Medontidæ.
- 2908 * Adulterium & homicidium Davidis, 2. 1067
 Sam. 11. 12.
- 2909 * Pœnitentia Davidis, 2 Sam:12 Psal:51 1062
 et: Davidis 49.
- 2910 SALOMON hoc fermè tempore 1061
 natus est, 2. Sam 12. et: Davidis 50,
 regni 20, à morte Ioseph 600, Iosue
 400, Samsonis 100. Hinc ad natalè
 Augusti Cæs: (inclusiue) 1000. Hic
 annus tenet locum mediũ inter exi-
 tum ex Ægy: & capt: Babyl: utrinq:
 456.
- 2913 * Incestus Ammon cum Thamar, 2. Sam: 1058
 13.
- 2915 Absolon occidit fratrem suum Ammon, 1056
 2. Sam:13.
- 2918 Thecuitis intercedit pro Absolone, 2. 1055
 Sam. 14.

Absolon

2929 Absolon reconciliatur Dauidi, 2.Sam.14 1051
2923* Exilium Dauidis, et: 63. 2.Sam.15. 1048

Absolon perit, 2.Sam.19.
Hinc ad bellum ciuile Iulij Cæs: & Pom-
peij 1000.

2930 I Liber Paralip: } desinunt. 1041
II. Samulis }

3. REGVM incipit.

Coronatio Salomonis, 3.R.1

Dauid M. et: 70, 3.Reg.2: à morte Adæ
2000, à natali Abrahæ 980 (bis 490)
completis. Hinc ad Augusti imperium
1000: ad baptismum Christi 1070: ad ex-
cidium Ierusalem 4.

2931 2.Liber Paralipom: incipit. 1040

REGNUM SA- L O M O N I S.

2933 Salomon regnauit an: 40, 3 R.11. 1038
Semei occisus, 3 R.2.

2934 TEMPLVM SALOMONIS 1037
conditum, ab exitu ex Ægypto 480.
3 R. 6.

Fundamenta iacta sunt die 2 mens: 2 an-
no 4 Salom: 2 Paral: 3.

Annus a uocatione Abrahe 910: parti-
tione terre 434: Hinc ad conditū
templum secundum 518, ad Christū
bis 518, ad mortem Christi 1070.

2941 DEDICATIO templi Salom: 1030

Templum Dei Hierosolymis magna
celebritate & gaudio dedicatur anno u
regni Salom: a iactis fundamentis septi-
mo compl: mense 7 Ethanim. Sequenti
mense Bul confectum est cum omnibus
utensilib. 3 R. 6. 2 Paral: 5.

Arca fœderis transfertur in templū:
nubes gloriæ Domini replet templum,
ut uix possint a sacerdotibus sacrificio-
rum ceremoniæ seu ritus administrari
ac perfici. Salomon ardentissimis uotis
Deo gratias agit, eiusq; misericordiam
supplex implorat, 3 R. 8. 2 Par: 6. Di-
stat hæc dedicatio ab erecto & dedica-
to tabernaculo in deserto, annis 487.

REGIA SALOMONIS.

Regia domus Salomonis extrui cœp-
ta. Perfecta est spacio annorum 13. 3 R.
7. Hinc ad Romam conditam 280: A-
lexandri Mag: Monarchiam 700, Au-
gusti 1000, ad excidium Ierusalem 1100.
Estq; hic annus ætatis Salom: 30 circi-

ter: a regno Davidis 50 compl: mor-
te Iosephi 630, Iosue 430.

2953

Regia Salomonis absoluta est anno 1018
20 a condito templo, 3 R. 9. Ab exitu
ex Æg: 500. Hinc ad priorem desolati-
onem templi & urbis Ierusalem sub Ne-
bucadnezare 412: ad posteriorem sub
Vespasiano 1088, ad Christi ascensione
in cœlum 1050.

2954

Deus secundo apparuit Salomoni 1017
cum absolvisset utramq; domum, Domi-
ni & suam: magnificisq; promissis co-
hortatus est eum ad sectandam patris
pietatem, 3 R. 9.

Post hæc tempora Regina Austri
adiit Salomonem, eius sapientiam audi-
tura, 3 R. 10.

2970

Salomon moritur, 3 R. 11. Hinc ad 1001
conceptum Christum 1000 (de quo in I-
sagoge) ad V.C. 250: natum Romulum
231: ad regnum Alexandri Magni 666,
ad imperium Vespasiani & excidium
Hierosolymorum 1070.

2971

Distractio regni Salomonis. 1000

Decem tribus Israel Regem sibi cõ-
stituant Ieroboamum: idq; dicitur Reg-
num Israel: quod duravit an. 262.

Due reliquæ tribus, Iudæ & Benia-

min, Regem creant Roboanum, idq; no-
minatur regnum Iuda: quod duravit
an: 395.

Roboam I rex Iuda, filius Salomo-
nis, an: 17. 3 Reg. 14. Hic patri in regno
non in sapientia successit: quia spreto
seniorum consilio, de sententia iuuenum,
aggrauat onera publica: 3 R. 12.

Ieroboam I rex Israel, an: 22. 3 Reg.
14.

Hic in nouo regno excogitata no-
ua religione, & cultibus idolatricis, in-
stituit festum, quod celebrabatur die 15.
mens: 8.

Altare scinditur ad Prophetae com-
minationem: Regis manus exarescit:
sed precante Propheta restituitur. 3. R.
12. 13.

2973 Israelite triennio ambulat in uia
Dauidis: neglectis Ieroboami idolis, 2.
Par. 11.

2974 Israelitarum APOSTASIA à Deo.
2. Par. 11. Hinc ad obsidionem Ierusa-
lem 390. Ezech. 4.

2975 Prima direptio templi Salom: 3 R. 14.
à condito templo 42: dedicato 34.

2987 Roboam rex Iuda M. 3. R. 14.

Abid

2988	Abia rex iuda an:3, 3.R.15.	983
2991	Assa rex iuda an:41, 3 R.15.	980
2992	Ieroboam rex Israel M.	979
	Nadab rex Israel an:2 (incoatis) 3.R.15.	
2993	Nadab rex Israel occisus.	978
	Baasa rex Israel an:24. 3 R.15.	
3000	Iubileus Moſis 10: mundi conditi 60. Concurrunt hic, 60 Iubileus & 60 annus à dedicato templo Salom: item 10 Iubileus Moſis & 10 annus regni Aſſa.	971

ELIAS propheta circa hæc tem-
pora natus putatur.

Homeri Poëta ſeculum.

3004	Numeroſiſſimus Æthiopum exer- citus funditur, non tam armis quàm pijs precibus Regis Aſſa (circa huius anni finem: aut ſequentis principium) 2 Pa- ral. 14. ante mortem Chriſti 1000.	967
------	---	-----

3005	Idola eiecta è terra Iuda anno 15 Aſ- ſa: menſe 3. 2 Par. 15	966
------	---	-----

3015	Baſſa moritur anno 26 regis Aſſa. Ella rex Israel an:2, 3.R.16,	955
------	--	-----

3017	Ella occiſus, 3 R 16. Zimri Rex Israel diebus 7, 3 R.16.	954
------	---	-----

- Amri Rex Israel an:12, 3 R.16.
- 3021 Samaria condita, 3 R.16. Hinc ad Romã conditam 200. 950
- 3028 Amri rex Israel M: & primus sepelitur in urbe Samaria à se condita. Hinc ad mortem Iulij Cæs: 900. 943
- Achab rex israel an:22. 3 R.16.
- 3029 Assa ægrotat ex pedum doloribus, nec querit Dominum sed Medicos, 2 Paral.16. 942
- 3031 Assa rex Iuda moritur. 940
Iosaphat rex Iuda an:25, 3 R.22.
- 3033 Visitatio Ecclesiarum sub Iosaphat, 2 Paral.17. 938
- 3037 ELIÆ PROPHETÆ Ministerium. 934
- 3038 * Fames triennij & 6 mensium, 3 R.17. 933
Luce 4. Iac. 5. Distat hæc fames ab ea, quæ fuit tempore Ioseph in Ægypto, annis 800.
- 3041 ELIAS mactat Baalitas, 3 R.18. 930
Hinc ad excidium Hierosolymorum, ubi gladio Vespasiani mactati sunt Iudæi hostes Christi: 1000.
- 3042 Elias ieiunat diebus 40, 3 R.19. 929
- 3043 Benhadad rex Syriæ uictus ab Achab, 3. R. 20. 928
- Syri

3044	Syri iterum uicti ab Israelitis, 3.R.22. Triennij induciæ inter Syros & Israe- litas.	927
3045*	Vinea Naboth occupata ab Achab. Naboth interfectus, 3.R.21.	926
3047	Bellum Achab cum Syris post triennij pacem. Impius Achab sagitta ictus perit: canes sanguinem eius ex curru defluentem lambunt, 3.R.22.	924
4. REGVM incipit.		
	Ochozias, al: Ahasias rex Israel an: 2. 4.R.1	
3048	Elias igne cœlesti perdit legatos Ocho- zie anno 1000 post deletos igne cœ- lesti Sodomitas. Ochozias M. 4.R.1.	923
3050*	Ioram rex Israel an:12. 4.R.3. Elias putatur translatus in cœlum.al. 3056:	920
	ELISÆI sæculum.	
3052	Ioram rex Iuda an:8, 4.R.8.	919
3055	Iosaphat rex Iuda M.	916
3056	Ioram fratres suos occidit: ideo Elias (siue Thesbites siue alius) Prophetæ per epistolam eum obiurgat, 2.Par.21. Quidam ad hæc tempora referunt	915

	Elie translationem. Ea ratione huc pertinere pleræq; historie Elisei Propheta, de quibus, 4.R. 2. 3. 4. 5. Est à diluio 1400.	
3058	Ochozias rex Iuda an: 4. R. 8.	913
3059	Ioram rex Iuda, seuisimis intestinorum tormentis moritur iuxta Elie uaticinium, 2 Paral: 21.	913
	Ochozias rex Iuda occiditur, 4 R. 8	
	Ioram rex Israel sagitta percussus perit. 4, R. 9.	
	Iesabel regina laceratur à canibus, 4.R. 9.	
	Athalia tyrannicè regnat in Iuda an: 7 incoatis. 4.R. 11.	
	Iehu rex Israel an: 28, 4.R. 10.	
3060*	Domus Achab deletur à Iehu, 4 R. 10.	911
	Homerus putatur mortuus ante V. C. 160.	
3065	Athalia interfecta tyrannidis anno 7.	906
	Ioas rex Iuda an: 40. 4 R. 11. 12	
3086	Iehu rex Israel M. 4. R. 13.	885
3087	Ioachas rex Israel an: 17. 4.R. 13.	884
	Ioas templum instaurat. 4.R. 12.	
	Lycurgi seculum, qui tulit leges Lacedemonijs.	
3093*	Ioaida summus sacerdos et: 130 M. 2 P. 14: 24.	878

3101	Ioas designatur rex Israel, uiuo adhuc patre, cum quo regnauit 3. solus 16. 4.R.13.	870
3103	Martyrium Zacharie, 2 Paral. 24.	868
3104	Ioachas rex Israel M. Ioas rex Iuda interfectus, 4 R. 12. Ioas rex Israel an: 16. 4 R. 13. Elisæus Propheta M, 4 R. 13. Mortuus homo reuiuiscit contactu of- suum Elisæi, 4.R.13. Hinc ad Christi mortem 900.	867
3105	Amasias rex Iuda an: 29, 4.R. 14.	866
3119	Ieroboam rex Israel an: 41, 4 R. 14.	852
3133	I O N A S Propheta floret, 4 R. 14.	838
3134	Amasias rex Iuda occisus, 4 R. 14.	837
3145	Interregnum annorum 11 sub Vzias.	826
3148	Vzias rex Iuda an: 52, 4.R. 15. Sardanapalus ultimus rex Assyriorum perit succensa à se regia. Vixit & perijt ut Sodomitæ. Estq; hic annus à conflagratione Sodomorum 1100. Hinc ad Alexandri Magni mortem 500: ad regnum Nabugdonosoris 200: Mo- narchiam Iulij 777. (dōs. 6088)	823
3150	Regnum Assyriorum transfertur ad Me- O S E A S & A M O S prophetant.	821
3159	Ieroboam rex Israel M, 4.R. 14.	812

Regnum

REGNUM Macedonum incipit, in
quo primus regnavit Caranus. Pausani:
Plutarch: Euf: Hinc (inclusivè) ad mor-
tem Alexandri Magni 490, ad regni Ma-
cedonici finem 646.

3182 Zacharias rex Israel mens: 6, 4, R. 15

3183 Sellum rex Israel mense 1, 4, R. 15.

Zacharias à Sellum occisus.

Manahem rex Israel an: 10, 4, R. 15.

3190 ESAIAS propheta claret.

3193 Manahem rex Israel M. 4, R. 15

3194 Pekaia rex Israel an: 2, 4, R. 15

3195 Hestodi seculum Solinus scribit eum in
auspicis prima Olympiadis obiisse,
alij aliter.

3196 VZIAS rex Iuda M.

Pekaia rex Israel occisus.

Peka rex Israel an: 20, 4, R. 15,

Esaias uidet Dominum in gloria, Esa. 6.

OLYMPIADES incipiunt.

Olympias prima celebratur in estate.

3197 Ioatham rex Iuda an: 16, 4, R. 15.

3200 Iubilæus mundi 64: Mosis 14: Olymp. 2.

MICHEAS & IOEL Propheta
clarens

RES ROMANÆ

incipiunt.

Romulus & Remus concepti anno
1 Olymp. 2. Plut. in Romulo. alij ad seq.
an:

3201

Romulus & Remus nati, die 21 Æ= 770
gyptij mensis Thoth. Plut.

Dionysius, Linius, Florus, Velleius,
Eutropius, Orosius, Plinius Secundus de
uiris illustribus, Zonaras, & alij Roma-
na historia scriptores incipiunt.

3202

Ezechias rex Iuda nascitur. 769

3212

Iotham rex Iuda M. 759

3213*

Achas rex Iuda an: 16, & R. 16

3216

Vaticinium Esaie 7, de Immanuele. 758

Peka rex Israel occisus ab Osea, qui po- 755

stea regnavit in Israel.

3219

Hinc numerat V A R R O annos 752

Rome condite. Eius supputationem
sequuntur Cicero, Plinius, Cornelius Ta-
citus, Dio, Censorinus & alij. Dionysius
autem, Solinus, & tabula Capitolina,
numerant annos Rome condite à se-
quenti: quam supputationem nos se-
quimur.

3220

Olymp. 7 R O M A condita die 21 Æ= 753

pril, Romulus regnat an: 37.

V.C.

- 3223 V.C. 4. Romani puellas Sabinas rapi- 748
unt 18 Augusti, Plut: Dionys:
3224 Oseas, ult: rex Israel an: 9. 4 R. 17. 747
Hinc ad monarchiam Iulij Cæs: 700.

NABONASSARIS ÆRA.

Anni Nabonassaris, quos Ptolemæus nu-
merat, circa huius anni finem initium
sumunt.

- 3227 Ezechias rex Iuda an: 29, 4. R. 18. 744
3228 Celeberrimum Pascha sub Ezechia 2. 743
Paral. 29: Tempus medium inter pri-
mum Pascha Moysi & Christi, utrinq:
distant annis 775.
Serpens æneus confringitur, 4. R. 10. 742
3229 Bellum Messenium, an: 20, Pausan. 741
3230 Samaria obsidetur à Salmanassare, anno
4 Ezechie & 7 Oseæ, 4 R. 17. Con-
dita Samarie anno 210. 739
3232 Olymp. 10. V.C. 13.
Samaria capta à Salmanassare: condita
Samarie anno 212.
Finis regni Israel, quod duravit à morte
Salomonis annis 262.
Decem tribus Israel abductæ in Assyri-
os, 4 R. 17. ab exitu ex Æg: 779.

- Tobias abductus in Medos, Tob.1.
 Religio Samaritana coepit.
 Hinc ad captiuitatem Babylonicam 135:
 ad coronationem Herodis in urbe Ro
 ma 700.
- 3233* N A H V M Propheta floruisse puta- 738
 tur.
- 3234 Sennacherib in Assyria regnat. 737
- 3240 Sennacherib obsidione cingit urbem Ier- 731
 rusalem.
- Angelus Domini perdit Assyriorum
 185000. 4.R.18. Esa. 37.
 Ezechiae morbus: Solis regressus: Euita
 Ezechiae prorogatio, 4.R.20. Esa. 38.
- 3241 TOBIAE historia incipit. 730
 Sennacherib interficitur a filijs: Tob.1.
- 3248 Pugna ad Ithomen, qua finitum est bel- 723
 lum Messenium: Pausan.
- 3250 Mardocempadus in Assyria regnat. 721
- 3256 Ezechias rex Iuda M. at: 54. 715
 Manasse rex Iuda an: 55, 4.R. 21.
- Romulus R: rex M. at: 55, die 7 Iulij. V.C
 37. A diluuiio 1600, regno Latini 500.
- HERODOTI historia (continua)
 incipit, praeterquam quod superiora
 recitat.
- 3258 Gyges in Lydia regnat. 713
 V.C. 39. Numa II. R. Rom: an: 43.
 Iubileus

- 3300 Iubileus mundi 66: Mosis 16. 671
 Olym. 27. V.C. 81.
- * ABACVC Propheta floruisse putatur.
 Numa R: R M. et: 81.
- 3301 V.C. 82. Tullus Hostilius 3. R. Rom: an: 670
 32.
- 3304 Iofias rex Iuda N. 667
 660
- 3311 Ammon rex Iuda an: 2, 4 R. 21. 658
- 3313 Iofias rex Iuda an: 31. 4 R. 21.
 Cypselus Corinthi exercet tyrannidem, Euf. Hinc ad Cyri regnum 100: ad primum consulatum Iulij 600.
- 3325 IEREMIAS prophetare ac docere 645
 cepit 13 Iosie.
 Hinc initium sumunt 40 anni peccatorum Iuda, de quibus Ezech. cap. 4.
- 3330 Liber Legis reperitur in templo. 641
 Bethel confringitur: cultus Dei restituitur, destructis idolis, 4 R. 22
- 3331 Celebre Pascha sub Iosia, 2. R. 23. 2. 640
 Par. 35.
- * SOPHONIAS prophetat. 639
- 3332 Olymp. 35. V.C. 113
 Thales Milesius Philosophus N. Laert:
 Tullus Hostilius Ro: Rex fulmine ictus,
 Dionys:
- V.C.

3333 V.C. 114. Ancus Martius Ro: Rex 4. an: 638

24.

3340 * ABDIAS Propheta his temporibus 631
uixisse putatur.

3343 Iosias rex Iuda perit in prelio, 4.R. 23. 628
Ierem: 46. & Herod: Mors Cyri &
Iosie distant annis 100.

3344 Ioachas rex Iuda mens: 3, 4.R. 23. 627

3347 Nebucadnezar seu Nabugodonosor rex 624
Assyr: an: 44.

3348 Liber Ieremie comburitur à rege Ioia: 623
kim. Ierem: 36.

* Draconis leges scriptæ circa hoc tem-
pus.

3351 Nebucadnezar Iudæã deditioe capit. 620

3354 Ioiakim rex Iuda reuens regi Babylo- 617
nico pendere tributa, abducitur win-
ctus duabus catenis in Babylonem, ubi
sepelitur sepultura asini, 2. Paral. 36.
Ierem. 22.

Iechonias rex Iuda mens: 3. d. 10. 4. R. 24

TRANSMIGRA-
tio Iechoniæ in Babylonē:

ab exitu ex Ægy: 901.

R

DANIE

DANIELIS liber incipit.

Zedechias ult: rex Iuda an: 11. 4. Reg. 24.

Cœpit ante anni finem.

- 3355 * Daniel & eius socij triennio discunt li- 616
 teras & linguam Chaldaicam, Dan. 1.
- 3356 Ancus Martius Ro: rex M. 615
- 3357 V. C. 138. Tarquinius Priscus V. Ro: rex 614
 an: 38.
- 3358 Hananias pseudopropheta M. mense 7, 613
 quod ei Ieremias mense 5 prædixerat.
 Iere. 28.
- Daniel & eius socij sistuntur regi Na-
 bugonosor, Dan. 1.
- 3359 EZECHIEL propheta re cœpit, an- 613
 no 5 transmigrations Iechoniae, die
 5, mens. 4, anno 30 (et:) Ezech. 1.
- 3360 De hoc anno Ezechiel cap: 8. 9. 10. 11. 14 611
- 3361 De hoc anno Ezechiel cap. 20. 21. 610
- 3362 Obsidio urbis Ierusalem die 10, mens: 10. 608
 4. R. 25.
- 3364 * Olymp: 43: Ieremias carceri includitur, 607
 Ierem: 32.
- Annus ultimus templi Salomonis, quo
 finiuntur 390 anni Ezechielis cap: 4.
- 3365 Desolatio templi & urbis Ierusalem. 606
 Hinc ad excidium postremum templi

Ierusalem 676, ad Monarchiam Iulij
560, ad reditum Esræ in Ierusalem 150:
ad conditum templum secundum 87.

CAPTIVITAS BABYLO-
nica annorum 70, Iere: 39. 41. 52. Et 4
R. 25.

Chaldæi urbem Ierusalem inuasere
die 9 mensi: 4. Iere: 39.

Templum conflagrauit die 10 mensi:
5. Iere 52. Stetit an: 431, mensi: 3, circiter.

Finis regni Iuda, quod durauit ab
obitu Salomonis 395. Est annus à dilu-
uio 1709, natali Abrahæ 1416, cuius uo-
catione 1342, incensis Sodomis 1317, exi-
tu ex Ægypt: 912, morte Moſis 872, par-
titione terræ 865, excidio Troiæ 577,
regno Samuelis & capta arca 515, nato
Dauidе 505, eo mortuo 435, à dedicato
hoc templo Salom: 424, à completa re-
gia Salom: 412, capta Samaria 133, præ-
dicatione Ieremiæ 41, Ezechielis 7. ab
V C. 146.

Ieremias ab Assyrijs ex carcere dimitti-
tur, & libertate donatur, Ierem. 39.

Sedechiæ regi eruuntur oculi, cum
prius uidisset filios suos mactari, Iere. 39

Gedalia occisus mense 7. Ier. 41.

- 3369 Reliquiæ Iudeorum abductæ in Babel, 603
Ierem. 52.
- 3370 Daniel exponit somnium Nebucadne- 604
zaris, Dan. 2. Iose:
- 3378 Ezechieli monstratur templum typicū, 593
Ezech. 40.
Solon fert leges Atheniensibus, Laert.
- 3387 Eclipsis Solis prædicta à Thalete, Plin. 584
lib. 2. cap. 12.
- 3390 Nebucadnezar rex Babylonis M. 581
Euilmerodach regnat in Babylone an.
28, circiter.
Iechonias rex Iuda exaltatur die 25. mē-
sis 12, Iere, 52. Sed 4. Reg, 25. exprimi-
tur dies 27 mens. 12. A regno Dau-
dis 500.
Libri Regum desinunt.
- 3394 Tarquinius Priscus Ro: rex occisus: à 577
morte Æneæ 600.
- 3395 V.C. 176. Seruius Tullius VI. Ro: rex an. 576
44.
- 3400 Iubileus mundi 68: Mosis 18. 571
Olymp. 52. V.C. 181.
Hic Iubileus est ipsum medium capti-
uitatis Babylonice, quia mense 4 aut
5 completur 35 annus captiuitatis.
Historia ESTHER ab aliquibus ad

hæc tempora refertur: alij aliter.

*Hoc sæculo floruerunt septem fa-
bientes in Græcia: item Pythagoras,
Phocylides, Epicharmus, Anaximander
Anacreon Lyricus, Arion Musicus, Ste-
sichorus Poëta, Phalaris Siciliae tyran-
nus.*

3408 *Æsopus interemptus, Euf; Suid: Olymp: 563*

3412 *Cræsus rex Lydorum an: 14. Herod: O- 559
lymp. 55.*

3413 *REGNUM CYRI. 558*

Cyrus regnavit an: 30. Cic: Herod.

3418 *Annus captiuitatis Babylonicæ 49.
Balthasar in Babylone regnat an: 17. Io. 553
seph:*

3419 *V. C. 200. Visio Danielis de 4 bestijs, id 552
est, Monarchijs, cap. 7.*

*Pisistratus Athenis regnat, Olymp. 56.
an: 4. Paus:*

3421 *Visio Danielis de ariete feriente hircu, 550
cap. 7.*

3424 *Solan M. Hinc ad mortem Platonis 200. 547*

3425 *Finis regni Lydorum. 546*

*Cræsus à Cyro captus, Euf: Hinc ad Iu-
lij Monarchiam 500.*

3428 *Theognis, cuius Gnomologia extat, na- 543
scitur*

Scitur Olymp: 59. Suid.

3434 Vltimus annus captiuitatis Babylonice, 537

¶ ultimus monarchie A. Syr.

Cyrus Babylonem capit.

Balthasar rex Babylonius interficitur,

Dan. 5.

* Post hæc tempora uidetur Daniel con-
iectus in lacum leonum, Dan: 6.

Annus à condito templo Salom: 500:
compl.

3435 MONARCHIA II, quæ est Persa- 536

rum, durauit annis 207, usq; ad Alex-
andrum Magnum.

CYRVS primus Monarcha apud Per-
sas, annis 7 completis. Hinc ad Mo-
narchiam Iulij 490.

Reditus Israelitarum è Babylone, 2. Pa-
ral. 36.

Danieli reuelantur 70 hebdomades,
Dan: 9.

LIBER ESDRÆ Sacerdotis incipit.

Altare extruitur Hierosolymis, ¶ pri-
mum à reditu celebratur festum ta-
bernaculorum, die 1 mensis septimi.
Esra cap. 3.

436 Templi secundi fundamenta iacta, men- 535

se 2, Esra cap. 3.

Extructio templi impeditur, usq; ad an-

annum

- annum 2 Darij (annis 17) Esræ 4.
- 3437 Visio postrema Danielis die 24 mensis primi, cap, 10. 11. 12. 534
- 3438 Servius Tullius Ro: rex occisus. 533
- 3439 V. C. 220. Tarquinius Superbus VII. & ult: Ro: rex an: 25. 332
- 3440 Polycrates Samiorum tyrannus. 531
- 3442 Cyrus Persarū rex moritur, Herod: Xen. 529
- 3443 Cambyses II. Persarum rex, an: 8. Herod. 528
- 3451 Darius Hystaspis III. rex Persarum an: 36. Herod: 529
- Simonides Poëta uixit: 519
- 3452 Olymp. 65. V. C. 233.

AGGÆVS & ZACHARIAS.

Aggeus prophetare coepit die 1 mens: 6.
Zacharias mense 8.

TEMPLVM SECVNDVM
Hierosolymis conditum, Esr: 4. 5.

- Fundamenta iacta anno 2 Darij, die 24 mensis 9. Agge. 2.
- 3453 Darius Persarum rex edicto suo confirmat incoatam templi extructionem. Esr. 6. Estq; hic annus ab exitu Israel ex Ægypto 1000. 518

- Pindarus Poëta nascitur uixit annis 66,
 alij 80. Scholiast:
 3456 Domus Domini completa est die 3 5 15
 mens: 12.

TEMPLI SECUNDI DE-
 dicatio, 1. Esd. 6.

- A diluuiio 1800: à dedicato templo Sa-
 lomonis 515. Hinc ad N.C. totidem.
 3457 Primum Pascha in templo secundo ce- 5 14
 lebratum, 1. Esd: 6.
 3462 Darius Babylonem capit astutia Zopy- 5 09
 ri. Herod: Iustin: Clem.
 3463 Lucretia manu sua perit. 5 08
 3464 V. C. 245. Tarquinius Superbus Roma 5 07
 & regno eiicitur 24 Febr.
 Primi Consules Romæ creati. Dionys.
 Hinc ad Iulij monarchiam 460.
 3456 V. C. 247. Capitolium Romæ dedicatū. 5 05
 3472 V. C. 253. Primus Dictator Ro: 4 99
 3475 Pythagoras M. Euf: 4 96
 3477 V. C. 258. Pugna ad Lacum Regillum: 4 94
 Latini uicti à Dictatore Posthumio.
 Hæc fuit postrema pugna Tarquinij
 Superbi cum Romanis. Paulò post o-
 bijt. exilij sui anno 14. Dionys:
 Hippocrates Medicus uixit.

Obijt.

- 3480 Olymp: 72. V. C. 261. Pugna Marathonia, 491
 qua Miltiades profligauit exercitum
 Darij Regis Persarum, in campo Ma
 rathonio. Herod: Thu: Dionys: Gell: et
 Probus in Miltiade.
- Secessio plebis Ro: in montem sacrum.
- 3485 Tribuni plebis primum creati. 486
 Coriolanus à matre Veturia & coniu-
 ge Volumnia placatur & exoratur,
 ne patriam oppugnet. Liu: Dionys:
- 3486 Darius Hystaspis. M. 485
 Epicharmus uixit. Suid.
- 3487 Xerxes 4 Rex Persarum an: 21. Diod. 484
- 3489 Aristides in exilium pulsus ab ingratis 482
 ciuibus.
- 3491 Xerxes Sardibus hybernat: legatos 480
 mittit in Græciam, petentes terram
 & aquam: Hellepontum flagris ca-
 di, & mari compedes iniici iubet.
- Syncretismus in Græcia factus.
- Alcibiades ab Atheniensibus reuocatur
 anno 3 exilij. Plu:
- 3492 Olympias 75, Herod: Diod: Dionys: 479
 Paus.
 Expeditio Xerxis in Græciam.
 Xerxes recensens exercitum plorat.
 Pugna ad Thermopylas. 300 Spartani,

qui sese opposuerant Xerxi, occubuerunt.

Pugna ad Artemisium: classis Persarum uicta à Grecis.

Athenæ captæ à Xerxe, & arx incensa.

Pugna ad Salaminem: classis Persarum ab Atheniensibus duce Themistocle nauali prælio uicta. Xerxes è Grecia fugit. Vide Herod: Diod: Probum & Plutarchum in Themistocle & Aristide.

Liber XI Diodori Siculi incipit.

Euripides Poëta N. Suidas. Sed Laertius annis 20 antiquiorem facit.

3493 Pugna ad Platæas & ad Mycalen eodē die: 478

Persæ uicti à Grecis: Mardonius interfectus, Herod: Diod:

Herodotus definit.

Reliquam historiæ partē pertexit Thucydides, usq; ad bellum Peloponnesiacum.

3494 Themistocles reparat muros Athenarum, repugnantibus Lacedæmonijs. 477

3495 Diodorus huc refert necem Pausania: alij aliter. 476

3500 Iubilæus mundi 70: Mosis 29. 475

Olymp. 77. V. C. 281.

Malas

* MALACHIAS Propheta ultimus
circa hæc tempora.

* Historia IVDITH huc pertinere pu-
tatur.

Circa hæc tempora Themistocles in ex-
ilium pulsus. Diod: Thuc.

3502 Pugna ad Eurymedontem fluium: Ci- 469

mon Dux Atheniensium uincit Per-
sas eodem die prælio nauali ac terre-
stri. Hæ duæ uictoriæ nomen Cimonis
clarum fecerunt in uniuersa Græcia.
Thuc: Diod: Probus & Plut: in Cimo-
ne.

3503 Socrates Philosophus N. Laert: 468

Sophocles primam fabulam iuuenis ad-
huc Athenis docuit. Plutar: Cimon:

3508 Olympias 79: cuius uictores celebrat Pin- 463
darus Ode 7 & 13.

Artaxerxes Longimanus V. Persarum
rex an: 40. Diod: Hinc ad natum Au-
gustum 401.

3509 Themistocles circa hunc annum M. 462

3514 Migratio secunda Iudeorum ex Babel. 457

INITIVM HEBDOMA-
DVM DANIELIS, id est, anno-
rum 490, qui finiuntur morte Christi,
Dar: cap: 9.

ESDRAS sacerdos anno 7 Artax-
erxis cum pop: Israëliti turba mi-
grat è Babylone in Iudæam: iter in-
greditur die 12 mensis primi, Esd. cap.
8: Hierosolymam uenit die 1 mens. 5.
Esd. cap. 7. Est à priore reditu Iudæo-
rū ex Babel annus 80 incoatus.

Pugna ad Tanagram: Athenienses yi-
cti à Lacedæmonijs, Thuc. Diod.

3519 V. C. 300. Romani Athenas mittunt le-
gatos allaturos legum formulas. 452

3521 V. C. 302. Romanorum legati Athenis
reuersi, nouas leges adferunt. Xuii
creati. 450

3522 DECEMVIRI tenuerunt Rem-
pub: in annum tertium, Dionys. 449

3523 Nobilis pax Græciæ: quam Artaxerx-
es cum Atheniensibus fecit, & Græ-
cas ciuitates in Asia liberas esse ius-
sit, Diod: Plut. 448

Cimon Atheniensium dux M.

Post Cimonem Pericles Athenis clarus
fuit.

3524 Decemuii abdicarunt facta secessione
plebis in Auentinum ob Appij Clau-
dij facinus. Hinc ad Iulij Cæs. Monar-
chiam 400. 447

Tri

3526	Tricennalia fœdera inter Athenienses & Lacedæmonios facta: sed seruata annis 14 usq; ad belli Peloponnesiaci principium. Thu:	445
	NEHEMIÆ liber incipit.	
	Nehemias die 20 mens: 9 accipit nunci- um de miserenda uastitate urbis Ieru- salem, Neh. 1.	
3527	Nehemias Hierosolyman ueniens repa- rat muros urbis Ierusalem spacio die- rum 52: absoluit opus die 25 mens: 6: Nehem: 6.	444
3528	Plinius scribit Herodotum circa hunc annum scripsisse suam historiam.	443
3530	Primi Tribuni Militum Romæ creati.	441
3531	V. C. 312 Primi Censores Romæ creati. Desinit historia Dionysij Halicarnas- sens: 5.	440
3535	Arator fit Dictator. Sp: Melius regnum adfectans interficitur, Li:	436
3536	Isocrates Orator N. Plut:	435
3539	Nehemias redit Babylonem: Neh: 5. Methonis Cyclus decennoualis editus, Diod:	433
3540	Olymp: 87. V. C. 321.	431
	Thucida	

- Thucydidis historia continua de bello
Peloponnesiaco incipit.
- 3541 Bellum Peloponnesiacum inter Lacedæ-⁴³⁰
monios & Athenienses gestum: dura-
uit an: 27 mens: aliquot. Thu: Hinc ad
Monarchiam Augusti 400, ad Vespasi-
ani imperium 500.
- 3542 Pests Attica, Thu: ⁴³⁹
- 3543 Pericles M. al: ad seq. ⁴²⁸
- 3544 Plato Philosophus nascitur. Laer: Plut: ⁴⁷²
fuit minor Socrate annis 41. Isocrate
8.
- 3547 Artaxerxes Longimanus M. Thu: ⁴²⁴
- 3548 Darius Nothus VI. Persarum rex an: 19. ⁴²³
Diod.
- 3550 Aristophanes Poëta floret. ⁴²¹
- Pax 50 annorum inter Athenienses &
Lacedæmonios sub huius anni finem
facta, quæ duravit an: 6. mens: 10. Thu.
- 3553 Alcibiadis Atheniensium ducis res ge-⁴¹⁸
stæ ab hoc anno incipiunt apud Thu-
cidydem.
- 3559 Athenienses horrendam cladem accipi-⁴¹²
unt in Sicilia, uicti à Syracusanis na-
uali prælio: Nicias dux eorum interi-
mitur. Thu: 7.
- 3561 Thucydidis historia desinit. ⁴¹⁰
XCV

XENOPHONTIS historia de

bello Græcorum incipit.

- 3562 Pugna ad Abydum: & postea ad Cy- 403
 zicū, qua Athenienses uicerunt Spar-
 tanos, interfecto Duce eorum Min-
 daro. Xenoph.
- 3563 Carthaginenses Duce Annibale capi- 408
 unt duas urbes, Selinuntem & Hime-
 ram. Xenoph.
- 3565 Alcibiades Athenas reuersus, magnifice 406
 excipitur: paulò post gratia excidit,
 & spontè in exilium abit. Xen.
- 3566 Prælium nauale ad Arginusas, quo Cal- 405
 licratidas Lacedæmoniorum Dux ui-
 ctus est ab Atheniensibus. Xen.
 Dionysius senior Syracusis inuadit ty-
 rannidem.
 Euripides M. et: 75. Suidas.
 Sophocles M. et: 90. Diod.
- Acragantum aliàs Agrigentum à Car-
 thaginensibus captum: ante deletam
 à Scipione Carthaginem 260.
 Diod.
- 3567 Pugna ad Ægospotamos, qua Lacedæ- 404
 monij duce Lysandro uicerunt Athe-
 nienses. Xen. Diod.
 Darius Nothus Pers: rex M.

Artaxerxes Mnemon 7 Persarum Rex
an: 43.

Xenophontis liber I de Cyri Minoris
expeditione incipit à morte Darij
Nothi.

3568 Olymp: 94 Athenæ captæ à Lysandro, 403
& muri ad tiliarum cantum diruti.
Triginta tyranni Athenis dominantur.
Theramenes accusatore Critiâ à 30 ty-
rannis interficitur.

Alcibiades à Pharnabazo Satrapa Per-
sico occisus.

Post Alcibiadem Athenis celebres fue-
runt Conon & Thrasybulus, quorum
hic paulò post triginta tyrannos A-
thenarum urbe eiecit, & ἀποκρίσας
sanxit.

3571 Cyrus iunior in bello perit, Xenoph: 400

3572 Socrates æt: 70 haustu cicute M. Diod. 399
Connumerato hoc anno decurrerunt
hinc ad primum annum Christi 400.

3576 Agesilaus apud Lacedæmonios rebus ge- 395
stis clarus habetur, huius uitam Plu-
tar: & Probus

Tissaphernes obtruncatur. Lysander in
prelio occumbit. Xen. Diod.

3577 Pugna naualis ad Cnidum: qua Conon 394
Athens

- Atheniensis uicit Lacedaemonios. Xen:
 Probus.
- Pugna ad Coroneam: Agesilaus uicit
 Thebanos. Xen.
- 3584 Olymp: 98. V. C. 365. ROMA capta à 387
 Gallis.
- Pugna Aliensis: Romani uicti ad Alliã
 flumen à Gallis Senonibus, die 16 uel
 18 Iulij.
- 3585 Galli Roma expulsi à Camillo. 386
- Pax Græciæ data ab Artaxerxe Mne-
 mone, dicta pax Antalcidæ. Xen.
- 3587 Demosthenes N Plut: 384
- 3588 Aristoteles N. Laërt: à nato Platone 44, 383
 Socrate 85.
- 3595 Pugna ad Naxum, qua Athenienses na- 376
 uali prælio uicerunt Lacedaemonios
 duce Chabria. Estq; hæc prima uicto-
 ria Atheniensium post captas à Ly-
 sandro Athenas. Illam enim ad Cnidū
 non proprijs uiribus, sed Regia classe
 obtinuerūt. Diod: Probus in Chabria.
- 3599 Helice & Bura deletæ, altera hiatu ter- 372
 ræ, altera fluctibus. Paus: Strabo.
- 3600 Iubileus mundi 72: Mosis 22. 371
 Olymp: 102. V. C 381.
- 3601 Pugna Leutrica: uicti Lacedaemonij à 370
 Thebanis ad oppidum Leuctra, duci-

bus Pelopida & Epaminonda. Cleombrotus Lacedæmoniorum rex occubuit. Diod: & Probus in Epaminonda.

- 3604 Dionysius Senior, Siciliae tyrannus M. 367
succesit ei Dionysius iunior.
- 3607 Ptolemæus Alorites in Macedonia re- 364
gnat an:3. Diod.
Ptolemæus Macedonum rex interfectus
à Perdicca fratre, qui ei in regno suc-
cessit. Primus Prætor, & primi Ædi-
les Curules Romæ creati. V. C. 388.
Hinc ad Ciceronis Præturam 300.
- 3608 Pelopidas Thebanorum dux in prælio 363
cadit, Diod.
- 3609 Pugna ad Mantineam: uicti Lacedæmo- 362
nij à Thebanis.
Epaminondas Dux Theb. M. relictis
duabus filijs (ut ipse loquebatur) ui-
ctoria Leuctrica & Mantinea. Xen-
Camillus M. V. C. 390. Liu:
Xenophontis historia de bello Græco-
rum desinit.
- 3610 Artaxerxes Ochus VIII. Pers: Rex, an: 361
23.
- 3611 Curtius equo insilit in uastum specum, 360
qui ab ipso Lacus Curtius adpellatus.
Liuus.

- Perdiccas Maced: rex ab Illyrijs uictus
occumbit.
- 3612 Olymp: 105. Philippus rex Maced: an: 359
24. Huius res gestas in annos singulos
distributas habent, Diodorus, Gemi-
stus Plethon & alij.
- Galli Anienem transgressi non procul
ab urbe Roma castra ponunt.
- Monomachia Manlij Torquati et Galli
apud Anienem: Manlius Gallo tor-
quem detraxit, sibiq; tam torquem
quàm nomen Torquati induit.
- 3614 Xenophon M. Laert: 357
Bellum sociale an: 3. Diod.
- 3615 Templum Delphicum direptum à Pho- 356
censibus, unde ortum bellum sacrum
decennale, inter Phocenses & Theba-
nos. Paus. (597)
- 3616 Olymp: 106. Alexander Magnus N. V. C. 355
3619 Philippus Macedo cecidit ad 6000 Pho 352
censium, interfecto Duce eorum Ono-
marcho.
- 3623 Bellum Olynthiacum. Huius belli tent- 348
pore dictæ sunt orationes Demosthe-
nis Olynthiacæ.
- 3624 Monomachia M. Valerij & Galli. Cor- 347
uus pugnantem adiuuit Valerium, un-
de Coruini seu Corui cognomen ac-

- cepit. Hinc ad Monarchiam Iulij 300.
 Plato M. et: 81. Laert. Athen.
 Olynthus capta à Philippo Macedone.
 3629 Dionysius iunior Syracusis pulsus, in- 342
 ops uenit Corinthum, Diod:
 Timoleon Remp: Syracusis constituit.
 3630 V. C. 411. Bellum Samniticum an: 71. 341
 Aristoteles fit præceptor Alexandri
 Magni, ætatis Alex: 15. Hinc ad Au-
 gusti imperium 300.
 Carthaginenses in Sicilia à Timoleone
 uicti: totaq; Sicilia in libertatem uin-
 dicata est.
 3633 Arsames IX Persarum rex an: 3. 338
 Decius pater se deuouit pro legionibus
 Rô.
 3634 Pugna ad Cheroneam, qua uicti sunt à 337
 Philippo Macedone Athenienses &
 Thebani. Huic pugnae interfuit Ale-
 xander, agens annum et: 18.
 Isocrates Orator M. et: 98.
 3635 D A R I V S X. & ult: Persarum rex 336
 an: 6, regnare cœpit ante huius anni
 finem.
 3636 Olymp: III. V. C. 417: à Carano 478. 335
 Philippus Macedonum rex occisus, et.
 46.

REGNUM ALEXANDRI Magni.

- Alexander Magnus regnat an: 12. mens: 7 aut 8. Huius res gestae secundum annos singulos, legantur apud Diodorū, Arrianum, Curtium, Plutarchum, Justinum, & alios. Estq; hic annus aetatis Alexandri 20.
- 3637 Thebæ deletæ ab Alexandro Magno: à captis Athenis 70. 334
- 3638 Expeditio Alexandri in Asiam. 333
- Pugna ad Granicum flumen, qua Alexander Darij copias profligauit.
- 3639 Pugna ad Issum: Persæ ab Alexandro iterum uicti. 332
- Continentia heroica Alexandri parcentis pudicitiae Gynecæi Regis Darij, quod in ipsius potestatem uenerat.
- 3640 Alexander Tyrum capit post 7 mensium obsidionem. 331
- Alexander Hierosolymam uenit.
- Alexander reuerenter salutato summo Pontifice Iudeorum, ingreditur Hierosolymam, & Deo Israelis sacrificia offert. Ita Alexander terror gentium fit
- S 3
- supplex

supplex Deo Israelis. Hinc ad excidium
urbis Ierusalem sub Vespasiano 401.

3641 Alexandria in Ægypto condita.

330

Pugna ad Arbela, qua Alexander fu-
dit copias Darij, & Asiæ imperio po-
titus est, anno regni sui sexto: Ea uicto-
ria translata est Monarchia Persarum
ad Grecos.

3642 **MONARCHIA III.** 329

Grecorum: quæ durauit usq; ad Iu-
lij Monarchiam 282: Augu-
sti 300.

Alexander Monarchiam tenuit septen-
nio.

Darius Persarum rex ult: interfectus.

Prim. CALIPPI periodus, quæ est
annorum 76, incipit. Est V.C. 423: a
morte Cyri 200.

3648 Olymp: 114. V.C. 429.

323

Alexander Magnus M. uixit an: 32. mens
7 aut 8.

REGNVM LAGIDARVM in
Ægypto, annorum 294. Ptol. Clem.
Ptolemæus Lagi, mortuo Alexandro re-
gnat in Ægypto an: 39.

3649 Bellum Lamiscum: Athenienses ab An-
tipatro ad Cranonem uicti urbem de-

322

dides

- diderunt. Diod. Plut.
- 3650 Aristoteles & Demosthenes M. et: 63. 321
 Alexandri Magni cadaver Alexandria
 deportatum in curru aureo, sepelitur.
 Diod.
- 3651 V.C. 432. Clades Caudina: Romani d= 320
 pud Caudium uicti.
 Perdicas ingulatur à suo exercitu, cum
 regnasset an: 3. Diod.
- 3654 Phocion, ab Atheniensibus, de quibus 317
 præclarè fuerat meritus, in gratiam
 Cassandri, iniuste damnatur, & ueneno
 necatur. Diod.
- 3655 Agathoclas Syracusis regnare coepit. 216
 Philippus Aridæus peremptus ab Olym
 piade Alexandri Magni matre: cum
 regnasset in Maced: an: 6. mens: 4.
 Diod.
- 3656 Tertium diluuium Rhodium. Diod. A di 315
 luuiio Nohe 2000.
 Eumenes unus ex ducib. Alexandri Ma
 gni occisus.
 Olympias Alexandri Magni mater (que
 Aridæum necauerat) occisa.
- 3661 Thebæ instauratæ à Cassandro. Diod. 310
 Ab huius anni fine ordimur annos Se
 leucidarum: siue Æram Chaldeorum,
 cuius annos Ptolemæus annotat.

REGES SYRIÆ.

Primus Syriæ rex Seleucus Nicanor, an:
30 circiter.

Anni Græcorum in libris Maccabæorū
annotati, numerantur ab huius anni
fine: aut sequentis initio.

Agathoclis in Asiam traiectio.

3670 Diodori Siculi historia deficit.

3677 V. C. 458. Pugna ad Clusium, in qua cū
equitatus Romanus à Gallis in fugam
uerteretur, Decius Cos: se deuouit pro
Romanis, morteq; sua uictoriam ciui-
bus tradidit. Liuius.

Timocharis Alexandrinus uixit an: 36.
primæ periodi Calippi. Ptolem:

3680 V. C. 461. Desinit 1 Decas Liuij.

Tota II. Decas interiit, qua iactura ami-
simus historiam annorum 70.

Theocritus, Bucolici carminis scriptor,
& Euclides Megarensis claruerunt.

Menander Poëta M.

3688 Olymp: 124. V. C. 469. ab excisa Troia
900.

POLYBII historia (lib. 2. incipit.

Ptolemæus Philadelphus II Rex Ægy-
pti an: 38 solus: quia biennio regnauit
cum patre, teste Luciano & alijs.

301

294

291

283

Pugna

- 3589 Pugna ad Lacum Vadimonis, qua Galli 282
 cæsi sunt à Romanis.
- 3690 Vltima pugna successorum Alexandri 282
 Magni, in qua occisus est Lysima-
 chus æt: 74, à morte Alexandri 42.
 Hoc tempore floruit Aratus, qui scripsit
 Phenomena.
- 3691 Seleucus Nicanor I. Rex Syriæ interfe- 280
 ctus post occisum Lysimachum mense
 7, æt: 77. Iusti: Orof:
 Antiochus Soter II. Rex Syriæ an: 19,
 quos partim hinc, partim ab anno
 sequenti numeramus.
- 3692 Pugna Pyrrhicum Cos: Leuino: apud 279
 Heracleam.
- 3693 Secunda pugna Pyrrhi cum Romanis ad 278
 Asculum: cæsa Romanorum 5000,
 Pyrrhi 20000.
 Galli è Græcia pulsi, & Dux eorū Bren-
 nus mortuus. Paus: 10. Iustin: 24.
- 3696 Eratosthenes nascitur Olymp. 126. Vixit 275
 an: 80. Suid.
- 3697 Tertia pugna Pyrrhi cum Romanis in 274
 campis Arusinis: Pyrrhus uictus &
 Italia pulsus à Curio Cos. 271
- 3700 Iubileus mundi 74: Mosis 24. 271
 Olymp: 127. V: C. 481.
 Tarentinis uictis finitum est bellū Sam-
 niticum

- niticum, quod durauit annis 71.
- 3702 Epicurus M. et: 72. Cic. 269
- 3704 Anno 17 Philadelphi nata est Græca 267
 uersio Bibliorum LXXII. interpretū.
 Epiphan: Hinc ad mortem Christi
 300.
- 3708 Olymp: 129. V.C. 489. 263
 Polybius (lib: 1) incipit, præterquã quòd
 repetit res superiorum temporum ab
 Olympiade 24, id est, anno mundi
 3688.
 Primum bellum Punicum, gestum à Ro-
 manis aduersus Carthaginenses, dura-
 uit an: 23.
- 3711 Antiochus Theos III. Syriæ R. an: 15. Eu: 260
 Hic duas habuit coniuges: Laodice
 matrem Seleuci Callinici & Antio-
 chi, qui dictus est Hierax. Et Bereni-
 cen filiam Ptol: Philadelphi, quam
 mortuo Antiocho Theo interfecit Se-
 leucus Callinicus.
- 3716 Romani uicti à Xantippo: Regulus ca- 255
 ptus, cæsa Romanorum 30 millia. Po-
 lyb: Appia:
- 3719 V.C. 500. Romani 150 onerarias naues
 amittunt classe in Syrtes impulsæ.
 Polyb.

3721 Aratus Sicyonius Achæorum dux incla- 250
ruit. Poly: 2.

Circa hunc annum Regulus missus Ro-
mam dissuasit pacem cum Carthag-
Cic:

3725 Annibal Carthaginensium dux hoc fer- 246
me anno natus est. De hoc Li: Plut:
Prob: & c.

Hinc ad Iulij Monar: 200.

3726 Ptolemæus Evergetes, Philadelphi fili- 245
us, III. R. Ægypti, an: 25. al: 26.

Circa hunc annum regnare coepit Se-
leucus Callinicus III R. Syriæ: an: 20.
al: 21.

Hic contra datam fidem occidit nouer-
cam Berenicen, sororem Ptolemæi E-
uerge: R. Ægypti: de quo Daniel. 11.
Iustin. 27.

Huius Seleuci frater fuit Antiochus
Hierax.

3730 V. C. 511. Pugna ad Ægates: uicti Car- 241
thaginenses à C. Lutatio Coss: & pri-
mum bellum punicum finitum est.

Per hæc tempora Ptol: Evergetes Seleu-
cum Callinicum prælio uicit. Iustin:
27. Eutro: 3.

- 3731 Pax inter Romanos & Carthag: facta. 240
 Attalus in Asia Minori regnat an: 44.
 Liu:
- 3732 Prima fabula Romæ acta à Liuijo An= 239
 dronico Poëta comico. Cic.
- 3733 Ennius Poeta nascitur. Cic: 238
- 3737 V.C. 518 Ianus Clausus II. 234
- 3740 Iesus Syrach floret. Euf. 231
- Cato Maior natus. Cic:
- 3746 Circa huius anni finem regnare cœpit
 Seleucus V. R. Syriæ, an: 3. al: 2. 222
- 3749 Antiochus Magnus VI R. Syriæ regna= 221
 re cœpit hoc anno propè comple=
 to, regnavit 37. al: 36. Est à morte
 Alexandri Magni 101.
- 3750 Pugna ad Clastidium: Galli & Germani
 uicti à Romanis: Marcellus Cos.
 caeso Rege Virдумaro Ioui spolia
 opima retulit. 221
- 3751 V.C. 532. Liuij Decas III incipit. 210
 Annibal adpellatus Imperator interfe=
- cto Asdrubale.
- Ptolemeus Philopator III R. Ægypti
 an: 17.
- 3752 Olymp: 140. Annibal Vaccæos, Carpe= 219
 tanos, & reliquos trans Iberum po=
- pulos nuncit. Polyb:

- Appian: in Hispan: 218
- 3753 Annibal Saguntum capit. Polyb. Liui: 218
- 3754 V. C. 535. Secundum bellū Punicum an- 217
 norum 17, descriptum à Polybio, Li-
 uio, Silio Italico, Appiano Alex-
 andrino, Æmilio Probo in Anni-
 bale, Eutropio, Orofio, &c.
- Pugna ad } Ticinum } uicti Romani
 } Trebiam }
- 3755 Pugna ad Thrasimenū: caesa ad 15 mil- 216
 lia Romanorum: alij 25, alij 20.
 Cunctatio Fabij Dictatoris, cuius non
 dimicare uincere fuit, ut ait Valer:
 Max:
- 3756 V. C. 537, à diluuiō 2100. Pugna ad Can- 215
 nas, in qua ceciderunt 40 millia Ro-
 manorū, alij 44 die 2 Augusti. Ma-
 crob: l. 1. c. 16. Gell: 5. c. 17.
- 3760 Victoria Marcelli ad Nolam, Liuius. 211
 V. C. 541. Syracusæ captæ à Marcello.
- 3762 Archimedes interfectus. 209
 Continentia Scipionis abstinentis à ca-
 priua sponsa Allucij, Liuius.
- 3764 Pugna ad Venusiam: Marcellus V Cos: 207
 in prælio occisus, & à uictore An-
 nibale magnificè sepultus. Liui:
- 3768 Ptolemæus Epiphanes V. Ægypti Rex 203
 an: 24.

- 3769 Siphax Numidie rex capitur à Roma- 203
nis. Polyb: l. 14.
- 3770 Pugna ad Zamam, qua Scipio postremo 201
uicit Annibalem, & secundo bello pu-
nico finem imposuit. Polyb: l. 15. Liui-
us, Appianus, Plutar: & Probus in
Annibale.
- 3771 V. C. 552. Desinit III Decas Liuij, inci- 200
pit 4.
P. Cornel. Scipio Africanus Romæ triu-
phat de Pœnis, Annibale & Siphace.
Carthaginensibus à Romanis pax data,
an: 40, à pace primi belli Punici.
- 3772 Bellum Macedonicum primum seu Phi- 199
lippicum, contra Philippum Macedo-
niæ regem.
- 3775 V. C. 556. Pugna ad Cynoscephalas: ui- 196
ctus Philippus à T. Quinctio.
Attalus Rex M. et: 72. regni 44. Li-
uius.
- 3776 Græcis ciuitatibus redditur à Romanis 195
libertas & immunitas. Valer: Max. l.
4. cap. 8.
- 3781 V. C. 562. Bellum Antiochinum, siue 190
Ætolicum: à Romanis gestum aduer-
sus Antiochum Magnum & Ætolos.
Appian: in Syriacis.
Pugna ad Thermopylas: uictus Antio-

- chus Magnus Syriae Rex, a Corn. Scipione. Plur. Cato: 189
- 3782 Pugna ad Magnesium: uictus Antiochus Magnus a L. Scipione Asiatico: cessit Romanis tota Asia citra Taurum montem. 189
- 3786 Seleucus Philopator VII. Rex Syriae reg: an: 12. 185
- 3787 V. C. 568. Scipio Africanus maior M. Scipio Africanus minor natus est hoc ferme anno. 184
- 3788 Plautus poeta M. Censore Catone Maiore. Cic. ab excidio Troiae 1000. 183
- 3789 Annibal Carthag: dux ueneno gustato perijt et: 63 compl: 182
- 3792 Ptolemæus Philometor VI Aegypti rex an: 35. 179
- 3793 Philippus Macedonum rex M. Perseus ultimus rex Maced: regnat annos 11, Liu. 178
- 3794 V. C. 575 Incipit V. Decas Liiij. 177
- 3797 Seleucus Philopator Syriae rex M. Antiochus Epiphanes Roma contendit in Syriam, fratri in regno successurus. 174
- 3798 V. C. 579. Antiochus Epiphanes 173
alias

aliàs Epimanes VIII, Syria rex an: 12.
Regnare cœpit anno Græcorum 137, 1.
Macc. 1, à morte Alexandri Magni 150,
Iason summum sacerdotium emit ab An-
tiocho Epiphane, & Pontificatu fun-
gitur an: 3. Hic Hierosolymis construxit
Gymnasium, instituit ludos, ac ritus mo-
resq; Ethnicos in urbem Ierusalem pri-
mus inuexit, 2. Macc: 4, à regno Davidis
in Ierusalem 900.

I. LIBER MACCABÆO-
rum incipit, & historiam annorum 41
complectitur, ab anno Græcorum 137 ad
177.

3800 Iubileus mundi 76, Mosis 26.

Olympias 152. V.C. 581. Græcorum 138.
Hoc ferme tempore Antiochus Epi-
phanes uenit Hierosolymam à Iasone
summo sacerdote exceptus magnificè,
de quo 2 Macc: 4.

Actius & Stadius poete uixerunt.

3801 Menelaus, aliàs Onias, summum sacer-
dotium emit, excusso Iasone fratre
suo. Præfuit Sacerdotio an: 10. Iose:

3803 Ennius poeta M. æt: 70, à nato Socrate
300.

3804 Olymp: 153. V.C. 585. Græcorum 143.

171
170
168
167
Finit

Finis regni Macedonici, à morte Alex-
andri Magni 156.

Perseus rex Macedonum captus à Ro-
manis.

Popillius Rom: legatus Antiochum Epi-
phanem uirga circumscibit, & ab
armis atq; Ægypto discedere iubet.
Luius.

Antiochus Epiphanes Romanorum edi-
cto ex Ægypto eieclus, Hieroso-
lymam cum exercitu ingreditur, tē-
plum spoliat, urbem diripit, multos
ciues trucidat, 1. Macc. 1.

Prædixit hoc Daniel cap. 11. his uer-
bis: Ad tempus præfinitum iterum in-
gredietur Australem terram (Ægyptū)
non tamen posterior expeditio similis
erit priori. Venient enim contra eum
naues Kittim (legati Romanorū) et con-
sternabitur, ac reuertens indignabitur
sancto foederi (templo & urbi Ierusalē)
& inibit consilia cum desertoribus san-
cti foederis.

3805 LÆmilius Paulus Romæ triumphat de 166
rege Perse per triduum, 28, 29 & 30
Nouemb.

3806 LIVII historia deficit. Hanc continu- 165
at Epitome Flori.

Andria Terentij acta, V. C. 587.

Matathias pater Maccabæorum regnat
an. 1

Idolum Iouis Olympij collocatur Hiero-
solymis in templo, die 15 mensis 9: an-
no Græcorum 145. die 25 in ara noua
sacrificarunt idolo. 1 Macc. 1.

3807 Iudæi Sabbato pugnare incipiunt.

Matthias pater Iudæ Maccabæi mo-
ritur, anno Græcorum 146. 1 Macc.
2.

IUDAS MACCABÆVS DUX
Iudæorum an. 6. 1 Macc. 2.

Iudas Maccabæus profligat exercitum
Apollonij, cuius occisi gladio posthac
in prælijs usus est. Funduntur & Se-
ronis præfecti Syriaci copie, paruaq;
manu trucidantur octingenti hostes, 1
Macc. 3.

He primæ uictoriæ clarum ubiq; fece-
runt nomen Maccabæi.

Templum ante annos 167 extructum in
monte Garizim, dedicatur adpellati-
one Iouis Cretenfis. Ios:

Hecyra Terentij acta, V. C. 588.

3808 Antiochus expeditionem suscipit in Per-
sidem: & Gorgiam mittit ad deua-
standam Iudæam, cum quo feliciter
prælia

- 3809 *præliatur Iudas Maccabeus, 1 Mac. 4*
ENCÆNIA, id est, festum repurga- 162
 ti templi die 25 mensis 9 celebrari co-
 ptum à Iuda Maccabeo, anno Gre-
 corum 148, 1 Mac. 4. Hinc ad tem-
 plum à Pompeio profanatum 100.
Iudas Maccabeus fundit exercitum Ly-
sia, 1 Mac. 4.
Heautontimorumenos Terentij acta,
 V.C. 590.
- 3810 *Antiochus Epiphanes perit, 1 Mac. 6.* 163
Antiochus Eupator, Antiochi Epipha-
nis filius, 1 X R. Syrie an. 2.
- 3811 *Eleazar Iudæ Maccabæi frater, con-* 164
fosso à se elephanto perit, 1 Mac. 6.
Menelaus Pontifex occiditur: succedit
Alcimus, 2. Mac. 13.
Templum Oniæ Heliopoli in Ægypto
conditum, 10s.
Eunuchus & Phormio Terentij actæ.
 V.C. 592
- 3812 *Nicanor interfectus à Iuda Maccabeo,* 159
13 mensis Adar. Hic Nicanor extenso
contra templum brachio iurauerat, se
illud deleturum: Sed ei, in acie inter-
fecto. præcidi iussit Iudas Maccabeus
caput & brachia, & ea ante templum
suspendi, 1 Mac. 7.

- Demetrius Seleuci filius, X. rex Syriae,
interfectis Antiocho Eupatore &
Lysia regnat annis 11, 1 Macc: 7
- Primum foedus Iudeorum cum Romanis,
1 Macc: 8. à principio regni Cyri 400.
- Adelphi Terentij acta, V.C. 593.
- 3813 Iudas Maccabæus occumbit in prælio
fortissimè dimicans cum Bacchide
Demetrii, duce, 1 Macc: 9. à regno
Cyri 400.
- Ionathas regnat an: 18. 1 Macc. 9.
- Terentius Poeta M.V.C. 594.
- 3814 Alcimus Sacerdos cum iussisset dirui in-
teritis atrium templi, percussus est
paralyti & M. mense 2. 1 Macc. 9.
- Templum summo sacerdote caret sep-
tennio, Ioseph:
- 3816 Bacchides cum Ionatha pacem compo-
nit, & Iudæa à bellis aliquantisper
quiescit, 1 Macc. 9
- 3819 V.C. 600. Coss: primum Calend: Ianuarij
coeperunt inire magistratum.
- 3821 Ionathas donatus summo Sacerdotio ab
Alexandro nouo rege Syriae, induit
stolam sanctam mense 7, die Sceno-
pogiorum. Tenuit Pontificatum
an: 10. 1 Macc. 10.

153

157

155

152

150

Hoc

- 3822 | Hoc anno Cicero fingit Catonem Ma- | 149
 iorem habuisse sermonem de sen-
 ctute, quem annis adhuc 106 pecu-
 liari scripto complexus est.
 Demetrius Syriae rex in praelio occum-
 bit, 1 Macc. 10.
 Alexander XI. R. Syriae an: 5 aut 6 inco-
 atis.
- 3823 | V. C. 604. Tertium bellum Punicum, an- | 148
 norum 4, de quo Appianus Alex-
 andrinus & alij Hinc ad bellum ci-
 uile Iulij & Pompeij 100.
 Cato maior M. et: 84. alij 85.
 Nuptiae Alexandri regis Syriae, & Cleo-
 patrae, quibus interest Ionathas sum-
 mus Pontifex, 1 Macc. 10.
- 3825 | Primus Consulatus Scipionis Africani | 146
 minoris, de quo dictum est: Dormi-
 ant hodie leges.
- 3826 | V. C. 607. Finis tertij belli Punicij. | 145
 Carthago deleta. Corinthus capta App:
 Libij:
 P. Cornel. Scipio Africanus minor Ro-
 ma triumphat de Pœnis & Asdru-
 bale.
 Polybius & Panætius florent.
- 3827 | Apollonius uictus à Ionatha 1 Macc. 10. | 144
 Cleopatra crepta Alexandro à Socero | 144

- Ptolemæo Philometore, & tradita
 Demetrio, Demetrii superioris filio.
 Alexander Syriæ rex occiditur. Ptole-
 mæus Philometor Ægypti rex mo-
 ritur, 1. Macc. 11. Iustin: 35. Florus 52.
- 3828 Demetrius Nicanor XII Syriæ rex an: 8
 incoatis connumerato triennio Try-
 phonis. 143
- Ptolemæus Evergetes II: Lagidarū VII,
 Ægypti rex an: 29.
- 3830 Ionathas renouat fœdus cum Romanis
 & Spartanis. 141
 Ionathas occisus insidijs Tryphonis. 1.
 Macc. 12.
 Secundus liber Maccabæorum cap. 1. re-
 citat Epistolam scriptam hoc anno
 Græcorum 169.
- 3831 Simon Maccabæus regnat an: 8. 140
 Iudæi excutiunt iugum gentium, 1. Macc.
 13.
- 3832 Simon arcem Sion eiecto hostium præ- 139
 sidio occupat, illudq; solenni ritu ex-
 piat, ingenti omnium leticia, mensis
 secundi die 23, quem & quotannis
 festiuo gaudio celebrari præcepit,
 1. Macc. 13.
- Bellum Numantinum. V. C. 61 3.
- 3833 Simon fœdus cū Roma: renouat 1. M. 14. 138
 Tryphon

Tryphon interfecto Antiocho Theo,
(cuius tutor erat) regnat an: 3, 1. Macc.

13. Ioseph:

3835 Legati Simonis Roma redeunt, 1 M. 15. I 36

Antiochus Sedetes cum Simone foedus
facit, 1. Macc. 15. Hinc aliqui nume-
rant 9 annos regni Antiochi.

A monarchia Cyri & reditu primo Iu-
deorū ex Babylone an: 400 compl:

3836 Tryphon occisus, 1 Macc. 15. Ios: Ab hu- I 35

ius nece Antiochus Sedetes in Syria
solus regnat.

3838 Simon Maccabæus à Ptolemæo genero I 33

suo nefarie interemptus in conuiuio,
anno Græcorum 177, mense undecimo,
1 Macc. 16.

Desinit I. Liber Maccabæorum.

Secundus Consulatus Scipionis Africa-
ni Minoris.

3839 V. C. 620. Numantia excisa. I 32

Tib. Gracchus occisus. Vide Appianum
belli ciuil. lib. 1.

Ioannes Hyrcanus filius Simonis, Iudæo
rum dux & Pontifex an: 31. Ioseph.

3840 Scipio de Numantia triumphat. I 31

Antiochus Sedetes Iudæam deuastat, &
Hierosolymam obsidione cingit, quā
soluit exacto festo tabernaculorum.

Hyrcanus aperto Dauidis sepulchro reperit pecuniam, cuius pensione placatū dimittit Antiochum. Iosf:

Est annus à morte Dauidis 910, ab eius natali 980, id est. bis 490, à dedicato templo Salomonis 900. Hinc ad excidiū Ierusalem 201.

3843 V. C. 629. Scipio Africanus minor M. an: 56. Cic: à regno Beli 2000.

Laelius sermonem habet de amicitia, quē Cicero post annos 85 in literas retulit.

3845 Demetrius Syriae R. an: 4 (completis) Antiochus Gryphus rex Syriae an: 12. (circiter) Euf: 123

3849 Huius anni meminit 2 liber Macc. cap. 1 Est annus Graecorum 188. 122

3851 C. Gracchus occisus. 120

3856 Ptolemæus Lathyrus, alias Soter & Phiscon, 8. Ægypti rex an: 15. 115

3859 Bellum Cimbricum seu Teutonicum. 112

3860 Antiochus Cyzicenus Syriae rex an: 18, (circiter) Euf: 111

386 V. C. 642. Bellum Iugurthinum. SALVSTII historia incipit. 110

3866 V. C. 647. Cicero N. 3 Ian: Pompeius Magnus, N. 30 Sept. Plin: Vel leius. Cic: 105

- 3867 | Mallius Coss: & Cepio Procos: aduer- | 104
 sus Cimbroſ infeliciter pugnarunt, ca-
 ſis 80 millibus Rom: 6 Octob. Scaurus
 à Cimbris captus & interfectus eſt.
- 3870 | Aristobulus rex Iudæorum an: 1. Hic poſt | 101
 captiuitatē Babyloniam primus ſibi
 diadema impoſuit, & principatum in
 Regiam dignitatem commutauit. Ioſ:
 à morte Salomonis 900, à regno Da-
 uidis 980. Hinc ad regnum Herodis in
 Ierusalem 65.
- Teutones ad Aquas Sextias à Mario ui-
 ſi.
- 3871 | Archias poëta Romam uenit, Cic: | 100
 Alexander Iudæorum rex an: 27.
 Cimbri ad Athesim fluiuium uicti à Ro-
 manis.
- Ptolemæus Lathyrus à matre Cleopatra
 regno expellitur. In Ægypto regnant,
 Ptolemæus, Alexander, & Cleopatra
 an: 12. alij 10.
- 3872 | V. C. 653 Iulius Caſar N. die 12 Iul. | 99
- SVETONII hiſtoria incipit.
- 3877 | Coss: fuerunt duo ſummi Oratores, L. | 94
 Craſſus & Q. Scaeuola.
- 3881 | V. C. 662: L. Craſſus Orator, cuius elo- | 90
 quentiam Cicero prædicet, moritur
 at: 49, die 20 ſept: Cic: l. 3 de Oratore.

Cicero sumpta uirili toga in forum uenit et. 16. Hoc ipso anno fingit Cicero habitum esse sermonem de Oratore à L. Crasso & Antonio, quem Cicero literis mandauit post annos 36.

Lucretius poeta uixit.

3883 Ptolemæus Lathyrus in Ægypt: iterum regnat an: 8 88

3884 Primum ciuile bellum inter Syllam & Marium: inde dictum Marianum. 87

Primus Syllæ consulatus. Hinc ad ciuile bellum Iulij & Pompeij 40.

Bellum Mithridaticum, de quo Appianus in Mithridaticis. Q. Mutius Augur Ciceroni exposuit sermonem de Amicitia habitum à Lælio ante an: 41

3885 V. C. 666. Catullus poeta N. 85

Tres Oratores crudelissimè interfecti, M. Antonius, Q. Catulus, & C. Iulius. Cic. Bruto. Hinc ad mortem Ciceronis 44

Circa hunc annum Cicero (et. 20) edidit commentarios de Inuentione. Moloni item Rhodio Romæ dedit operam.

3886 V. C. 667. Salustius N. 85

3887 Incipiunt 84 Hannæ prophetissæ, Luc. 2 84

3888 Cinna lapidibus occisus à suo exercitu. 83

Hoc anno Verres fuit Quæstor in Si-

cilia

- cilia, in quem Cicero Verrinas scrip-
 sit post annos 14.
- 3889 Sylla cum exercitu ingressus in Italiam, 82
 crudeliter scruijt in ciues Romanos.
 Plut:
- 3891 Capitolium conflagrauit 6 Iulij. 80
 Pompeius triumphat de Hiarba rege,
 & appellatur Magnus.
 Cicero primam causam pro Quintio
 dixit, et: 26. V. C. 672
- Ptolemaeus Auletes, alijs Dionysius, X
 Ægypti rex, an: 30, al: 31.
- 3892 Oratio Ciceronis pro Roscio, et: 27 79
- 3893 Cicero in Asiam profectus, et: 28 78
- 3894 Cicero Athenis uixit 6 mensibus, ubi & 77
 de morte Syllæ cognouit.
- 3895 V. C. 676. Cicc: Romã redit ex Asia, et: 30. 76
- 3896 Cicero petitionem honorum aggressus 75
 est, et: 31
- 3897 V. C. 678. Cicc: Questor in Sicilia et: 32. 74
- 3898 Cicero expleto Questuræ anno Roman 73
 reuersus, ad forum & causas agendas
 redijt, et: 33. Cic:
- Alexander rex Iudææ M.
 Alexandra Regina Iudæorum an: 9
 Hyrcanog loco patris defuncti cōstituitur
 summus sacerdos. A regno Davidis in
 Ierusalem 1060.

- 3899 Bellum seruile Spartaci, à gladiatoribus
excitatum. 73
- 3900 Iubilæus mundi 78: Mosis 28. 74
Olymp. 177. V.C. 681. Ciceronis 35.
Lucullus Mithridatem persecutus, Pon-
tum Romanis legionib. patefecit, qui
antea pop: Romano clausus erat. Cic.
- 3901 Bellum seruile confectum à Pratore M. 75
Crasso.
Pompeius iterum triumphauit, ult: De-
cembris, postridiè consulatum initu-
rus.
Circà hunc annum natus est Herodes.
Ios.
- 3902 Primus Pompeij Consulatus. 69
Verrine actiones Ciceronis et: 37.
Vergilius poeta N. 15 Oct: a nato Romu-
lo 700. Socrate 400, à morte Ennij 100.
- 3903 DIONIS historia Ro: incipit. 68
Tigranes uictus a Lucullo. Tigranocer-
ta urbs capta a Lucullo, Dio.
Cicero Ædilis et: 38. Capitolium denuo
instauratum dedicatur.
- 3904 Tigranes & Mithridates iterum uicti a 67
Lucullo. Nisibis urbs capta.
- 3905 Bellum Piraticum a Pompeio confectum. 66
- 3906 Lucullus Romam reuocatur. Succedit 65
Pompeius, qui nocturno prelio uincit
Mithri-

Mithridatem, Dio.

Cicero Prætor æt: 41, a primis Præto-
ribus 300.

Oratio pro lege Manilia & pro Clu-
entio.

Aristobulus Iudæorum rex an: 3. mens 3.

3907 Hyrcanus cohortante Antipatro fugit 64
ad Aretam regem Arabum, Ios:

Horatius N. 8 Decemb. V. C. 688.

3908 Aretas rex Arabum inuadit Iudæā: 63

Hierosolymis obsidet Aristobulum Hyr-
cani fratrem. Aristobulus Pompeium

uite aurea alijsq; muneribus inuitatum

accersit in Iudæam: ita fratrum dissidia

primum Romanos in Iudæam attraxe-
runt. Pompeius Aristobulo regi subsidio

mittit Scaurum cum exercitu. Aretas ex
Iudæa discedit. Onias uir sanctus, cum

& obsessis & obsidentibus bene preca-
retur, a Iudæis interfectus est. Hinc ad

belli Iudaici initium, defectionemq; Iu-
dæorum a Romanis 130.

Prima Epistola Cic: lib. 1, ad Att. scripta
Cicero æt: 43, auctus est filio. Tul-

3909 V. C. 690. Pompeius Hierosolymam & 62
liam filiam C. Pisoni despondit.

templum capit, ingreditur in San-
ctum sanctorum. Hyrcano attribuit

sumi

Summum sacerdotium, Aristobulum Romanam mittit uinctum. Iudæi Romanis primum subiecti. Ios.

Mithridates hausto ueneno perit, Dio. Cicero Coss. et: 44.

Augustus Cæsar N. 23 Sept:

Annus à nato Abraham 1960, nato Iacob 1800, ab exitu ex Ægypto 1456, condito templo secūdo 457, reditu priore Iudeorum ex Babel 475, Encenij Iudæ Maccabæi 100, coronatione Salomonis 980, id est, bis 490. Hinc ad mortem Pompeij 15, Ciceronis 20, ad excidium Ierusalem 152, ad baptismum Christi 91.

Catilinæ coniuratio detecta & repressa. De coniuratis sumptum est supplicium in carcere die 5 Decemb:

Orationes pro Murena, contra Rullum & in Catilinam à Cicerone dictæ.

3910 Catilina perit oppressus armis à C. Antonio, Clodius infidiatur pudicitie Pompeiæ uxoris Iulij Cæsaris, in templo Bonæ Deæ, die 30 Sept: 61

3911 * Oratio pro Archia. 60

Pompeij triūphus III, die 29 & 30 Sept: pridie sui natalis. In triumpho duxit Aristobulum regem Iudeorum, eiusq; filium

filiū Antigoni. Hinc ad excidium
Ierusalem & ad triumphum Vespasi-
ani de Iudeis 130.

3912 Olymp: 180. V. C. 693.

Diodorus Siculus, historice bibliothecæ
autor, perlustrat Ægyptum, studio an-
tiquitatis cognoscendæ.

59

3913 Primus Consulatus Iulij Cæs. et: 41.

T. Lilius historiographus N. Euf.

58

Oratio pro Flacco et: Ciceronis 48.

Ciceronis epistola prima, lib: I. ad Q.
fratrem scripta.

A regno Cyri annus 500: à primis Coss:
450. Hinc ad mortem Iulij 15.

3914 V. C. 695. Bellum Gallicum Iulij Cæsæ
ris, annorum 9.

57

Libri I V L I I C Æ S. de bello Gallico
incipiunt, & singuli libri singulorum
annorum res gestas recitant.

Cicero a Clodio tribuno pl: accusatus
abit in exilium et: 49.

Dyrrachio profectus Brundisium die 4
Augusti.

3915 Gabinius in Syriam provinciam uenit, 56

inde in Iudeam, ubi prelio uicit Ale-
xandrum regem Iudeorum, Aristobu-
li filium, peremptis 3000 Iudeorum et
totidem captis. Ios:

Ptolea

Ptolemæus Ægypti R. regno pulsus
Romam uenit, petens reductionem in
regnum.

Cicero ab exilio redit: æt: 50.

Romæ in senatu agi coeptum de
reuocando Cicerone. Lex de eo lata est
4 Augusti, quo & Dyrrachio profectus
est. Postridiè uenit Brundisium, ubi Tul-
liola præsto ipsi fuit die suo natali. Ur-
bem ingressus est 4 Septemb: maximo
congratulantium ciuium plausu.

Catullus poeta M æt: 30. Euf:

3916 Epistolæ Ciceronis famil: li. 1. incipiunt. 55

Epistolæ Ciceronis lib: 1. famil: de re-
ductione Ptolemæi regis, P. Lentulo de-
cernenda, hoc anno scriptæ sunt, æt: Ci-
ceronis 51. V. C 697.

Oratio Cicer: de prouincijs consularib.
dicta.

Gabinus Romam scribit de reb. a se in
Palestina gestis: cui senatus die 15 Maij
supplicationem denegat, Cic: ad Q. fra.
lib. 2. Ep: 5.

Circa hæc tempora Aristobulus Iudæ-
orum rex, cum Antigono filio Roma
profugit, & nouum in Iudæa bellū con-
citauit Verum a Gabinio superatus mit-
titur Romam cum filio uinctus. Ios:

Julian

Julius pontem in Rheno facit: 54

primus Romanorum in Britanniam tra-
fic, Cæs.

Bellum Parthicum: Crassus Coss: in
Syriam proficiscitur. de hoc Appianus,
Dio. Plut.

Gabinus Ptolemæum R. Ægypti in
regnum restituit, iussu Pompeij. Huius
Ptolemæi filius Pompeium (post septen-
nium) interfici curavit.

Oratio Cic: in Pisonem dicta.

Tres libri de Oratore à Cicerone

scripti, et. 52.

Julia Pompeij coniunx, Julij Cæs. fi- 53
lia, senixa filiolum moritur. Hac morte
dissoluta est Julij & Pompeij coniun-
ctio.

Crassus Euphrate transmissio mag-
nam Mesopotamiae partem populando
peragrat: & dum in Syriam proficisci-
tur, relictis in Mesopotamia militibus
Romanis, Parthis se ad bellum parandi
spacium præbuit, ipse in Syria hyber-
navit, totumq; illud tempus cogendis pe-
cunijs consumpsit, magis exactorem quàm
imperatorem agens. A sacris etiam tem-
plorum pecunijs non abstinuit.

Gabinus, cui Crassus in Syria suc-

cesserat, Romam noctu intrauit 28.
Sept:

3919 V.C. 700. Crassus templum Hierosoly-
mis spoliat huius anni (incuntis) hyc-
me: decennio post, quam Pompeius
templum ingressus, pecunias illas in-
tactas reliquerat: Eiusdem anni aestate
Crassus sacrilegij poenas morte sua
luit.

Crassus occisus à Parthis unà cum exer-
citu, circa 9 Iunij. Ouid: 6 Fast:

Romæ ita tumultuatum est, ut septimo
tandem mense anni creati sint Cos.

3920 Annus à mundi creatione octies 490.

Pompeius III Cos. creatus est solus,
quod nulli antè contigerat. Hunc
Consulatum Cicero uocat diui-
num.

Milo interfecit Clodium 20 Ianu:

Oratio pro Milone: etat: Ciceronis
55.

VII. & ultimus liber Cæs. de bello Gall:
desinit.

3921 Cicero Procos: in Cilicia. et: 56.

Hirtius belli Gallici historiam conti-
nuat.

Ptolemæus Auletes X rex Ægypti mo-
ritur.

Cic.

Cic: famil: l. 8. Ep. 4.

Cleopatra in Ægypto regnat an: 22.

Cicero scripsit lib: de legibus.

3922 Cicero ex prouincia decedit 30 Iulij. A. 49
thenas uenit 14 Octob:

Huc pertinent Epistolæ Ciceronis lib. 16
famil: ad Tironem Libertum, qui è Ci-
licia in Italiam reuertens ægrotare
cœpit in itinere.

3923 Bellum Ciuile Iulij & Pompeij, V. C. 48
704.

Cicero reuersus Romam 4 Ianu: postri-
die sui natalis: incoans annum æta:
58.

Liber LIVII CÆSARIS
de bello ciuili incipit.

Die 7 Ianuarij perscriptum est Senatus-
consultum: Dent operam Cos: ne
quid Respub. detrimenti capiat: quo
armati sunt Cos: & Pompeius ad-
uersus Iulium. Fuitq; hoc classicum
belli ciuilis. De hoc bello uide Appi-
anum & Lucanum.

Consules & optimates una cum Pom-
peio Roma profugiunt.

Aristobulus Iudeorum rex à Iulio dimissus in Iudeam ad oppugnandum Pompeium, ueneno necatur. Filius eius Alexander à Pompeianis securi percussitur.

Prima Dictatura Iulij Cæsa: quam gessit diebus 11. Hinc ad Monarchiam Augusti & bellorum ciuiliu[m] finem anni 20.

3924 Olymp: 183. V: C. 705. Ciceronis 59.

Iulius II. Cof:

Pugna Pharsalica, qua uictus est Pompeius ad Pharsalum, circa 20 Iulij & Iulius Cæsar cum annua Dictatura Tribuniciam potestatem in perpetuum accepit.

Pompeius interfectus æt: 58 exeunte: die 30 Sept: alij postridie.

QVARTA ET VLTIMA Monarchia Roma:

IULIUS CÆSAR (æt: 52) primus Monarcha & Imperator Romanus, imperauit an: 3. mens: 6.

Bellum Alexandrinum circa huius anni finem gestum à Iulio. Hirtius.

Desinit

3925

Desinit Iulius Cæsar de bello ciuili.

Iulius Cæsar secundam Dictaturam 46
gesit: sed anno superiore ei decretam.Bibliotheca Alexandrina conflagrat.
Pharnaces uictus à Iulio, qui de hoc
scripsit: Veni, uidi, uici.Antipater Iulium Cæsarem in bello
Alexandrino adiuuat, adductis tribus
millibus Iudæorum iussu Hyrcani sum-
mi Pontificis.IUDÆÆ PROCURATOR
ANTIPATER.Antipater Herodis Magui pater à
Iulio Cæsa: præficitur Iudææ ut tutor:
Hyrcano confirmatur sacerdotium: in-
stauratio murorum urbis Ierusalem An-
tipatro conceditur, & Iudæi suis legibus
uiuere permittuntur.

3926

Iulius Dictator III. Coss. III.

Bellum Africanum Iulij Cæs. aduer-
sus P. Scipionem, Catonem, & regem Iu-
bam, de quo Hirtius. Cato (æt. 49) & Sci-
pio sibi manus inferunt. Rex Iuba in-
terfectus.Quatuor triumphus Cæsaris: 1 de
Gallis & Germanis, 2 Alexandrinus
ex Ægypto, 3 Ponticus de Pharnace,
4 Africanus de Iuba rege.

V 3

Annus

A N N V S emendatur à Iulio. Fuitq;
hic annus mensium fermè 15, aut die-
rum 445 circiter.

Brutus, id est, Liber de claris Oratori-
bus à Cicerone (æta: 61) scriptus: &
anno sequenti editus. Item liber dictus
Orator ad Brutum.

Oratio pro M. Marcello à Cicerone
dicta, cum Iulius Marcellum recepif-
set in gratiam.

3927 Iulius Dictator III. Coss. III.

Cicero scripsit libros de finib. Item Ora-
tio Ciceronis pro Deiotaro dicta.

Primus annus Iulianus, scilicet correctus
& emendatus.

Bellum Hispaniense Iulij Cæs: aduersus
Cneium & Sextum Pompeij liberos.
De quo Hirtius.

Pugna ad Mundam, & postrema victo-
ria Iulij Cæsaris, in qua ceciderunt ad
30 millia hominum. Cneius Pompeij
filius interfectus est.

Suffecti siue Honorarij Coss. primum
creari cepti, anno à primis Coss. 464

Iulius Cæsar Testamentum 13 Septemb:
à se conditum, tradit seruandum Ve-
stalibus.

3928 V. C. 709. Iulij Dictatura V. siue perpe-

44

43
Indo

tua, Consulatus V.

Iulius Caesar euans ex monte Albano urbem ingressus est die 48 ante, quam interficeretur, uidelicet 26 Ianua.

Iulius Caesar à coniuatis interfectus est: 56, die 15 Martij, à morte Alexandri Magni 280.

Hoc anno mensis Quintilis adpellatus est Iulius in honorem Iulij Cæsa: qui hoc mense natus est.

Iulius per omnem uitam quinquages dicitur collatis signis cum hostibus dimicasse.

Cicero habuit quatuor priores orationes in Antonium, quas inscripsit Philippicas.

Hoc ferme tempore Cicero (æt: 63) scripsit Tusculanas quæst: de natura Deorum: de diuina: de fato: de Senect: de amicitia: de Officijs, & Topica.

Cicero post cædem Iulij Cæsaris & uersam inducendam atq; omnem odiorum, & discordiarum memoriam oblivione sempiterna sepeliendam censuit, Atheniensium exemplo, qui autore Thrasibulo idem sanxerant ante an: ferme 360.

V.C. 710. Pugna ad Mutinam: Duo Coss: Hirtilius & Pansa occisi: Antonius

3929

42

V 4

ab Octa

ab Octauio Cesare uictus, & à Mutina
repulsus circa 14 diem April. Ouid. 4.
Fast:

AUGUSTI CÆSA- ris Imperium.

Imperauit an: 56.

Augustus Cesar primum Consula-
tum inijt die 22 Sept: pridie sui natalis,
exeunte anno, æt: 20. Hinc numeramus
56 annos imperij Augusti.

Antipater Herodis Magni pater ue-
neno necatur à Malicho. Ios.

Cicero hoc anno habuit quintam
orationem Philippicam & nouem reli-
quas.

TRIVM VIRATVS Antonij,
Octauij Augusti, & Lepidi cœpit 27
Nouemb:

Tabula proscriptionis Senatorum
ac ciuium proposita.

Ouidius Poëta N. 20 Martij.

Quidam etiam Tibulli poëtae nata-
lem huc referunt, ex eius lib: 3.

Cicero interfectus æt: 64. 7 Decemb:

Antonius Percussori Ciceronis Po-
pillio Tribuno pro allato capite, dedit
25 millia coronatorum. Golzius.

Bellum

Bellum Philippense, in quo percussores
Caesaris Cassius & Brutus perierunt:
Cassius $\alpha\upsilon\tau\omicron\chi\epsilon\iota\varsigma$, Brutus transfossus à comite fugæ.

Tiberius Imp: N. 16. Nouemb.

Legati Iudæorum accusaturi Phaselum & Herodem, non audiuntur ab Antonio. Hyrcanus Antonio donat coronam auream, & impetrat edictum, ut agri ablati Iudæis restituantur, & captiui dimittantur.

Herodes & Phaselus fratres ab Antonio creantur TETRARCHÆ Iudææ. Iosf.

Annus à morte Davidis & regno Salomonis 1000. Hinc ad baptismum Christi 70.

Antonius Cleopatræ amoribus uacans, omnia boni Imperatoris munia negligit: interim Parthi in Syriam irruunt Duce Labieno.

Bellum Perusinum inter Augustum & L. Antonium.

Prima Ecloga Virgilij hoc ferè tempore scripta, quando Augustus ueteranis militibus agros diuidi, & in eos militares colonias deduci iussit.

Olymp: 185. V. C. 713.

Perusia urbs incendio consumpta.

Fulvia Antonij uxor, quæ Ciceronis mortui linguam aciculis confixerat, moritur. Dio.

Hierosolyma occupata à Parthis: Hyrcano Pontifici præciduntur aures & nares: Phaselus frater Herodis in uinculis mortem sibi consciscit. Ios.

Antigonus in Iudæa regnat an: 3. mens: 3. Herodes Romæ creatur & coronatur Rex Iudæorum.

Hoc anno Coss. fuit Pollio, de quo Virgilius Ecloga 4 canit:

Teq; adeo decus hoc cui te Consule inibit
(menses.)

Pollio, & incipient magni procedere
Hæc itaq; Ecloga scripta est et: Virgilij 30.

3933 Herodes Galilæam recuperat.

Parthi à Ventidio Basso uicti, & Syria expulsi.

3934 Antonius aliquot Legiones Romanas mittit in Iudæam, opem laturas Herodi Hierosolymam oppugnanti. Ios.

Iosippus frater Herodis interemptus.
Annus 1000 à codito templo Salomon: completus.

3935 Regnum HERODIS in Ierusalem.

39
Ierusalem

Ierusalem capta ab Herode, & Sceptri
ablatum à Iuda: quod Iacob moritu-
rus prædixerat ante annos 1680 (in-
clus:)

Herodes, Iudeorum rex, Hierosolymis
regnat an:37. Annus à Cyri monarchia
& reditu Iudeorum ex Babel 500.

Antigonus ultimus Regum ex Asmonæ-
is, ab Antonio occisus Antiochiæ hoc
uel sequenti anno. Ios:

Bellum Siculum cum Sex: Pompeio, Cn.
Pompeij filio.

3936 Salustius M. Euf: Dioscorides Medicus 35
uixit.

3938 C. Sossus ex Iudæa triumphat, 3 Sept. 33

3940 Olymp: 187. V. C. 721. 31

Pomponius Atticus, intimus Ciceronis
amicus, M. æt: 77, die 31 Martij.

3941 V. C. 722. Augustus III Coss. 30

Pugna Actiaca: uictus Antonius ab Au-
gusto, die 2 Sept: A monarchia Alex-
andri Magni 300.

Herodes deserens Antonium transit cū
cohortibus ad Cæsarem. Plut: in An-
ton:

MONARCHIA AVGVSTI

Cæsaris, æt: Augusti 32.

3942 Augustus III Coss:

Ægyptus ab Augusto capta, & in Romanam prouinciam redacta.

Antonius & Cleopatra pereunt.

Finis regni Ægyptiaci, quod à morte Alexandri Magni durauit annis 294 Ptol: Clemens.

Hyrcanus summus Sacerdos ab Herode interficitur octogenarius. Ios.

Herodes Augustum uenientem in Syriam, magnifico apparatu excipit, eūq; officij causa prosequitur.

Augustus Herodi regnum confirmat. Ios: Est annus 10 à Romana coronatione Herodis: à regno eius in Ierusalem 7, à morte Cyri 500. Hinc ad excidium Ieruf: 100.

Dionysius Halicarnassensis Romam uenit circa medium Olym: 187.

3943 Augustus V Coss: triduo triumphauit, et: 34, & pater patrie adpellatus est. 28

IANVS CLAVSVS ab V.C. tertium: ab Augusto primum.

3945 Octavianus VII Coss: adpellatur Augustus à Senatu, et: 36. die 17 Ianuarij. 26

3946 Cornel: Gallus et: 43, sibi ipsi manus infert. 25

Eodem tempore uixit Poëta Manilius, cuius extant ad Augustum libri Astro-

nomici

nomici. Et Propertius, cuius saepe meminit Ovidius.

Bellum Cantabricum in Hispania gestū ab Augusto.

3947 V.C. 728. IANVS 4 CLAVSVS. 24

3948 Horrenda fames in Iudaea, subleuatur munificentia & ope Herodis: regni eius 13. 10f: 23

3949 V.C. 730. Augustus XI Cos: Tribu- 23

nitiam potestatem accepit: et: 40, die 27 Iunij. Hoc summi fastigij uocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret, & tamen aliqua adpellatione imperia cetera praemineret Tac:

3952 Augustus in Syria agens, Herodem 19

magnis honoribus adfcit, eiusq; regnū adiecta noua ditione ampliat. 10f:

3953 Templum ab Herode renouatum. 18

Herodes ruinosas templi Hierosolymitani partes renouare aggressus est, & additis porticibus, similibusq; aedificijs templum exornauit, regni sui anno 18 (ante N.C. 18). 10f: Estq; hic annus ab eodem templo condito sub Dario 500. Hinc ad ministerium Christi 46 pleni. Ioan. 2.

Vergilius Poëta Brundisij moritur:

22 Sept:

22 Sept. æta: 51. al: 52.

3955 Beata uirgo Maria Domini nostri Iesu 16

Christi Mater, hoc anno uel conce-
pta uel nata creditur. Est ab erecto ta-
bernaculo in deserto annus 1500. A
condita Regia Salomonis 1014, eadem
completa 1002.

Ludi seculares V facti ab Augusto.

Clades Lolliana: uictus Lollius a Germa-
nis.

3956 Olymp: 191. A diluuiio 2300. 15

M. Agrippa inuitatus ab Herode Rege
uenit Hierosolymam, ibiq; in templo
obtulit hostias Deo Israelis. Philo.

3960 M. Agrippa gener Augusti M: 11

Hoc anno Romæ Coss: fuit P. Sulpitius
Quirinus, qui decennio post, censum
egit in Syria nato Christo. Lucas &
Iosephus eum nominant κωνσταντίνου
Tacitus Quirinium.

Annus a nato Dauide 1100.

3961 Dedicatum est templum ab Herode re- 10

nouatum, hoc uel seq: anno: consump-
tis in eius reparatione annis 8: Ios:

A dedicato templo Salomo: 1020: A
dedicato templo secundo 505: ab En-
cenijs Iudæ Maccabæi 152. Hinc ad
excidium templi huius 80: ad Christi

predicæ

- prædicationem 40.
- 3962 Claudius Imp: nascitur. Cal. Aug. 9
- 3963 Cæsarea ab Herode in honorem Cæsaris 8
denominata & condita, dedicatur ludis magnificentissimis, anno 28 Herodis. Ios:
- Drusus Cos. Germanici pater, & Tiberij Imp: frater, moritur in Germanicum ad Albim usq; perrexisset.
Flor:
- Epitome Flori collecta ex Liuiio desinit: anno V.C. 744. ab eiectis Regibus 500.
- 3964 Olymp: 193. V.C. 745. 7
Dionysius [Halicarnassensis] historiam Romanam scribit.
- Mecænas, Augusti consiliarius, & eruditorum patronus eximius, moritur.
Dio.
- Horatius Poëta moritur. et: 57. Euf:
- Mensis Sextilis adpellatur Augustus.
Dio. Censo:
- 3965 Tiberius II Cos: de Germanis triumphat 6
Calen: Ianu:
- 3967 Indictiones ab huius anni autumnò numerantur à Beda, qui scribit Christum natū esse indictione 4 incunte, alij eorum initū referunt ad an: Christi 312. 4

Olymp:

3968 Olymp: 194. V.C. 749.

Caius Caesar Augusti nepos Iudæam præteruectus, Hierosolymis Deo Iudeorum sacrificia offerre noluit: quod Augustus (ne peregrinas religiones adprobare uideretur) collaudauit. Suet.

3969

NOVITESTAMENTI HISTORIÆ ab Euangelistis descriptæ incipiunt: hoc tamen discrimine: Lucas narrationem suam orditur ab hoc anno: Matthæus à sequenti: Marcus & Ioannes ferme à prædicatione Baptistæ.

Angelus Gabriel nūciat Zachariæ natiuitatem Ioannis Baptistæ, Luc: 1.
Ioannes Baptista conceptus (24 Sept: ut credit Ecclesia) mense sexto antè, quàm Christus conciperetur.

3970

V.C. 751. Augustus Cesar XIII: M. Plantius Siluanus Coss.

Conceptio CHRISTI.

Angelus Gabriel in oppido Nazareth nūciat uirgini Mariæ incarnationem Messia ex ipsa nascituri: itaq; conceptus est IESVS CHRISTVS Dominus noster in utero beatiss: uirginis, obumbrante, operante, admirandaq; illam actionem perficiente Spiritu sancto, Luc.

cto. Lu. 1. Ecclesia refert ad 25 Martij.

Maria uisitat Elizabetham: & edidit
Canticum sanctis: quod est in nouo Te-
stamento primum: Magnificat anima
mea Dominum. Luc. 1. Eius rei typum
elegantiss: uide Exodi 15, ubi Maria siue
Miriam, soror Moysi, primum canticum
Veteris Testamenti inchoat, in choro fœ-
minarum psallentium & Deo gratias
agentium pro liberatione ex Ægypto.
Distat canticum Miriam à cantico B.
Virginis, annis 1517.

Natiuitas Baptiste.

Ioannes Baptista nascitur ex matre
sterili & effœta Elizabeth, Lu. 1. Eccle-
sia 24 Iunij.

Canticum Zachariæ: in nouo Te-
stamento secundum.

Joseph monetur diuinitus, ne Mari-
am grauidam repudiet, Mat. 1.

I E S U S C H R I S T U S
Dei Filius, ex Patre natus
ab æterno, hoc anno **N A S-**
C I T U R in Bethlehem, ex
Maria uirgine uerus homo.

Ecclesia natalem Christi celebrat
25 Decemb.

Canticum Angelorum, quod est in nouo
Testamento tertium, Luc. 2.

Est annus à natali Abrahæ 2021:
Isaaci 1921: Mosi 1597, Davidis 1110.
Hoc anno mense Septembri exit 41 an-
nus imperij Augusti, & init 42.

Eusebij historia Ecclesiastica incipit.
Sulpitius Quirinus censum in iudæa
primum agit.

Augustus Cæsar Romæ templum Marti
ultori dedicat ludis magnificentiss:
Velleius.

3971 Æra annorum nati Christi, quam ordie-
mur secundū Ecclesiæ consuetudinem
à circumcissione Domini: Annos uerò
mundi à tempore uerno & die con-
cepti Christi.

Annus à nato Christo primus.

Christus circūcisus die 8. Lu. 2. Cal: Ianu.
Magi ex Oriente adorant & muneribus
honorant Christum. Matt. 2. (6 Ianu.)
alij ad annum seq:

Presentatio Christi in templo ætatis die
40 (2 Febr:)

Canticum Simeonis in nouo Testamen-
to quartum. Lu: 2. (ad seq:

Fuga Christi in Ægyptum. Matth. 2. alij *usque*

Infanticidium Herodis in Bethlehem,

Matth. 2.

3972 Herodes excarnificatus morbis sæuissimis, Hierichunti, moritur circa tempus Paschatis: æta: ferme 70.

Hic quinto die ante, quam crudelem exhalaret animam, filium suum Antipatrum iugulari iussit Iosf.

Augustus filijs Herodis prouincias Iudaicas & paternam hereditatem distribuit.

Archelaus, Herodis filius, in Iudæa regnat an: 9. Iosf. alij 6 uel 7.

Hoc regnante Christus reuersus est ex Ægypto. Mat. 2. annum alij alium definiunt. Hic est annus æta: Augusti Cesaris 63: de quo Gellius lib. 15. cap. 7.

3978 Sulpitius Quirinus secundum in Iudæa censum agit, & Archelai (ob tyrannidem in exilium circa hæc tempora deportati) bona uendita fisco Ro: imperij infert, Iosf.

3979 Arminius apud Germanos regnat an: 12. Tac.

3980 Quintilius Varus amissis tribus legionibus Roma: occiditur in Germania. (Distat clades Variana à Cannensi annis 224.) Vell: Dio.

- Vespasianus Imp. nascitur 17 Nouemb.
- 3982 Christus .et. 12 anno, in paschate, cum 12
 omnium admiratione Doctores do-
 cuit, diuinaeq; suae sapientiae specimen
 illustrissimum edidit. Luc. 2. Alij ad
 seq: quia 12 Christi intelligunt com-
 pletum. Est annus à templo secundo
 condito 530: dedicato 526: à prima un-
 ctione Dauidis 1100.
- 3984 Augustus Testamentum condit 3 April. 14
 .et. 75.
- 3985 V. 766. Augustus Caesar M. .et. 76. impe- 15
 rij 56, die 19 Augusti.

IMPERIVM TIBERII
 Caesaris.

Imperauit an: 22, mens. 7. diebus 7. Dio.
 CORNELII Taciti historia Augu-
 sta incipit.

- 3988 Germanicus Drusi filius Romae 26 Maij 18
 triumphat de Cheruscis, Cattis, An-
 griuarijs, alijsq; Germaniae populis
 inter Rhenum & Albim à se debella-
 tis. Hic est ille Germanicus Caesar, cui
 Ouidius Fastorum libros dedicauit.
 Tredecim urbes Asiae, una nocte, maxi-
 mo terrae motu deiectae & prostratae
 sunt. Plin. Tac. Ab excisa Troia 1200.

- 3989 V.C. 770. Liuius & Ouidius mortui an- 19
no 4 Tiberij. Euf.
- 3990 Arminius Germanorum rex M. et: 37. 20
Germanicus Caesar pater Caligulae, ue-
neno extinctus.
- 3992 Olymp: 200. Quirinius, qui nato Christo 22
censum egit, moritur. Tac.
Tiberius. III, Drusus II. Cos. pater &
filius.
- 3994 Drusus, Tiberij filius, ueneno necatus à 24
Seiano.
- 3996 Olymp: 201. V.C. 777. à prima Olympiade 26
de 800. Hoc anno finitur 69 hebdomas
Danielis, id est, hebdomadum annus
483.
- 3997 Septuagesima & ultima hebdomas Da- 27
nielis incipit, in cuius medio Daniel
ait, Messiam in publicum proditurum,
& nouum testamentum abrogato ue-
teri, docendo & moriendo confirma-
turum. Daniel: 9.
Pilatus mittitur in Iudaeam à Tiberio.
Ios. Euf.
Tiberius Imp: Roma excedit nunquam
eù reuersus.
- 3998 Pilatus Iudaeae praest annis 10, Ios: à re- 28
gno Dauidis in Ierusalem uoc.
- 3999 BAPTISMVS institutus. 29

Ioannes Baptista predicare & bapti-
zare cœpit circa huius anni autum-
num, incunte 15 Tiberij, Luc. 3.

4000 Iubileus mundi 80: Mosis 30.

30

Olymp: 202. V. C. 781.

Medium hebdomadis ultimæ Danielis,
id est, annus 487 hebdomadum. (uide
Isagogen.)

Christus baptizatur.

Tentatur in deserto diebus 40.

Legatio Iudeorum ad Ioannem.

Christi prædicatio & miracula: item
uocatio discipulorum & Nuptiæ in
Cana. Annus à diluuiò 2344, exal-
tato Ioseph 1770, regno Dauidis 1110,
coronatio Salomonis et baptismus seu
coronatio Christi distant annis 1070.

4001 PRIMVM PASCHA anni primi
prædicationis Christi, Ioan. 2.

31

Christus caupones è templo eijcit.

Colloquium Christi cum Nicodemo.

Carcer Ioannis.

Reliquæ historie miraculorum Christi
petantur ex Euangelistarum narra-
tionibus.

4002 Vellei Paterculi historia Roma: desinit.
SECVDVM PASCHA. Luc. 6.

32

Matt. 12, Mar. 2. ubi discipuli octauo

die à

die à Paschate uellunt spicas.

Decollatio Ioannis.

Seianus Romæ unco tractus & excruciatatus perit, die 18 Octob. à Drusi nece (cuius ipse autor fuerat) anno octauo. Dio. Tac.

4003 TERTIVM PASCHA, Ioan. 6. 33

Iter Christi postremum in Iudæam.

4004 Resuscitatio Lazari. Ioan. 11. 34

QVARTVM PASCHA, in quo

Christus factus est Pascha nostrum.

Mors, resurrectio, & ascensio Domini nostri Iesu Christi. Alij ad 33.

Finis hebdomadam Danielis.

Prima Pentecoste Noui testamenti.

ACTA APOSTOLORVM incipiunt.

4005 Stephani martyrium. Pauli conuersio. 35

Euf.

PAVLI curriculum ως εἰς πλάτῃς delineabimus, cum certa annorum distinctione destituamur.

Persius Poëta Salyricus nascitur 4 Decemb: Euf.

Valerius Maximus sub Tiberio uixit, & ei librum suum dedicauit, qui extat.

4007 Pilatus Romam reuocatur ex Iudæa, ob 37

iniusticiam & crudelitatem. Iosf.

4008 V.C. 789. Paulus triennio à conuersio- 38
ne sua exacto uidit Petrum Hieroso-
lymis, cumq; eo mansit diebus 15. Gal.
1. Inde deductus Casaream uenit in Sy-
riam & Tarsum, Act. 9.

Tiberius Imp. M. et. 78. die 16 Martij, à
morte Iulij Caesaris 80.

Imperium CALIGULÆ an. 3. mens.
9. diebus 28.

Agrippa Maior rex Iudæe an. 7. Iosf.

* Nomen Christianorum Antioche ortū.
Nero Imp. N. 15 Decemb. Diod. Sed Sue-
tonius ad præcedentem.

Iosephus historiae Iudaicæ Scriptor N.
A regno Xerxis ad imperium Tiberij
500, à morte illius ad mortem huius
509 compl.

4010 Herodes, qui Ioannem iugulauerat, in 40
exilium, pellitur, unà cum Herodiade.

Pilatus perit, 3 Caligulæ. Euf.

MATTHÆVS Euangelium scri-
bit. Euf.

Lucanus Poëta N. 3 Nouemb.

Huc refert Dio natalem T. Vespasiani
iunioris, 30 Decemb.

4011 Caligula Deum se facit, honoresq; diui- 41
nos pscit, Præcipit Hierosolymis in
templo

- templo collocari suam statuam: quod
ne fieret, diuinitus impeditum est. Iose.
Hinc ad excidium Ierusalem 30.
- Legatio Philonis Iudaei doctissimi, ad
Caligulam, de qua Philo. Ios. & Euf.
- 4012 Caligula interfectus aet. 29 die 24 Ianua- 42
rij.
- Imperium CLAVDII, an. 13. mens: 8.
d. 28. Dio. à regno Cyri 600.
- 4013 Martyrium Iacobi Maioris. Euf: 43
- 4014 Petrus liberatur ex carcere in huius an- 44
ni Paschate. Act. 12. à secundo reditu
Iudeorum ex Babel, duce Esra sacer-
dote 500.
- 4015 Herodes ab Angelo percussus M. Act. 12 45
- Fames sub Claudio à plerisque huc refer-
tur.
- Cuspius Fadus missus à Claudio in Iu-
deam, Ios.
- 4016 Herodes rex Chalcidis regnum Agrip- 46
pe Maioris defuncti administrat
quinquennio. Ios.
- Herodes rex Chalcidis impetrat à Clau-
dio Impius eligendorum summorum
Pontificum, & potestatem in templi
sanctumq; ararium. Ios.
- 4018 MARIA uirgo ex hac uita ad filium 48
migrat. Euf.

Vixit ante conceptum Christum 15:
post eius resurrectionem, totidem, cum
Christo 33: in uniuersum 63.

Maria expleuit dimidium etatis Sa-
re, que uixit an: 127.

Ludi seculares Romæ VI. facti.

Circa hunc annum Tiberius Alexander
in Iudæa Cuspio Fado successit. Ios. lib.
20. c. 5.

4019 V. C. 800. SYNODVS APOSTO- 49

LORVM Hierosolymis celebratur
circa hæc tempora. Ex Synodo Pau-
lus & Barnabas redeunt Antiochiam:
ubi oritur inter eos dissidium, Act: 15.

Herodes Rex Chalcidis M. & Claudij,
& Cumanus Tib: Alexandro in Iudæa
succedit, Ios.

4020 Iudæi & Christiani Roma pulsati anno 9 50
Claudij. Oros: Act: 18.

Paulus Athenas uenit: inde Corinthum,
ubi mansit an: 1, mens: 6. Act: 17. 18.

Due Epistole ad Thessalonicenses scri-
ptæ Athenis.

Agrip: Iunior Chalcidi præest an: 4. Ios.

4021 Colonia Agrippina appellatur. Ta: 51

4022 Prior Epistola ad Corinthios scripta 52
circa hoc tempus Ephesi.

Domitianus Imp: N: 24 Octob.

Agrippa

- 4023 Agrippæ adimit Claudius Chalcidem, 53
 eiq; donat Philippi Tetrarchiam.
 Martyrium Philippi Apostoli. Euf:
 Cumanus ob prouinciam malè admini-
 stratam Romæ damnatur à Claudio,
 & exilio mulctatur. Tac:
- 4024 Sublato Cumano Felix solus Iudææ præ- 54
 est, cum antea teste Tacito partem Iu-
 dææ Felix partem Cumanus tenuisset.
 Epistola Pauli ad Romanos è Corintho
 missa per Phæben, à uocatione Abra-
 hæ 2000.
- 4025 Paulus Hierosolymam uenit circa Pen- 55
 tecosten, ibiq; ligatur. Act: 21. à con-
 uersione Pauli 21: alij ad annum supe-
 riorem, qui est 13 Claudij.
 Claudius M. et: 64. die 13 Octob. à Mo-
 narchia Iulij 100.
- NERONIS IMPERIVM an: 13
 mens: 8.
- 4026 Festus Felici succedit. 56
 Paulus coram Festo causam dicit: ad Cæ-
 sarem prouocat. Act: 25. 26.
 Pauli navigatio & naufragium ineunte
 hyeme. Act: 27:
- 4027 V. C. 808. Paulus Apostolus Romam ue- 57
 nit, ibiq; biennio, in libera custodia
 mansit. Act: 28.

- 4028 Paulus Romæ ex uinculis scripsit 58
Epistolam ad Ephesios, Philippenses,
Colossenses, & Philemonem, &c. Aliqui
idem affirmant de Epistola ad Galatas,
& secunda ad Timotheum.
- 4029 Desinant æta Apostolorum. 59
Paulus desertus ab omnibus, causam
coram Nerone dicit, & liberatur ex ore
Leonis. Inde, salutatis primum Ecclesiis
Syriæ, Asiæ & Græciæ perrexit in par-
tes Occidentis, Italianam, Galliam & Hi-
spaniam, prædicans Euangelium circi-
ter decennium, usq; ad obitum.
- 4030 Nero matrem interficit. Tac. 60
Primum Neronis quinquennium de-
sinit.
- 4031 Festus Iudææ præses M. Ei mittitur 62
successor Albinus. Euf.
- 4032 Iacobus frater Domini dictus Iustus 63
& Oblias martyrio coronatur, dum Al-
binus est in itinere. Eusebius refert ad
annum præcedentem: sed quia ueterum
testimonijs Iacobus Ecclesiam rexit Hiero-
solyomis 30 annis, necessario recidit o-
bitus eius in hunc annum, qui nobis est
à morte Christi 30. Vide Iosephum l. 20.
c. 16.

Eusebius ad hunc annum refert mot-
tem Marci Euangelistæ.

Iesus Anani, homo plebeius, in festo
tabernaculorum cœpit magnis clamori-
bus denunciare excidium urbi Hieroso-
lymorum: Væ, Væ, inquit, Hierosolymis:
Idq; fecit annis 7, mensibus 5. Albinus
præses eum, ut insanum contempsit. Ios:
l 7. c. 12. Annus à condito templo Salo-
monis 1100.

Nero Octaviam coniugem suam oc-
cidit. Tac.

4034 Persius Poëta M. 24 Nouemb. æt: 29 64

Euf:

4035 V. C. 816. Nero Romam incendit 19 65
Iulij.

Prima persecutio Christianorum Ro-
mæ à Nerone instituta. Tac. A reditu Iu-
deorum ex Babel sub Cyro 600: à regno
Herodis in Ierusalem 100.

4036 Seneca & Lucanus interfecti à Nerone. 66
Nero alteram coniugem Poppæam ne-
cat.

4037 Florus Iudææ præest: sax belli Iudaici.
Nero uirtutem ipsam excindere cupit. 67
Iudæi à Romanis deficiunt: Vnde ortum
est bellum Iudaicum.

I O S E P H Y S de Antiquitatib. desinit.

Bellum

Bellum Romanorum aduersus Iudæos
gestum duce Fl: Vespasiano, qui hoc
anno primum cum exercitu Iudæam
inuasit mense Maio.

De hoc bello Iosephus, Iosippus, Egesip-
pus, Tacitus, &c.

* Ecclesia Christi diuinitus monita mi-
grat Hierosolymis in oppidum Pellā
trans Iordanem. Euf.

* Martyrium Petri & Pauli Apostolo-
rum. alij ad seq.

Iosephus historiae Iudæicæ scriptor ca-
ptus à Romanis circa Calend. Iulij,
prædicat Vespasiano imperium.

Hinc incipit Romanorum Pontificum
series: de qua alibi.

V.C. 820. Nero sibi mortem consciscit,
et: 31, 10 Iunij. Extincto Nerone dese-
cit Cæsarum progenies, & imperij
successio in alias familias trāsata est.

A Monarchia Iulij huc usq; 115: ab im-
perio Augusti 110: ab eius morte 54.

Galba, Ottho & Vitellius imp: pere-
unt.

VE SPASIANI Imperium.

Vespasianus in Iudæa ab exercitu ap-
pellatur Imperator, Calendis Iulij.

Imperavit ann. 10 minus 6 diebus.

Vespasianus Romam nauigans, filio
Tito belli Iudaici curam commendat.
Estq; hic annus à diluuiio Deucalionis
1600: à bello Peloponnesiaco 500.

1041 V. C. 822. Vespasianus pater II, Titus 71
filius Cos.

EXCIDIVM Hierosolymorum.

Obsidio coepit in Paschate: Templum
conflagrauit 10 Augusti, cum stetisset
annis 589, urbs incensa est 8 Septem.
Ios.

FINIS REGNI IUDAICI,

quod durauit à uocatione Abrahae 2018,
exitu ex Aegypto 1588: partitione ter-
rae sub Iosua 1541. Estq; hic annus à
priori desolatione templi & urbis 676:
à fine captiuitatis Babylonicæ 606: à
migratione Esrae 528: à reparatis mu-
ris sub Nehemia 514: à monarchia A-
lexandri Magni 490: Augusti 100: à ba-
ptismo Christi 41: morte eius 38.

Tacitus scribit, intra urbem tunc
conclusa fuisse sexcenta millia homi-
num.

Rome Capitolium, quod anno superio-
re crematum fuerat, reparari coeptum,
die 21 Iunij. Tac:

Destrua

Destructo Capitolio Hierosolymitano
surgit Romanum.

Desinit historia Augusta Cornelij Ta-
citi.

Videat lector temporum
harmonias.

- I. Completo 70 anno captiuitatis Ba-
bylonice, exhibant Iudæi ex Babel,
redeuntes in patriam incipiente 71.
Exacto uerò anno nati Christi 70,
delentur unà cum patria.
- II. Tempore Paschatis ingressi sunt ter-
ram promissam, duce Iosua: idq; in-
eunte anno 41 ab exitu ex Ægypto.
In huius uerò anni Paschate cepit
obsidio, qua intra urbem clausi exi-
tu prohibentur, idq; fit anno 41 à
Baptismo Christi.
- III. Iudæi in festo tabernaculorum quo-
tannis agebant Deo gratias pro da-
ta terra. Hoc uerò anno, festo ta-
bernaculorum instante, tabernacula
Iudaica sublata sunt, totaq; politia
destrueta.
- IIII. Iudæi ob ingratitude[m] erga De-
um 38 annorum spacio in deserto
extincti sunt, teste Mose Deut. 2.

Nunc gens illa excinditur anno 38 post
quam Christum Dominum cruci adfixe-
rat. De quo uide Isagogen in harmonia
annorum 1588.

Reliquæ harmoniæ de agno DEI
mactato à Iudæis in paschate, ex ueterū
& recentiorum scriptis notiores sunt,
quàm ut admonitione opus sit.

4042 Duo Vespasiani, pater & filius, Romæ 72
de Iudæis & captis Hierosolymis tri-
umphant: Cal. Iul.

Et pace populi Rom: terra mariq; par-
ta Ianus VI Clausus.

4044 Templum Oniæ in Ægypto clausum 74
iussu Vespasiani, ut esset Iudæis inac-
cessum. Ios.

4045 Lustrum Romanum 75, concurrens cum 75
75 anno Christi.

4046 Templum pacis Romæ dedicatum, in 76
quod illata sunt uasa & ornamenta
quedam templi Hierosolymitani. Ios.
Xiphil:

4050 Asconius Pedianus claret. 80
V.C. 831. Vespasianus Maior M. æt. 70:
24 Iunij.

Titi Vespasiani imperium. an. 2. mens. 2.
d. 20. Dio. A regno Samuelis 1200: Da-
uidis 1160: Salomonis 1120: morte Salo-

- monis 1080.
- 4051 Plinius M. et: 56. 2 Nouemb. 81
- 4052 T. Vespasianus M. et: 42, d. 13 Sept. A 82
condito templo secundo (quod Titus
Vespas. destruxit) 600.
- 4058 Imperium Domitiani an: 15. d. 5. Dio. 83
Quintilianus Romæ docet.
Martialis poëta floret.
- 4065 Iosephus historiam Iudaicam scribit et: 95
56: à captiuitate Babylonica 700: ab
eius fine 630, ab excidio Ierusalem 24
- 4066 Secunda persecutio Christianorum sub 96
Domitiano.
Ioannes Apostolus in Pathmum relegat-
tur, ubi uidit Apocalypsin, Euf.
Cedrenus huc refert Martyrium Timo-
thei.
- 4067 Domitianus occisus et: 45, d. 18 Sept. 97
IMPERIVM NERVÆ an: 1,
mens. 4. d. 9. Dio.
Desinit historia Suetonij.
- 4068 Ioannes Euangelista ab exilio redit E- 98
phesum.
Traianus à Nerua adoptatur & Cesar
adpellatur.
Cornel: Tacitus hoc anno fuit Cos. sus-
fectus.
Iulius Frontinus, cuius scripta extant, Aquila

Aque ductibus Romæ præficitur.

4069 Nerua Imp. M. 27 Ianu. æt. 66.

99

Traianus imperauit an. 19, mens. 6. d. 15.

Dio.

4070

V. C. 851. Hoc anno Traianus Consula- 100

tum tertium, qui ei ut nouo Imperatori debebatur, recusauit: ut autor est Plinius secundus in Panegyrico: nimirum Traianus ignorans cessit gloriam Christo: cuius anno centesimo suam reliquit dignitatem, ut eius celebritas soli Ecclesiæ Dei reseruata, non in alium quam in Christum Dominum transferretur: quemadmodum & Augustus ante annos 100, instante natalis Christi tempore, omnibus suis Consulatus finem imposuit, & ab honore illo deinceps prorsus abstinuit.

IOANNES Euangelista moritur
Ephesi an: 2 Traiani. Euf. æt: (ut putatur) 89, aut 91, &c. Post excidium Hierosolymorum 30 ineunte. Hieronymus ab anno Christi 32 completo uel 33 corrente (qui ei est annus mortis Christi) ad obitum Ioannis numerat 68: additis 68 ad 32, concurret Hieronymo excessus 10 annis cum anno N. C. 100: qui est à morte Salo: 1100. à natali Abrahæ 2121.

Clausit itaq; beata mors S. Ioannis Euangelii
primum Christi centenarium.

Claudat illa quoq; Indicem nostrum Chrono-
gicum.

Annotationes reliquorum annorum, qui Christum
antecefferunt uel consecuti sunt, petantur tum ex alio
tum ex amici nostri D. Leonharti Kranzemij Chrono-
nologia.

Nobis propositum non fuit, omnium quos por-
ramus euentuum sacrorum & profanorum annos con-
signare: uel historiarum, quas in hoc opusculo singulis
annorum tituli perstringunt, narrationes inter-
gras attexere: sed selectiorum saltem commemoratio-
ne Isagogen nostram uelut paradigmatis illustrare, &
Chronologiae studiosis uiam quandam continuandae
annos mundi usq; ad Christum Indicis contractione
forma commonstrare.

BENEVALE Lector candidissime: & quae-
cumq; opera nostra feliciter utere ac frueri, nostraq; in
te beneuolentia delectare. Si uita suppetet, dabimus

DEO iuuante, in maiore opere Chrono-
logico, pij & eximij nostri in te stu-
dij illustriora, plenioraq; do-
cumenta.

AD MO

I. ADMONITIO DE VOCABVLIS CHRONOLOGICIS.

VSi sunt ueteres in temporum supputatione peculiaribus uocabulis: quæ etsi horridiora minusq; latina uideantur: tamen docendi causa nobis quoq; usurpanda fuere. Talia sunt: exclusiue: inclusiue: annus currens, iniens, completus, plus minus completus. Scite enim dictum est: Vsu ualere uocabula ut nummos. Si itaq; uoces illæ sæpiusculè occurrent, cogitabit Lector declarandi necessitate, perspicuitatisq; studio à nobis fuisse adhibitæ.

Neg; uerò paulum interest in supputando, an aliquis annus accipiatur ut currens: an uerò ut completus: id est, an præsentis annorum summæ adijciatur et connumeretur: an uerò ab ea excludatur & remoteatur. In distantiarum itaq; supputationibus accuratè obseruetur, ubinam anni completi: ubi incoati intelligendi sint; Quis nam annus præsentis numero includendus, quis eximendus sit. idq; priuatæ cuiusq; diligentie reliquimus, nec ubiq; inculcauimus, aut toties monuimus, quoties opus erat: ne ociosa repetitio uocum, (exclusiue & inclusiue) lectori tedium pareret, & nobis annotandi laborem augeret.

II. ADMONITIO DE HARMONIIS ET INTERVALLIS TEM- porum.

A Nnotauimus passim interualla quaedam tem-
porum, & numerorum (praesertim rotandi-
rum) harmonias: id à nobis factum esse inuolun-
tatur, non prauo studio, quasi Deo numerorum in-
sula superstitiose ac impiè inijciamus: aut nos uel ce-
teros ad isthæc momenta astringamus: sed ut uel Lecto-
ris memoriæ adiumenti aliquid subministremus: ut
animo eius illa subijciamus, quorum cogitatione
in sapientiæ, prouidentieq; diuinæ admirationem ac
laudem rapiatur.

Desinit **DEVS** liberrima uoluntate regnorum
periodos, mutat tempora, gubernat euentus, & metus
constituit hominum furoribus, quos tandem sequuntur
pœnæ & fata accersita. Diligentia tamen est p[ro]p[ri]is
hominibus digna, considerare interualla liberationum
& pœnarum, uariasq; uices mutationum: ut mentis
ad timorem Dei, aliosq; pietatis motus excitentur.
Ideoq; in narrationibus Biblicis plerumq; memorabi-
libus euentibus sollicitè adscribuntur annorum nomi-
ri, & mensium ac dierum nomina, ut his ueluti notis
commonefacti, tempus tempori, euentum euentui, & res
interualla interuallis accuratè conferamus, & res
interuallis

antibus seculis similibus, de similibus poenarum aut
liberationum recursu pie diuinemus. Quae igitur
diuersis temporibus Dei dissonantis uoluntate apud
Iudeos uel alias gentes gesta sunt, ea recitamus sicut
acciderunt: nec numerorū harmonias ipsi gignimus:
sed ex annorum mundi serie genitas, Lectorum ocu-
lis spectandas proponimus: Stoica interim necessita-
te procul remota, & omni superstitione prorsus ex-
clusa.

III. A D M O N I T I O.

De applicatione Olympiadum
ad annos mundi.

- I. Omnes anni mundi Centenarij uel millenarij, cadunt in nouam Olympiadem: idq; in Indice con-
signauimus sub his centenarijs, 3200, 3300, 3400,
& sequentibus.
- II. Nullum principium nouae Olympiadis cadit in
hos denarios numeros. 10, 30, 50, 70, 90: sed in
biennium proximè antecedens uel sequens: 8, 12,
16, &c.
- III. Anni mundi desinentes in hos denarios, 20, 40,
60, 80, 100, & singula ante uel post eos quadri-
ennia incoant nouam Olympiadem.

III. DE ANNIS ROMÆ CONDITÆ.

Inquisiturus annum ab V. C. subtrahere 3219 ab anno mundi de quo quæris: prodibit annus ab V. C. Exemplum. Augustus Cæsar natus est 3909. profer 3219, relinquetur annus V. C. 690.

V. ADPLICATIO AN- NORVM MUNDI AD annos Christi.

Anno Christi (de quo quæris, quotus sit annus mundi) adde 3970: produces annum mundi concurrentem dicto anno Christi. Exemplum. Carolus V Imp. natus est Christi 1500: adde 3970, prodibit annus mundi 5470, qui est primus ætatis Caroli, distans à Salomonis obitu 2500, id est iubilæus 50.

VI.

SUPPUTATIO ANNORVM
ab excisa Troia ad conceptum Christum, ex
Eratosthene & Clemente.
I. Ab excisa Troia ad primam Olympiadem (con-
clusivè) 407.

- II. A prima Olympiade ad Romam conditam 24.
 III. Inde ad captam Babylonem à Dario Hystafse
 243.
 IIII. A capta Babylone ad mortem Alexandri Ma-
 gni 186.
 V. A morte Alexandri ad mortē Antonij & Cleo-
 patre 294.
 VI. Inde ad conceptum Christum supputat Clemens
 28.
 Prodeunt ab excisa Troia ad conceptum Christum
 1182.

VII.

SVMMA ANNORVM AB ADAMO AD CHRISTVM.

- I. Adam uixit annis 930.
 II. A morte Adæ ad mortem Dauidis 2000.
 III. A morte Dauidis & coronatione Salom: ad an-
 num Imperij Augusti 1000.
 IIII. Ab anno primo Augusti (exclusiue) ad N.C. 40.
 (alioqui à 1 Augusti, inclusiue, ad N. C. decurre-
 runt 41.
 Summa: ab Adamo ad N.C. 3970.
 Addantur & anni euentuum à natali Christi.
 V. A natali Christi ad eius Baptismum 30.
 VI. A Baptismo Christi ab obsidionem urbis Ierusa-
 lem (exclusiue) 40.

Ab ob-

VII. Ab obsidione & excidio Ierusalem, ad annum
Christi centesimum : 30.

Constabit summa annorum huius indicis 4070.

930	3970
2000	30
1000	40
40	30
<hr/>	
3970	4070


A. B.

Tempora qui condis, numerumq; ab origine textus
Christe tuas laudes nos numerare doce.

Henricus Osthausen Lectori,

Qui editionem hanc suis sumptibus procuraverunt, monitos uolunt typographos, ne temere hoc recudant Opusculum: esse ipsis facile ab auctore ad huius libelli augmentum, uel sequentium euentuum ad nostra usq; tempora accessiorem impetrare. Quod ne cum illorum damno & fraude fiat, hac significatione praeuocandos esse duxerunt. Vale.

FINIS.



140
2
Engelberti Ab-

BATIS ADMONTENSIS,

qui sub Rudolpho Habsurgio flo-

ruit, de Ortu & fine Romani

Imperij Liber.

Cum GASPARI BRUSCHII

Poeta laureati Praefa-

tione.

Accessit eiusdem Bruschiij Hodæporicon

Bauaricum, in quo & Regiomontani uati-


cinium quoddam explicatur, &

uaria de die extremo

coniunguntur.

BASILEAE, PER IO.

annem Oporinum.



REVERENDO IN CHRIS-
TO PATRI AC EXIMIA
uirtute præstanti domino, Domino
VOLFANGO Abbati Gar-
stensi, ad Styre urbis Austriacę uiciniã
dignissimo, Domino ac Mecænati
suo singulari ac obseruandis. S. D.
Gaspar Bruschius Egranus Poe-
ta laureatus & Comes
Palatinus.



*On dubito, Reueren-
de domine Abba, do-
mine ac Mecænas
gratiosę, quin fide-
ter retinueris, & di-
ligenter interea ac sæ-
pe cogitaris ea, quę & de ultimis tempori-
bus ac mundi huius fine, & de Romani
imperij (quod ante Mundi finem colla-
bi necesse est) interitu, superiore anno, &
Linczy primum in publico & communi
nostro diuersorio, præsentę domino Petro
a 2 Prybizero*

Prybizeo Pannonio, uiro pio ac præclarè
 literato, ac paulo post in cœnobio etiã tuo
 familiariter ac magna iucunditate contu-
 limus & colloquuti sumus sæpe: uidelicet
 esse nos omnino ac uerè in illa senescentis
 ac iamiam ruinam ultimam minitantis
 mundi extrema, maximeq; effœta sene-
 cta: nec nobis aliud expectadum esse quic-
 quam nunc, quàm dissolutionem totius
 istius uniuersi quod Mundũ appellamus,
 & ultimam eiusdẽ catastrophẽ. Mult-
 ta tum in hanc materiam è sacris pari-
 ter ac prophanis literis, è ueteribus simul
 ac nouis Sapientum uaticinijs cõgestimus,
 quæ hanc ipsam de non procul dissito, sed
 post pauculorum annorũ curricula uen-
 turo die ac iudicio extremo sententiã con-
 firmant ac stabiliunt præclarissimè. Tem-
 pus enim mundo huic caduco & corru-
 ptibili, tandemq; aliquando in nihilum re-
 digendo,

digēdo, ut olim è nihilo solius omnipoten-
 tis Verbi uirtute factus fuit, à Deo opt.
 max. præfinitum, ac ab Helia mortali-
 um generi patefactum, iam penè effluxit.
 Ultimos uerò dies ob abominabilem ho-
 minum malitiam, et ne electi Dei tali ho-
 minum peruersitate quoq₃ seducātur, ab-
 breuiandos esse: Deumq₃ eternum ac sa-
 pientissimum properaturum, & finem
 malitiæ hominum, suumq₃ seuerum iudi-
 cium acceleraturum: & in secundo eti-
 am annorum mundi non integrè comple-
 to bismillenario θυσιαῖος dies mundi de-
 curtatos esse; & tum etiam in huius fabu-
 læ quasi epitasi, Deum festinare ad mun-
 di catastrophem cœpisse: magisq₃ deinceps
 in hoc ultimo, eodemq₃ corruptissimo, ue-
 req₃ ἐπιθυμιαν bismillenario propera-
 turum: id inquam omnè è sacrarum scri-
 pturarum penu, ad eò etiam ut à nemine

Primum
 bismillena-
 rium fuit
 uerè θυσιαῖος
 vñδν. in eo
 enim maxi-
 mè regna-
 bat sapien-
 tia et ratio.
 Secundum
 fuit θυμιαν
 κόν, quia mi-
 litare, ac

bellicosissimi. Tertium, & ultimum, in quo nos incidimus, est in *δυστυχία*, uoluptuarii, libidinis ac auaritię dedictum, sapientię omnino non curiosum: imò & ignauum, & uerę militaris fortitudinis maximè ignaurum.

Vaticiniũ Regiomontani.

quicquam horum negari queat, manifestum est: qua de re in *Hodæporici mei Bauarici* (quod inter peregrinandum effudit uerius quàm scripsi) prima parte plura leges, quę in mentem tibi colloquia nostra *Lincensia* pulchrè poterunt reuocare. *Recitavi*, & explicui illic Latino carmine inter cetera *Ioannis Regiomontani*, celeberrimi superiorũ temporum *Mathematici*, uaticinium illud de anno Domini *Millesimo quingentesimo et octogesimo octauo* productũ, ac in *Castellensi superioris Norici cœnobio* à me sub talibus rhythmis Germanicis inuentum:

Tausent fünffhundert achtzig acht/
Das ist das iar / das ich betrachte:
Ghet inndē die welt nicht vnnder/
So geschicht doch sunst groß mer
cthlich wunder.

Ex quo quid elicere, quid iudicare aut cogitare debeamus, facile uides: Id nimirum anno

anno 1588, aut circa eum annum, uel
 ipsum Romanum imperium prorsus desi-
 turum, idq̄ sub sexto quodam, & (quantū
 ego auguror) iam etiā uiuente, ac in ma-
 iorum suorum uirtutes præclare adolescen-
 te CAROLO, ultimo Romanorū impera-
 tore, ut ex meo Hodæporico (quod huic li-
 bello additum, tuo nomini consecro) facile
 intelliges, ac ex me audisti dudū: aut certè
 Imperio Romano citius dissipato ac col-
 lapso (ut illud equidem adeo iam dudum
 attenuatū est, ut uix Imperium dici ampli-
 us mereatur: & nūc in his totius Europe
 tumultibus planè extremam ruinam se-
 cum tracturum, iudicari queat) diem illū
 toti Uniuerso fatalem, eo anno quem Re-
 giomontanus nominat, certò affuturum.
 Huic sententiæ omnia synceriorum Theo-
 logorū uereq̄ sapientum hominum uaticini-
 a, sed & coniecturæ infinitæ unice suffra-
 gantur.

Argumen-
tum libri.

D. Valenti-
nus Abel,
Abbas Ad-
montēsis.

De libri au-
thore.

gantur. His similia cum hic etiam libellus doceat ac ostendat non pauca (de fine enim Romani Imperij disputat ingeniose, ac planè philosophicè, quem mundi finis paulo post excip) ietendum eum multi boni viri iudicarunt, & eiusdem cognitionem necessariã utilemque fore arbitrati sunt. Communicavit eum nuper mihi Reuerendus ac amplissimus Dominus, Dominus VALENTINVS ABEL, Admontensis potentissimi monasterij (quod in Styria, ad Anasum amne, ultra Perium montẽ situm est) magna uirtute ac prudentia præditus Abbas, nõ incongruè Abelis cognomẽto nobilis, cum sancti Abelis de promisso semine doctrinam æternam illam nostrã & amet, & omnibus officijs ornare studeret dexterrimè. Author libri huius (qui de ortu, progressu ac fine Romani imperij inscriptus est) Engelbertus fuit, eiusdem Admontensis

Admontensis monasterij olim Abbas,
 philosophus ac Theologiae doctor magnus,
 qui sub Rudolpho Habsburgio Romanorū
 rege uixit ac floruit, de cuius electione car-
 men heroicū scripsit. Electus est in Ab-
 batem anno Domini 1297. Solitudinis
 ac heremi mirus amator, & qui iccirco la-
 boriosæ gubernationis ac Oceanicæ mona-
 sticarum ceremoniarum multitudinis per-
 tæsus, raro in Admontēsi cœnobio suo, sed
 plerunq; in Ianspacensi pago ad S. Egidium,
 duobus à monasterio miliaribus, intra al-
 tissima Styria montana habitare, ac ibi
 philosophari, & ueræ sapientiæ studijs na-
 care solitus fuit: ubi item plurima prælara
 opera scripsit, ac feliciter absoluit, quæ in
 eius monasterij amplissima bibliotheca e-
 xtant adhuc hodie, & quorum indicem
 huic pagellæ inserere postea uolo. Habes re-
 uerende domine Abba, quid me mouerit

ad libellū eum Engelberti Abbatis publicandum: colloquia nempe nostra, quibus cum cōgruere huius libri sentētia uidetur: & grauium uirorū (quibus idem placuit) authoritas ac consensus. Habes & auctorē, qui is fuerit, ubi & qua etate uixerit. Te uerò eidem scripto Genium ac patronū eligere uolui, primum ut colloquia tibi nostra, de hac ipsa causa aliquoties habita, in memoriam reuocem: deinde ut Reuerēde Paternitati tuæ pro collatis in me beneficijs, et singularibus mihi præstitis officijs, aliquo modo re gratificari, aut grati salte antiqui significationem ostendere studeam: et si de alieno liberalis hic sim, & eo te munere afficiam, quod Admontensis Abbas, si præ nominatus, eximius Heros, Dominus VALENTINVS ABEL sibi deberi existimare possit: qui tamen ut est singulari & uerè heroica uirtute præditus, facile mihi ignoscat.

ignoscet, quod ipsius gratiose mihi concre-
 ditis facultatibus literarijs, amicos mihi
 uel quaero, uel retinere studeo, tales, quorū
 ipse etiam amicitia ac consuetudine plu-
 rimum delectatur. Accipe igitur Reuerē-
 de pater, sub tutela ac patrocinij tui alas,
 Engelbertum hunc nostrum, qui de Impe-
 riorum ac regnorum mundi mirabilibus
 Euripis, multa tecum sapienter & piē con-
 fabulabitur. Bruschiū uero, tui, uti scis, stu-
 diosum ac amantem, deinceps etiam (ut
 haecenus fecisti) redamare & ornare per-
 ge. DEVS Opt. Max. aternus ille ac
 clementissimus pater Domini ac liberato-
 ris nostri IESV CHRISTI, seruet te
 diutissime saluum & incolumem: Amen.
 Data Basilea, in ædibus Oporinianis, uel
 arce potius operosissimi nostri Oporini,
 Ex qua ceu specula in Basileam prospicit omnem,
 Dum per eā Clarius ceu Phœbus inambulat alter.

Anno

Constanti
nopolis à
Turcis ca-
pta.

Anno Domini M. D. LIII. die Maij
uicesimanona: qua ipsa die ante annos cen-
tum præcise, sub imperatore Friderico ter-
tio, Austria amissa, et Turcico imperio sub-
iugata est Constantinopolis, qua clade quan-
tum uulnus acceperit miserrimum illud no-
strum Romanum Imperium (de cuius fine
liber iste differit) notius id est, quam ut pro-
lixâ hic demonstratione indigeat. Miseri-
cors & aternus Deus, qui eiusmodi impe-
riorum conuersionibus ac maximarum urbi-
um ruinis, impio ac scelerato mundo iram
& indignationem suam ostendit, parcat Ger-
maniae nostrae, propter filium suum Dominum
nostrum IESUM CHRISTUM: leniat ac
mitiget calamitates nostras, ac impedentes
nobis pœnas. Non sinat dulcissimam patriam
nostram (in qua lucem uerbi sui caelestis
misericorditer accendit) uel Turcicis ar-
mis, uel civilibus, qui iam circumquaque ex-
arset.

Præfatio.

13

asserunt motibus, in barbaricam uastitatē
redigi: ac miserrimè, quemadmodum Græ-
cia & alijs regionib. accidit, deformari: sed
excitet & seruet sibi Ecclesias in his no-
stris finibus, quæ idolomanijs medium digi-
tum audacter ostendentes omnibus, recte
illum colant, & in nomine filij ipsius
inuocent eum recte & in desi-
nenter: Amen.

Operum

OPERV M AC LV CVBRATI
onum Engelberti Abbatis Admontensis
Catalogus.

In Psalmum Beati immaculati prolixus ac insignis
commentarius.

De articulis fidei Opus.

De passione Domini ac mysterio crucis.

De corpore Christi.

De gratia Saluationis, & iustitia damnationis.

De libero Arbitrio.

De summo Hominis bono.

De prouidentia Dei:

De miraculis Christi.

De statu defunctorum.

Super Euangelium, In principio erat uerbum: Tra-
ctatus insignes ac memorabiles.

Scrisit uerò alia etiã insuper plurima, Philosophicã
Physica & Moralia, quæ in Monasterio prædicto extric-
tiũ promouente eo, qui nunc rerũ ibi potitur, eximia
uirtute præstantissimo Abbate, domino Valentino A-
bele, typis excusa Oporinianis in lucem prodibunt, &
de utriusq; Abbatis, Engelberti uidelicet ingenio, ac
superstitis adhuc D. Valentini in pietatem & lite-

ras studio incomparabili, testimonium po-
steris minimè fallax perhibebunt.

Vale Lector felicissimè.

ENGELBERTI AB-
batis Admontensis, Liber admodū inge-
niosus, ac planè philosophicus, de Ortu
& fine Romani Imperij.



Onsedentibus & collo. Præfatio
quentibus mecum ali. authoris.
quando quibusdam fa-
miliaribus, uiris prudē-
tibus ac maturis, conti-
git inter cætera Roma-
ni Imperij, siue regni, & status ipsius fie-
rent mentionem: quibusdam asserētibus, in-
tantum iam ipsum Imperium siue Re-
gnum in suis iurib. & uiribus defecisse,
quod uerisimile esset, in breui ipsum in-
totum deficere & cessare oportere: alijs
dicentibus, quod sicut à principio sui or-
tus Romanū Imperium illicite & iniuste
regna mundi & populos diuersarum na-
tionum & gentiū subegisset armorū uio-
lencia & bellorum: ita & ipsum Imperi-
um iam dudum & quotidie deinceps à di-
uersis regnis & principatibus & nationi-
bus impugnandū & imminuendum esse
donec,

16 DE ORTV ET FINE
donec in breui totaliter deleatur. Hac
ergo hincinde collocutione & collatio-
ne habita, ab aliquibus tunc presentibus
rogatus, & consideratione ipsius rei eti-
am incitatus, subsequens Opusculum de
ortu processu & fine regnorum, & prae-
cipue regni seu imperij Romani, ad iun-
ctis rationibus & autoritatibus ac ex-
emplis ipsam materiam contingentibus,
composui & collegi, credens legentibus
nonnullum solatium, neque id inutile, ex
istius materiae indagine ac notitia posse
provenire.

CAPVT PRIMVM.

Auidendum itaque, unde & qualis ab
initio fuerit ortus regnorum & prin-
cipatum: uideatur, potissimum utendum
Aristotele esse regula & processu Philosophi, se-
innuit. cundum quod ipse dicit in principio Po-
liticorum: quod si quis acceperit res ue-
lut à primo principio suo natas, sic op-
time contemplantur unumquodque. At-
similitudo tendendum est ergo, quod sicut in natu-
ra rerum insensibilium inuenitur in omni-
bus & singulis quaedam maioritas & mi-
noritas,

noritas, secundū quā alia alijs sunt me-
 liora, & per cōsequens digniora: sicut
 patet in corporib. cœlestibus, quę sunt
 meliora & digniora reb. inferioribus:
 & in inferiorib. ad se inuicē cōparatis,
 in quib. agens semper nobilius est pati-
 ente: & per cōsequens inferiora neces-
 sariò reguntur à superioribus, & pati-
 entia ab agentib. & ē contrario inferio-
 ra necessariò subiecta sunt & obedien-
 tia superioribus, et passiuā actiuā. Eo-
 dem modo habet idem se in animalibus,
 & præcipuē in his quę non sunt
 effera, sed gregalia: id est, quę per gre-
 ges sibi cohabitant, coambulant, & si-
 mul uiuunt. ut in gregib. ouium & arie-
 tum, pecorum & equorum, & in gre-
 gib. pullorum & apum: quòd uideli-
 cet in singulis generibus ipsorum me-
 liora præferuntur & præsent deteriori-
 bus, ut fortiora debilibus, & magis in-
 dustria simplicioribus, et antiquiora iu-
 nioribus: & ultimò, unum de toto gre-
 ge præfertur & præest omnibus, tan-
 quam omnium cæterorum maius, for-
 tius,

tius, ac magis industriū: ut minora & debiliora & simpliciora uel regant, uel etiā saluētur per maiora, fortiora, et magis industria. Quia natura omnib. quæ fecit, pro uidit ad salutē & conseruationē, unicuiq; pro suo modo. Hoc ipsū etiā in syluestrib. feris patet, & in auib. quia gregē ceruorū custodit & ducit unus. Similiter in capreis & ibicibus, & inter aues in ciconijs & gruibus: in syluis itē & saltibus leo est rex ferarū, & in aere aquila est rex auirū. Sic etiā inter homines, ratio imitata naturam, præfecit maiores minorib. & subiecit ad obediendū & obsequendum minores maioribus, ad salutē & conseruationem minorū per maiores. Sed quia homo cōstat ex anima & corpore, anima autē dignior est & melior corpore, & ita bona animæ digniora & meliora sunt bonis corporis: per cōsequens homo etiā alius alio melior ac dignior est homine: scilicet quod unus homo excellit aliū, uel unus multos, aut omnes alios, secundū id quod potissimum est in

*Accōmo -
datio.*

In hōmine, ex parte animæ. hoc autē est ratio & intellectus. Ergo homo naturaliter excellit hominē, secundū quod unus homo melior est alio, uel multis alijs, intellectu & ratione. Et hoc est quod dicit Philosophus in principio Politicorū, quòd homines magis uigētes intellectu & ratione, naturaliter sunt domini aliorū: & isti qui intellectus sunt inferiores, naturaliter sunt subiecti & obediētes illis tanquā melioribus & digniorib. & potentioribus, ad saluandū se & conseruandū per ipsos.

CAPVT SECVNDVM.

Primus itaq; ortus regnorum & principatum, secundum hunc ordinem & modum naturæ, ab initio talis fuit: quòd homines primæ ætatis mundi, quasi natura instigāte, & ratione, ac experientia naturalis indigentie compellente, in locis & terminis secularibus (in quibus sub conformitate linguæ & uitæ ac morum simul in unū congregati cohabitabant) unum alium ex se magis uigētem ratione & intellectu.

intellectu, ad cæteram multitudinem regendam, saluandam & conseruandã omnibus præficiabant: & illi sub pacto & uinculo subiectionis, ad se regẽdos, saluandos & conseruandos obediabant & intendebant: sicut Tullius præclare scribit, in principio primæ Rhetoricæ. Hunc autem primordialẽ regnorum ortũ, Iustinus historiographus, sequutus Trogũ Pompeium, in principio suæ Chronicæ sic declarat,

*Iustini
uerba.*

Principio rerũ, gentium, nationumq; imperiũ penes reges erat: quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehabat: populi adhuc nullis legib. tenebant, fines imperij tueri magis quàm proferre mos erat, intra suam cuiq; patriam regnabantur, &c. Ex prædictis uerbis huius historiographi, primæua regna huius mundi ab initio sui ortus apparent commendabilia ex quatuor. Primò, ex Regum bonitate: quia non per ambitionem & probitatis, sed per electionem uirtutis &

*Que res
commen-
dent Re-
gnum: &
quib. ar-
tibus et ra-
tionib. con-
stiterũt pri-
ma regna
mundi.*

probitatis promouebatur in reges. Secundò, ex populorum libertate: quia nullis districtis legibus tenebatur, sed solis rectis moribus utebantur. quod laudabile equidem fuit plurimùm: quia sicut dicit Macrobius in Saturnalibus, Macrobi-
166. Nisi pessimis morib. ab hominibus ueretur, opus ferendis optimis legib. non fuisset, quia leges bonæ ex malis moribus percreantur. Et propterea dicit Valerius Max. in reprehensione Atheniensium, quòd uidelicet Athenienses ideo fuerint deprauati, quia cum pessimos mores & optimas leges haberent, suis moribus magis quam legibus uiuere uoluerunt. Tertiò, ex bello rum æquitate: quia fines regnorũ magis defendere quam dilatare studebāt. quod Cicero in Officiorum libris approbat, dicens, quòd bella non sint inferenda, nisi pro sua re & patria defendenda, aut recuperanda. Quartò ex ipsorum regnorum securitate: quia singulorum regna intra patriã uniuscuiusq; finiebantur. Secundum ipsum etiam

Ciceronem enim, iustius est tenere, & securius defendere unumquemque quod suum est, quam inuadere & possidere alienum. Et notandum hic, quod prædicta quatuor (ex quibus laudantur primæua regna mundi) sese inuicem causali ordine consequuntur, & fecerunt ab initio regna bona & iusta, reges item bonos & iustos, quia ex populi libertate (qui magis rectis moribus quam districtis legibus utebatur) consequenter causabatur regum bonitas, & bellorum æquitas, ac ipsorum regnorum securitas: ut per oppositum intelligamus, quod ubi populus iniquis moribus utitur, quamuis æquas leges habeat, tunc præualet ambitio potestatis, non electio bonitatis in regem seu principum promotione: & per consequens, iniuria & iniquitas in bellorum illatione, & uiolentia ac cupiditas in iniustarum uicinorum inuasionem, ac occupationem: quæ præbent causam & occasionem regnis & regibus malis, ac iniuris. Unde de regnorum successu & processu

Quid regnum maxime deho- nestet, & euertat etiam.

processu subsequenter est dicendum.

CAPVT TERTIVM.

Quoniam igitur homo constat ex anima & corpore, quarum duarum hominis partium anima corpori dominatur, tanquam melius & dignius deteriori & indigniori: sic etiam in anima, cum plures sint partes ipsius, melius & dignius ipsius animæ naturaliter dominatur deteriori & indigniori. Sunt autem apprehensivæ meliores & digniores partes ipsius anime, quæ sunt, sensitiva, imaginativa & rationalis: inter quas rationalis tanquã dignior & suprema, naturaliter dominatur inferioribus, videlicet imaginativæ & sensitivæ, quia per illam anima non solum apprehendit res, sed etiam iudicat quid sit verum vel falsum, et bonum aut malum in ipsis vel de ipsis rebus, tenendum vel fugiendum. Sed quoniam (ut dicit Philosophus in tertio Ethicorum) tria sunt in anima, scilicet passiones, potentia, & habitus: passiones dicuntur fortiores motus sensuum

interiorum, secundum quas afficitur anima circa res apprehensas, ut bonas uel malas, gaudendo uel tristando, & appetendo uel fugiēdo. Circa res uerò apprehensas & iudiciū earū, contingit error & defectus propter passiones, quæ solum illud quòd sensum uel animum delectat, faciunt uideri esse bonum, licet sæpe sit malum: & solū illud quod sensum uel animum contristat, faciunt uideri esse malum, licet sæpe illud in ueritate sit bonum. Quia ut dicit Philosophus, in passionibus ratio non est recta: & propter hoc circa uerè bonum & malum ratio practica aliquando impeditur, & præualent passiones: aliquando uerò in aliquibus hominibus ratio præualet & dominatur passionibus. Passiones uerò dico, concupiscentiam & iram, quando non obtemperant rationi, nec sequuntur regnum & regulam ipsius. Propter hoc, sicut circa alia agibilia, ita & circa ea quæ pertinent ad officium & actū regendi & regnandi, aliquando & in aliquibus domina-
tur

tur ratio passionibus. & cum hoc fit in regibus & principibus, tunc erunt ipsi reges et principes boni, bene regentes & regnantes. Aliquādo uerò & in ali- quib. passiones præualent rationi, & secundum qualitatem & quantitatem & modum illius præualentia erunt re- ges & principes non simpliciter boni: sed uel simpliciter mali, uel mediocri- ter boni aut mali.

*Reges ob-
tēperantes
rationi po-
tius quam
affectibus,
boni sunt,
& horum
regna etiā
bona cense-
antur.*

CAPVT QVARTVM.

Quoniam autē in omnibus illud quod est secundum naturam, prius est eo quod non est secundū naturam: bonum autem esse, prius est se-
cundum naturam, eo quod contra na-
turam est, malū esse: propterea uerita-
tem narrare uidētur, et maximē secun-
dum naturalem ordinem sese habere
historiographi, dum scribunt, quòd ab
initio ortus regnorum fuerint reges
boni, & regna bona & iusta: & quod
deinceps quasi succedente & præua-
lente eo quod est contra naturam, ei
quod est secundum naturam, ratione
b s uidelicet

*Dum re-
gnabat
iustissimus,
bona erant
regna: cum
uero succe-
derent du-
mūdi reges
iustissimi
regna de-
teriora fa-
cta sunt.*

uidelicet in hominibus succumbente
 passionibus, uel cedente: quia, sicut in
 partibus, ita & in toto, tēporis succes-
 sus facit res mundi deficere à suo prin-
 cipio: per consequens etiā illa primæ
 ua bonitas & æquitas primorum regū
 & regnorum ac populorū, mutata sit
 in processu deinceps in malitiam & ini-
 quitatem malorum regum et regnorū.
 Vnde prædictus historiographus Iusti-
 nus, post prædictam descriptionem or-
 tus honorū regnorū, et regū primorū,
 subdit de processu & de successu mu-
 tationis illius primæ uæ bonitatis & æ-
 quitatis succedentium regū & regno-
 rum in maliciam & iniquitatē. Et hoc
 in primo maximorum mundi regno-
 rum, ubi prima monarchia totius ori-
 entis inceptit, uidelicet in regno Afsy-
 riorum exemplificat, ita dicēs: Primus
 itaq; omnium Ninus, rex Afsyriorum,
 ueterem & quasi auitum gentium mo-
 rem, noua imperij cupiditate mutauit.
 Hic primus intulit bella finitimis, et ru-
 des adhuc ad resistendum populos, ter-
 minos

*Verba Iu-
 stini.*

minos adufq; Lybiæ perdomuit. Ac Ninus eu-
paulo pòft, de proceffu & fuffeffu uio-
piditati-
bus magis
quàm ra-
tioni ob-
temperans
& frenos
laxans, ex
rege fit ty-
rannus. Et
is modus
eft augen-
di & ite-
rum de-
ftuendi
imperia.
Regere, re-
gnare. lente dominationis ac tyrānidis ipsius
dicēs, addit: Ninus magnitudinē que-
litæ dominationis continua poffeffio-
ne firmavit. Domitis enim proximis
quibusq; cū acceffione uirium fortior
ad alios transfret, & proxima quæq; ui-
ctoria instrumentum efferet fequentis, Hæc
totius orientis populos fubegit. Hæc
Iuftinus. Quia uerò (ficut Augufti-
nus quinto libro de Ciuitate Dei in-
quit) differentia eft inter regere & re-
gnare, quia regere dicit beneuolentiã
confulentis & prouidentis, regnare ue-
rò dicit faftum & fuperbiam dominan-
tis: patet, quòd non beneuolentiã regen-
di, fed faftus & fuperbia dominandi &
regnandi fuit prima caufa mutationis
regnum in tyrannides, & regum in
tyrannos: quia confequebatur primò
uiolēta inuafio & oppreffio uicinorū,
& iniqua dilatatio terminorum, & oc-
cupatio exterorum: deinde difcordia
ipforum ciuium inter fe & cum ipsis re-
gibus,

gibus, & ulterius à maioribus oppressio minorum.

CAPVT QVINTVM.

*Quomodo
creuerit
Rom. im-
perium.*

EUndem quoq; fuisse modū & ordinem ortus & processus ac successus regni, siue imperij Romani, ultimæ & amplissimæ Monarchiæ mundi, Salustius describit dicens: Igitur ab initio reges diuersi, & pars ingenium, alij corpus exercebant, & uita hominum sine cupiditate agebatur, ac sua cuiq; satis placebāt. Quatuor uirtutes hic commēdantur in illis antiquis Romanorum regibus & populis. Primò, studium artium liberalium, cum dicit, quòd pars eorum exercebāt ingenium, &c. quia sicut dicit plenius, optimè tūc respublica agebatur, cum reges philosophabant, & philosophi regebant. Secundò militare exercitiū, scilicet quòd utebantur ad defendendum sua, nō ad inuadendum aliena. Vnde tertium sequitur, quòd uita hominum sine cupiditate agebatur: scilicet in eo, quòd nemo cōcupiuit aliena. Cuius causa erat illud

*Nota ha-
bitudium.*

illud quartū, quod subdit, unicuique sua placuisse. Talis autem status regni Romani sub solo Numa Pompilio, secundo post Romulum rege Romanorum fuit: cuius toto tempore clausis portis Iani, Roma in pace regnavit. Erant enim Romæ duæ portæ, quæ dicebantur Iani, consecratæ deo Iano, à quo Ianuarius mensis Iano consecratus dicebatur: quæ non aperiiebantur, nisi tempore belli: una, per quā exercitus prodibat; alia, per quam redibat ad urbem post adeptam uictoriā cum triumpho. Toto autem tempore pacis claudebantur. Deinde processu temporis è successerunt secundarū (sicut dicit idem Salustius) cum Roma ex lōga pace & trāquillitate, sub prædicto Numa Pompilio, secundo rege suo, legib. & moribus, reb. itē ac hominibus satis prosperè se habentibus, augmentata fuit: primò ex ipsa rerum opulentia, auaritia & inuidia in uicinos orta est, iuxta illud Iuuenalis poetæ:

Prima peregrinos obscena pecunia mores

Reges abundantes, nondū suis opib. cōtenti, aliena etiā appetunt.

Intulit,

intulit, & turpi confregit secula luxu.

Vnde succedentes reges cum populo Romano, uicinos cœperunt bello pertere & tentare: utq; hoc securius possent & efficacius adimplere, uires suas artibus instaurarunt, ut sic artibus simul ac uiribus implere possent, quod cupiebant. Alios itaq; uicinos, sibi sociabant, & unâ cū illis alios impugnabant: & pro libertate patriæ suæ & regni se pugnare asserentes, ne alijs seruiret, hoc potius intendebant, ut alios sibi seruire facerēt: & alios remotiores sibi socios iungentes, prioribus diffidebant, quorum auxilio uicinos subiugarent: & ipsos quoq; prius socios, nunc subditos sibi faciebant. Sic sub septem regibus suis primis, Roma his artibus & uiribus per C C X L I I annos semper magis ac magis creuit ad Tarquiniū usq; Superbum, qui primorum regum Romanorū septimus & ultimus fuit: qui ideo Superbus uocatus est, quòd fastu regali primus ultra suos antecessores superba

Artes Romanorum, quibus maxime initio pugnant.

Tarquinius Superbus.

superba dominatione utebatur: cuius filius Lucretiam, nobilissimā pudicissimamq; matronam, Collatini senatoris uxore, uiolenter oppressit: propter quod senatus cum populo Romano *Exacti ro-* patrem & filium simul de regno & ur- *ges.* be expulit: & annuos deinceps sibi cōsules, unum uel duos aut tres creauit, qui patriæ & Reipub. potius consulendo prouiderent, & prouidēdo consulerent, quā regnarent. Hi consules annui deinde per CCCCXLIIII. annos, usq; ad Octavianum primū imperatorem, Ro. remp. gubernabant.

CAPVT SEXTVM.

Post primos itaq; reges expulsos, cōsules de anno in annum creati, coeperunt unā cum senatu & populo Romanam remp. quasi ad primū ortū suum reducere, & à corruptis regū moribus de nouo in melius reformare: de quibus Cōsulibus & senatoribus dixit Ennius poeta:

Moribus antiquis stat res Romana, uirisq;

Quam poetæ sententiam commendat

mēdat Tullius, dicēs: quòd bene dixerit Ennius, creuisse & stare Romam etiā per illos uiros & mores: quia utiq; non fuissent illi mores, si non fuissent illi uiri: neq; illi tales uiri, si non habuissent illos tales mores. Illi autem mores hi fuerūt, quos Cato laudauit in oratione ad populum ac senatum Romanū, sicut scribit Salustius, ita dicens: Nolite putare, maiores nostros solis armis rempublicam Romanam ex parua fecisse magnam, sed alia fuerunt, quæ illos magnos, & illam magnā faciebāt: uidelicet domi industria, foris iustum imperium, animus in cōsulendo liber, nec libidini nec delicto obnoxius. Erant enim illi antiqui laudati inter Romanos, domi in re sua priuata parci & modesti, foris liberales: habebant ærarium publicū opulentū, & tenues res priuatas: cupidi magis gloriæ quàm pecuniæ, amantes Rempub. & patriæ magis quàm se uel sua, cui soli patriæ laborare & uiuere uoluerunt, pro qua mori etiā non timuerunt, Vnde omnibus

Veteres Romanorum mores.

bus nervis studuerunt, ut bellorum & periculorum pro ipsa patria susceptorum laboribus primò facerent eam liberam, ut nulli seruiret: deinde dominam, ut cæteris gentibus imperaret. Tales itaq; fuerunt primi antiqui Romani. Deinde processu tēporis, ex successu rerum secundarum, illis moribus antiquis abolitis & deletis, iterum successerunt mali & corrupti mores, peiores prioribus. Quia sicut sub regib. prius ex rerum opulentia orta fuerat auaritia & inuidia ad uicinos, quos inceperunt bello petere & impugnare: ita postmodum sub consulibus ex dilatata potētia super exteros & remotos ferre omnes iam subactos, orta est superbia & uiolentia in conciues, & in suos. Vnde scribit Salustius, post reges primos Romanos, ut prædictū est, expulsos sub primis Consulibus creatis, quamdiu metus impugnationis Tarquinij pro recuperando sibi regno durauit, æquo & modesto iure & more actum esse à Cōsulibus & senatoribus

cum plebe. Metu uerò illius impugna-
 tionis cessante, & restituta tranquilli-
 tate, cœperunt primò ualidiorū iniu-
 riæ cōtra plebē excrescere, & ipsi con-
 sules ac senatores plebem seruili impe-
 rio premere, & regio more uerberibus
 punire, ac agris suis & rebus pruitare,
 & soli in imperio agere, quasi domini,
 non quasi patroni reipub. & ipsius pa-
 triæ, sicut prius aliquandiu consueue-
 rant. propter quod plebs armata ma-
 nu collecta, secessionem in Auentinū
 montem fecit: ubi tandem populus sic
 fuit cum senatu concordatus, ut uideli-
 cet contra iniurias & uiolentiās sena-
 torum populus sibi crearet Tribunos
 plebis, qui populi causas contra sena-
 tum defenderent, si quādo senatus si-
 mili quadam uiolentiā populo con-
 traireret. Ex quo notandum est, quòd
 isti sunt mali mores, qui reges & prin-
 cipes faciunt fieri, & esse, tyrannos:
 primò, liberos homines seruili iugo
 opprimere, ut si miles uel nobilis com-
 pellatur steuras uel exactiones cum
 plebe

*Ex impe-
 rio uiolen-
 to seditio-
 nes oriun-
 tur.*

plebe soluere. Secundò, corporaliter
 castigare liberum aut nobilem homi-
 nem, uel punire: quia hoc pertinet ad
 cōditionem seruorum & rusticorum,
 & non itidem ad statum nobilium ac
 liberorum. Tertiò, rebus suis ac hono-
 ribus ipsos priuare: quia nobilium &
 liberorum res ac honores, debent cum
 personis ipsorum gaudere pari iure.
 Quartò, contra uerecundiam, petulan-
 tiam aut iniuriã uxorib. uel filijs ipso-
 rum inferre: quia liber hominis liberi
 animus magis eligit mortẽ pati, quàm
 contra uerecundiam, confusionem ali-
 quam in illis causis & rebus, in quib.
 summus honor, & summa hominis li-
 bertas cōsistit, experiri. Vltimò itaq;
 cum iam ferè omnibus gentibus & re-
 gnis subiugatis, & in prouincias reda-
 ctis & subactis, Romani felici pace,
 & pacata felicitate, gaudere in suę do-
 minationis imperio potuissent: Sena-
 tus, sicut prius contra plebem, ita tunc
 contra semetipsum, & inter semeti-
 ipsos diuisi senatores, pro obtinenda

*Haud faci-
 le est agra-
 com moda-
 mente pati.*

*Bella ciuili-
lia Romæ.*

consulatuū, & aliarum dignitatū dominatione, solius iactantiæ & gloriæ cupiditate atrocissima ac crudelissima bella ciuilia excitarunt & exercuerūt: quorū tria famosa fuerūt. primū Syllæ et Marij, secundū Cæsaris & Pompeij, tertiū Antonij & Augusti Octauiani, qui solus & primus deuicto Antonio obtinuit Romani Imperij monarchiam: cuius successores deinceps ad hæc usq; tēpora, sub Monarchia, id est sub unius imperatoris singulari principatu Romanum imperium tenuerunt.

CAPVT SEPTIMUM.

His igitur de primo ortu & processu ac successu regnorū, & principatuū breuiter præhabitis & præmissis, de statu ipsorū subsequēter est agendum. Circa statum uerò regnorum & principatum, quatuor sunt inquirenda & scienda. Primò, de regno scelici uel infelici: secūdò, de regno iusto, uel iniusto: tertio, de regno magno uel paruo: quartò, de cōbinatione & comparatione istarum trium cōditionum, &

& statuum regnorum ad inuicem. Ne-
cessitas autem considerationis huius,
& sufficientia etiã perscrutationis est,
quia, cum secundum Philosophũ pri-
mo Ethicorum, Omnes actiones hu-
manæ ad finem ultimum referantur,
qui est fœlicitas, tanquam summum
bonum, ad quod omnia alia bona hu-
mana ordinantur: bonum autem re-
gni sit maximum, quia bonum quod
quæritur in prima communitate siue
cõmunicatione aut societate hominũ
ad inuicem, est domus constituta ex ui-
ro, uxore, liberis ac seruis, ordinata ad
bonum ciuitatis, tanquam minus bo-
num ad maius, & pars minor ad maio-
rem: Bonum uerò ciuitatis ordinatur
ad bonum regni siue principatus, tan-
quam maius bonum ad maximum, &
principalis pars ad suum totum: patet
inde, quod fœlicitas regni siue princi-
patus, est maximum bonum, tanquã
id cuius gratia omnia sunt & fiũt, quæ
in regno uel principatu disponuntur,
& ad quod omnia cætera particularia

ordinantur. Et ita de necessitate oportet, eum qui præest regno uel principatui, scire, quid sit, & in quo sit regni uel principatus finis, uel felicitas constituta. Sed quia, sicut patet per Philosophum in principio Ethicorum, felicitatem humanam alij posuerunt in uirtute, alij in uoluptate (quæ est duplex, scilicet cupiditas honorum, quam multi quaerunt propter auaritiam et luxuriam, propter quod dicit Philosophus ibidem, quod uitæ actiuae famosæ inter homines sint tres: uidelicet uita uirtuosa, quæ felicitatem & summum bonum sibi constituit in uirtute, & in actione secundum uirtutem: & uita uoluptuosa, quæ felicitatem suam & summum bonum sibi ponit uel in humana gloria & honore, propter delectationem superbiam, & uanæ gloriæ: uel in diuitijs, & in pecunia, propter delectationem auaritiæ, & luxuriæ) regnum autem iniustum appetitur propter superbiam, quia superbos magis delectat uolentia quam iusticia, quia putant se magis

Duplex uita.

magis excellere faciēdo iniuriā, quā
 obseruando iusticiam: quia iusticia est
 æquatio, & æqualitas quædam. Re-
 gnum autem magnum appetitur pro-
 pter auaritiā & luxuriā, quia aua-
 ros & luxuriosos magis delectat mul-
 tarum rerum & usum ipsarum immo-
 derantia, quā modus & temperan-
 tia: propterea reges & principes cupi-
 entes foeliciter regere & regnare, ne-
 cesse est diligenter considerare & sci-
 re, utrum iustè uel iniustè regere & re-
 gnare, faciat ad foelicitatem regni uel
 principatus, uel ad eius contrariū: &
 utrum regni & principatus dilatatio
 & magnitudo, aut eius moderata limi-
 tatio, faciat foelix regnum, & foelicem
 principatum.

*Quid regē
 maxime
 scire oportet.*

CAPVT OCTAVVM.

Primò igitur considerandum &
 sciendū est, quid sit foelicitas, sim-
 pliciter & communiter accipiēdo.
 deinde, quæ sit, & in quo sit foelicitas
 regni uel principatus, constituta: Se-
 cundum philosophum itaq; in princi-

*De regno
 felici & in
 felici.*

Fœlicitas
quid

Definitio
nominis

Definitio
rei

pio Ethicorū, fœlicitas dicitur duobus modis. Vno modo fœlicitas hominis, in quantum homo simpliciter: & hæc consistit in delectabili actione, secundum optimam & perfectam uirtutem hominis, in quantum homo: quæ est actio eius secundum intellectum & rationem. Alio modo dicitur fœlicitas uniuscuiusq; , in quantum talis: ut hominis bellatoris, in quantum bellator: uel hominis ciuilibis, uel politici, in quantum politicus uel ciuilibis: & hominis regis uel principis, in quantum rex uel princeps. Et fœlicitatē sic acceptā describit Philosophus in primo Rhetoricæ, quòd fœlicitas est delectabilis operatio boni cum uirtute, & propter uirtutē, &c. Hæc est definitio fœlicitatis, uel potius descriptio eius, in quantum est in animo, quò ad complementum delectationis, & fruitionis uirtutis, & operis secundum uirtutem. Iterum describit ibidem fœlicitatē aliter, dicens: Quòd fœlicitas est uita per se sibi sufficiens, cum delectatione infallibili, &c. &

& hæc descriptio ferè cedit in eundem intellectum cum priori. Iterum aliam descriptionē eius ponit, dicens: Quòd fœlicitas sit potētia acquisitiua, & conseruatiua eorum quæ faciunt ad uitæ ciuilibis hominis bona interiora & exteriora, ad uirtutis usum & fructum ordinata. Et hæc descriptio propriè conuenit fœlicitati uitæ politicæ, cuius species est fœlicitas regalis & principalis, sicuti dicitur in quarto Politico. Quæ ergo sit, & in quo cōstituta sit fœlicitas regni & principatus, uide licet in fine, ad quem ordinatur officiū regiminis, nunc uidēdum est. Ad hoc autem inueniendum, & sciendum, dat egregiam uiam & introductionem, illud quod dicit Philosophus in secundo de Anima: Quòd idē est accipere & uidere in toto, quod in partibus. Vnde, quia regnū est quiddam totū, cuius primæ partes sunt singuli homines in regno habitantes: propterea, sicut Augustinus dicit libro quarto de Ciuitate Dei, non ex alijs, sed ex eisde

*De regni
fœlitate.*

causis foelix est regum, & quilibet homo in regno. Ex quibus uerò causis quilibet homo priuatus sit, & dicatur foelix homo in rebus suis priuatis, Augustinus ibidem, facta positione per simile declarat, dicens: Ponamus duos homines, unum mediocre statu suo, & rebus: alium uerò prædiuitem, & magnum statu & reb. Et ponamus illum mediocre hominem se & sua rectè regentem & æstimantem, sua sibi bene sufficere, & pro tãto suis esse contentum, & alienis rebus non intentum, mente quietum, suis charum uicinis, gratum omnib. æquum & placidum, ac nulli molestum, & sic semper liberum & securum. illum uerò prædiuitem & magnum, se & sua non rectè regentem, suis non esse contentum, & per consequens alijs inuidentem, & alienis reb. & honoribus inhiantem, & sic animo semper turbidum, mente inquietum, laboribus & insidijs plenum, occupatum corpore, & animo uexatum, semper formidolosum, suis grauem, & extraneis

Augustinus.

Simile, uel collatio.

traneis inuisum, & utriusq; odiosum, ac iccirco nunquam tutum, & nusquam securum. Nemo autem sanæ mentis et rationis particeps ignorat uel dubitat, uter horum duorum gaudeat fœlicitate, & uter eorum torqueatur miseria & infœlicitate. A simili itaq; illud regnum, & ille principatus in ueritate poterit dici fœlix, cuius rex uel princeps se & suos rectè regens, suis honoribus, iurib. rebus ac terminis est contentus, illis benè prouidens, & ipsis benè utens: suos in suis non lædens, alienos iniuste non inuadens, pacificus cū uicinis, gratus et gratosus suis: qui per cōsequens, semper erit animo serenus, mente tranquillus, ubiq; tutus, & semper securus, uita incolumis, fama laudabilis & laudatus, & in sua gloria delectabilis & iucundus. Econtra uerò, infœlix dici poterit illud regnum & ille principatus, cuius rex uel princeps se & suos non rectè regens, & suis nō rectè prouidens, & ipsis malè utens, cogente necessitate suis non est contentus,

Quod regnū uerè sit fœlix.

Quod regnum uerè sit infœlix.

tentus, & aliorum rebus rapiendis intentus, suos opprimens, uicinos inuadens, cū nullo pacificus, amicis ingratus, exteris odiosus, omnibus formidabilis & formidulosus, mēte turbidus, animo inquietus, in semetipsum fremens, in alios amarus, spiritu uexatus, corpore tribulatus, timorib. anxius, sollicitudine dubius, insidijs perplexus, alijs grauis, sibi onerosus, et omnib. terribilis, nulli amabilis, nec iucundus.

CAPVT NONVM.

QUOD autem prædictæ conditiones illius hominis mediocris, sint partes constituentes & integrantes felicitatem ipsius, & his contrariæ conditiones alterius hominis prædiuitis & magni causentur infelicitatem & miseriam illius: sic patet, quia sicut secundum Philosophum in primo Ethicorum, tres sunt conditiones, ut partes felicitatis, quæ faciunt hominem felicem ac beatū, uidelicet sufficientia nullo indigens, & tranquillitas nihil dolens, & securitas nihil timens: ita per oppositum

Quid felicitatem faciat hominem, aut cōtrā.

oppositū tres sunt perturbationes mē-
 tis, quæ faciunt hominem miserum &
 infelicem, scilicet concupiscentia sem-
 per indigens, & qui eam consequitur
 dolor semper urgens, & timor semper
 premens: quod sic ostēditur. Si enim
 felicitas est sufficientia bonorum, quæ
 iam ut præsentia & existētia ab homi-
 ne possidentur, & quibus homo iam
 fruitur cum delectatione infallibili, ut
 prædictum est: delectatio uerò infalli-
 bilis, in eo quod est delectatio, caret
 dolore, & in eo quod infallibilis, caret
 timore: patet, quòd indigentia (quæ
 causatur ex insatiabili concupiscentia,
 & opponitur sufficientiæ) & dolor ip-
 sam consequens (qui cōtrariatur de-
 lectationi) & timor (qui causatur ex re
 rū instabilitate, quæ opponitur infalli-
 bilitati & securitati) erūt causa miseræ
 & in felicitatis. Si enim fœlix est, qui
 habet sufficientiam, iccirco quòd nihil
 eo quod habet, amplius concupiscat,
 & qui in seipso delectatur & quiescit,
 eo quòd nihil habet quòd doleat: &
 qui

*Quis fœlix,
 aut infœ-
 lix.*

qui securus est in seipso, eo quòd nihil expectat quòd timeat. Per oppositum infelix & miser erit, qui semper indiget, ex eo quòd semper ei restat aliquid, quod concupiscat; & nunquam est in se quietus, eo quòd semper habet aliquid quòd doleat: & nunquam in semetipso securus, eo quòd semper expectat aliquid quòd timeat. Omnes autem prædictæ conditiones illius viri mediocris, indicant ipsius sufficientiam cum tranquillitate & securitate: & omnes conditiones illius magni et prædiuitis, augent in eo insatiabilem concupiscentiam, & per consequens indigentiam cum dolore continuo & timore. Ergo illæ faciunt illum mediocre, felicem & beatum: & istæ faciunt prædiuitem istum, infelicem & miserum. Et idem est accipere & uidere consequenter in rege, uel principe, habente in se condiciones illius magni & prædiuitis, uel alterius hominis mediocris. Ex hoc patet etiam ulterius, quòd sola uera & plena libertas est, sola uera & plena felicitas: &

Applicatio hactenus dictorum.

& per oppositum, uera & plena seruitus est, uera & plena infelicitas. Libertas autem uera intelligitur, quæ est libertas animi à malitia concupiscentiæ infestante, & à dolore indigentia cruciante, & à timore insufficientiæ contristate. Similiter uera seruitus est, quæ seruit insatiabili concupiscentiæ, ut expleatur: & timori insufficientiæ, ut repleatur: & dolori indigentia, ut impleatur.

Vera libertas.

CAPVT DECIMVM.

Vlso igitur, & habito sermone ex prædictis, de regno felici, & in regno iusto, uel iniusto. Sciendum igitur, quòd duabus de causis solet dici rex uel princeps, aut dominus, iustus uel iniustus: uidelicet, uel ex adoptione, ut si iuste uel iniuste regnum, uel principatum seu dominium est adeptus: uel ex administratione, ut si iuste uel iniuste regit, & administrat regnum, uel principatum, seu dominium adeptum. Et circa hoc inueniuntur

De regno iusto, uel iniusto.

Duab. causis dici regem iustum, uel iniustum.

tur

tur quatuor differentia, seu diuersitates. Potest enim aliquis regnum & dominium iuste adipisci, & iuste administrare: aliquis uero iniuste adipisci, & iniuste administrare: alter autem iniuste adipisci, & iuste administrare: alius quoque iuste adipisci, & iniuste administrare. Primo igitur dicendum est de adeptione. Adeptio regni, uel principatus fit trib. modis: uidelicet uel per electionem, uel per successionem, uel per occupationem. Per electionem adipiscitur quis regnum, uno duorum modorum: scilicet aut sine successione, sicut fit in regib. Romanis, quibus electis, in regnum filij uel haeredes eorum de iure non succedunt, nisi eligantur: aut cum successione, sicut fit in alijs regnis, & regibus multis, ut in Francia, & Hispania, & consimilibus illorum, in quib. primus rex solus per electionem peruenit ad regnum, & decinceps filij & nepotes per successionem. Per successionem uero adipiscuntur regnum, primogeniti regum, & seniores per gradum

De adeptione regni.

Electio.

Successio.

gradum: ita quòd primogenito mortuo sine hærede, semper senior inter reliquos succedit. Per occupationem uerò adipiscitur quis regnum, similiter uno duorum modorum. Aut quando aliquis regum aliquam gentē non habentem regem, & non rebellem, sed spontaneam sibi subiecit: uel rebellem bello deuicit, & ipsam uel regno suo adiecit, uel regnum per se (constituto se ibi rege) fecit: sicut fecerūt olim Longobardi de prouincia Ligurum, quam bello subegerunt, & sibi regnum ex ea constituerunt. Et sicut fecerunt Gothi in Hispania, cuius quandam partem bello obtinuerunt, & in ea sibi regnū Arragoniæ cōstituerunt. Vnde dicta est Arragonia, quasi arra Gothorum: quia à principio dixerūt, se illam partē Hispaniæ, de potestate Imperij Romani, pignoris nomine occupare, quasi arram quandam, id est partem suorū stipendiorum, ab Imperio sibi promissorum. Aut quando rex regem iusto bello uictum interfecit in bello cū filijs

*Occupatio.**Longobardi ex Liguria fecerunt regnum.**Gothi in Hispania sedem sibi fecerunt.**Arragonia unde dicta.*

filijs & hæredib. suis, & regnum ipsius
 iure belli possedit: sicut interfecto Sar-
 danapalo, ultimo Assyriorū rege, tran-
 slatum fuit Assyriorum regnū ad Me-
 dos & Persas: & interfecto Dario cum
 suis filijs ab Alexandro magno, tran-
 slatum fuit regnum Persarum ac Me-
 dorum ad Græcos. Isti autem modi a-
 dipiscendi regnum, patent ex primo
 Officiorum Ciceronis, ubi dicit elo-
 quentiæ Romanæ parens, quòd cum
 antiquis temporibus, subrudibus ad-
 huc populis, essent omnia communi-
 ter adhuc omnium, facta sunt postmo-
 dum singula singulorum: aut ueterum
 occupatione, quia quod nullius erat,
 concedebatur occupanti: aut iure bel-
 li, aut sorte, aut successione. Et quia
 eadem est causa & ratio in toto, quæ
 in partibus: proinde sicut singuli in re-
 gno à principio adepti sunt singula
 sua, ita & Reges à principio ade-
 pti sunt ipsa regna, ut præ-
 dictum est.

CAPVT VNDECIMVM.

QVoniã ergo inter prædictas quã
 tuor differentias regnorum seu
 regum, iustorum uel iniustorum, de il-
 la prima differentia nullum est dubiũ:
 nisi simpliciter dicatur, & sit rex iu-
 stus, & regnum iustum, quando quis
 regnum iuste adeptus est, & iuste etiã
 administrat & regit ipsum regnum. Si-
 militer & de secunda non est dubium,
 nisi simpliciter sit & dicatur Rex iniu-
 stus, & regnum iniustum, quãdo quis
 regnũ iniuste adeptus est, & id ipsum
 nec iuste nec bene regit aut admini-
 strat. De alijs duab. differentijs uiden-
 dum est: Vtrũ uidelicet dici possit iu-
 stus rex, qui regnum iniuste adeptus
 est, etsi bene id ipsum regat, ac laudabi-
 liter administrat: uel qui iuste quidem
 adeptus est, sed non bene, neq; etiam
 iuste regit & administrat. Ad hoc autẽ
 soluendum & sciendum, est conside-
 randũ, quòd cum cessante fine, cessent
 etiam ea quæ sunt propter finem: & re-
 gni seu principatus adeptio, sit pro-
 pter

*Alia quæ-
 stio.*

pter ipsius regni, uel principatus regimen, & administrationem, ut propter finem. Ergo cessante regimine, & administratione, nihil faciet adeptio, tanquam uacua et inanis, carensq; suo fructu, & effectu. Regnum uero malum & nullum, & administratio mala & nulla, æquipollēt. Ergo quamuis iuste aliquis sit adeptus regnum, uel principatum, si tamen utitur malo regimine & iniqua administratione regni, non erit neq; dicetur rex iustus. Quod patet ex eo, quod quamuis aliquis iuste adeptus sit regnum, si non bene regit, aut intolerabilis est in regendo, malicia ipsius iuste deijcitur, & de regno deponitur. Restat ergo uidere de quarta differentia, uidelicet utrum dici possit rex iustus, qui iniuste adeptus est regnum, licet iuste uel bene regat, & principatum administret. Et uidetur, quod non: quia dicit lex, quod id quod à principio non ualuit, ex tempore non conualescit. Ergo qui iniuste à principio adeptus est regnum, ex

ex tempore non conualefcit, ut post-
 modum fit & dicatur rex uel princeps
 iustus. Sed in contrarium est, quòd sci-
 licet hoc regnū, uel imperium Roma-
 num non sit, nec dici possit, esse regnū
 uel imperium iustum: quia certissimū
 est ex historijs, quòd Romanum re-
 gnum & imperium, ab initio conditæ
 urbis, non creuit neq; peruenit ad suū
 statum: nisi uicinos primò & deinde
 remotos, ac remotissimos usq; ad fi-
 nes orbis inuadendo, expugnando ac
 subiiciendo, & interfectis, uel remotis
 regibus, eorum regna in prouincias re-
 digendo, & sub suum iugum & impe-
 rium coercendo. Tali autem modo
 per uolentiam, non per iusticiam, adi-
 piscitur quis regnum, & dominium.
 Circa huius dubij solutionem, sciendū
 est: quòd regnum Romanorum ab ini-
 tio & deinceps triplici iusticia adeptū
 est dominiū, & imperium aliorum re-
 gnum sibi subiectorum. Primò per
 iusticiam bellicā: quia illa regna, quæ
 iusto bello deuiet a sibi subiecit, iustè

*Imperium
 Rom. non
 esse iustū.*

*Romanum
 imperium
 trib. modis
 subiecit si-
 bi cetera
 mundi re-
 gna.*

sub ipsius imperio & dominio permā-
 serunt: & per hunc modum ac causā
 primò in Oriente super Pontum
 & Asiam bello Mithridatico Romani
 iustum imperium sunt adepti. Simili-
 ter Macedonia, Græcia & Epirus iu-
 sto bello habito cum Pyrrho & Phi-
 lippo regibus illorum regnorum, Ro-
 mano imperio iuste accesserunt. Eodē
 modo in Meridie, iusto bello habito
 cum Hannibale, & Hasdrubale, & Lu-
 gurta, Carthago et Africa: & in Occi-
 dēte, Hispania tota ex bello habito cū
 Hannibale, Romano imperio est adie-
 cta. Et sic deuictorum istorum iniqui-
 tas, & Romanorum uincientium iusti-
 cia, iustum super eos imperium eis fe-
 cit. licet, secundum Augustinum, meli-
 us fuisset Romanis, habuisse uicinos
 concordēs, quib. collatarentur, quā
 rebelles, quibus uictis dominarentur;
 quòd non potuit fieri sine magna cede
 suorum. Secundò adeptum est Rom.
 imperium alia mundi dominia per di-
 spositionem testamentariam: sicut in
 Oriente

Oriente, ex testamento Nicomedis regis, tota Bithynia & Paphagonia; & in Africa, tota Numidia & Mauritania, ex testamento Masinissæ regis accessit imperio Romanorum. Quod etiam de pluribus alijs regnis ita factum esse, in Chronicis Eutropij, Salustij, & aliorum plurimorum inuenitur: quia cum Romani antiquitus incoeperunt esse potentes, multi reges ac duces societati eorum se contra uicinorum suorum insultus & molestias coniunxerunt, quibus ipsi Romani societatis pacta & foedera fideliter & fortiter seruaerunt. Vnde ipsi reges uel duces morientes, ac beneficiorum sibi collatorum memores, ipsos Romanos suorum regnorum & terrarum haeredes ex testamento instituerunt, quasi magis potentes illa regna & terras defendere contra uicinos. Ex qua etiã caussa legitur Iudas Macabæus foedus societatis & amicitiae fecisse cum Romanis, contra malitias & molestias Antiochi regis, Iudæos tunc fortiter opprimentis.

Vnde etiam (ut habetur in historijs)
 M. Publius missus Iudejs in auxilium
 à Romanis, cum de naui ad litus appli-
 cuisset, & exiuisset, Antiochus eidem,
 ad salutandū & excipiendum eum, oc-
 currit: cui cum Publius Romanorum
 nomine diceret, ut ab obsidione Iudeo-
 rum recederet: Antiochus deliberatu-
 rum se prius id respondit. Statim itaq;
 Marcus consul cum uirga (quam ma-
 nu tenebat) circulū in sabulo faciens,
 & eidem circulo Antiochū quasi con-
 cludens, ait: Hoc ibi Antioche Sena-
 tus ac populus Rom. dicit, ut hunc cir-
 culum, quo te in puluere circumscri-
 ptum uides, nō ex eas, nisi prius respon-
 deris. Respōdens itaq; Antiochus: Si
 sic uisum est (inquit) Senatui, ac Po-
 pulo Romano, ego etiam ab obsidio-
 ne recedendum censeo. Obsidionem
 igitur suos illico soluere iussit. Tertiò
 consequutum est Romanum imperiū
 alia mundi regna ac dominia, per sub-
 iectionē uoluntariā: quia sicut aliquis
 etiam solo animo possidendi, fit & est
 dominus

dominus ac possessor rei alicuius, quā
diu habet, & non deponit animū pos-
sidēdi: ita etiam aliquis, animo se sub-
ijciendi, fit possessio alterius, in eo
quod uel assumit, uel assumptum non
deposuit animum, ut sit possessio alte-
rius. Et per hanc causam, & modum,
illis qui à principio ui bellica sunt sub-
acti, postquam senserunt Romanum
imperium super se tolerabile, & mode-
stum, & æquum, necessitas subiectionis
conuersa est in uoluntatē: ita quòd
non iam coacti, sed uolūtarij facti sunt
obedientes & subiecti, & Romanas le-
ges sibi impositas sponte susceperunt,
quas susceptas de iure tenebantur in
reliquū obseruare. propter quod etiā
Dominus in Euangelio iustam Iudeo-
rum subiectionem attēdens, dixit eis:
Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: &
quia tributum numismatis uoluntariē
recepti à Cæsaris potestate, de iure red-
dere tenebantur Cæsari, à quo suū nu-
misma acceptauerant, & in usu habe-
bāt. Patet ergo ex prædictis, quòd duo
d s sunt,

*Quid faci-
at iustum
regnum.*

sunt, quæ faciunt iustum regem & do-
minum, & istum regnum & dominiũ:
uidelicet iusta possessio, & iusta admi-
nistratio regni uel dominiij alicuius.
Et quòd regnum & imperium Roma-
num super regna & prouincias taliter
sibi subiectas est iustum, in quantũ re-
gna ac prouincias taliter, ut prædictum
est, adeptas & subiectas incœperũt iu-
ste possidere, & iuste administrare i-
psas, uidelicet non tyrannicis morib.
ac motibus, sed æquis & iustis legibus
gubernantes.

CAPVT DVODECIMVM.

*De regno
magno &
paruo.*

Similiter quoq; uidendum est de re-
gno magno et paruo, uidelicet qua-
liter sit & dicatur regnum magnum &
paruum. Sciendum ergo, quòd sicut
secundum Philosophũ in libro de Mo-
tu animalium, aliquid magnum &
paruum dicimus duob. modis, scilicet
uel mole, uel uirtute: ita & in proposi-
to, regni uel dominiij alicuius magni-
tudinem possumus intelligere duplici-
ter, uidelicet uel quãtitate, uel uirtute.
Vnde

Vnde notandum, quòd quantum ad magnitudinem quantitatis, distinguit Philosophus quarto Politicorū communiatem regni ab alijs communitatib. tanquam maximam à minorib. & totum à partib. in hunc modum: quòd sicut prima communitas, quæ est domus, constituta est ex uiro & uxore, liberis ac seruis, tanquã ex suis partib. & secunda communitas, quæ est uicus, constituta est ex pluribus domib. ut ex suis partibus: & tertia communitas, quæ est ciuitas, cõstituta est ex pluribus uicis, uillis & agris, ut ex suis partibus coniunctis & uicinis, non distantib. à se inuicem, aut remotis: & quarta communitas est, gens tota, quæ est communitas unius linguæ & patriæ, & morum ac legum, per uicos ac ciuitates distãtes à se inuicem, & remotas, habens multitudinem hominū segregatam: ita & communitas quinta, est communitas regni, habens per uicos & ciuitates, & gentes distantes ac remotas, sub uno rege & domino subiectorum

Domus.

Vicus.

Ciuitas.

Provincia.

Regnum.

iectorum multitudinem segregatam.
 Augustinus uerò decimonono libro
 de Ciuitate Dei, comprehendens uicū
 sub ciuitate, & gentem sub regno, tan-
 quam partem sub toto, ponit tres com-
 munitates tantum, scilicet domus, &
 urbis, & orbis, &c. Et sic patet, quòd
 magnitudo & paruitas regni secundū
 quantitatem molis, cōsideratur ex ampli-
 tudinis, dilatatione lōgitudinis & la-
 titudinis, spacij terræ uel terrarum, per
 quod uici et ciuitates, et gētes sub uno
 rege & domino ab inuicē sunt distan-
 tes, & sub una lingua & eisdē moribus
 ac legib. cōsistentes. Et secundū hoc,
 maius uel minus regnū dicitur, cuius
 dominiū per longiores uel breuiiores,
 per latiores uel arctiores terræ termi-
 nos extenditur & limitatur. Secundū
 quantitatem uerò uirtutis, fortè magis
 propriè dicitur regnū magnū uel par-
 uum: sicuti non secundum quantitatem
 corporis, sed secundum magnitudinē
 scientiæ & artis dicimus magnū Me-
 dicum, uel magnum Architectum, ut
 dicit

dicit Philosophus quarto Politicorū. Et secundum hoc, magnum uel parū regnū dicitur, à magnitudine uel paruitate uirtutis regalis, per quam omne regnū habet regi & administrari: quæ uirtus duplex est, uidelicet iusticia, & *virtutes regia.* potentia: ita quòd iusticia potentiam dirigat, & potentia iusticiam in iudicium conuertat & defendat: ut iustitia dirigat & decernat, quid sit iustum: potentia uerò exequatur, & defendat, id quod iustum est. Et secundū hoc, maius regnum, uel maior rex dicitur, ubi uiget maior uirtus iustitiæ ad iudicandum, & maius robur potentia ad exequendum & defendendum, quod est iustum. Vtrum autē magnitudo quantitatis terrarum, & multitudinis hominum, ad istam magnitudinem regalis uirtutis cooperetur, uel contrarietur regib. & regnis, postmodū est dicendū.

CAPVT DECIMUM.

tertium.

HAbito igitur ex his quæ prædicta sunt, eo quòd foelicitas regni

gni est finis intentus in constitutione
 & administratione, siue regimine re-
 gum & regnorū: & quòd ipsam felici-
 tatem faciunt & perficiunt ista tria, ui-
 delicet bonorum regni sufficiētia sine
 indigentia, & tranquillitas sine turba-
 tione, & securitas sine timore. & quòd
 per oppositum infelicitatem regnorū
 causant ista tria, uidelicet indigentia,
 semper plus cupiens: & turbatio, sem-
 per aliquid dolens: & instabilitas, sem-
 per aliquid timens: licet infelicior sit,
 qui ideo semper indiget, quia semper
 plus cupit, quàm qui ideo plus cupit,
 quod plurib. indiget: quia illud est cu-
 piditatis, istud uerò est necessitatis.
 Et habito etiā hoc, quid sit regnū iustū
 uel iniustum, & regnū magnū uel par-
 uum: uidendum nunc est, quæ ex his
 differentijs combinatæ & coniunctæ
 faciant ad regni felicitatem, uel infelici-
 tatem. Cum igitur sex sint combinatio-
 nes prædictarum quatuor differentia-
 rum, quarum duæ sunt impossibiles
 simul stare, scilicet regnum iustum &
 regnum

regnū iniustū, regnum magnū & paruum. Quatuor uerò sunt posibles simul esse, scilicet regnū iustū & magnū, & regnū iniustum & paruum, & regnū iustum & paruum, & regnum iniustum & magnū. Manifestū est, quòd regna *Regnū paruum.* parua carent sufficientiā: & sic semper habent indigentia: & per consequens, timorē, propter suam insufficientiā. Regna uerò iniusta, carent tranquillitate, *Iniustum.* iccirco, quòd sunt semper in turbatione. Turbatio uerò, est debiti ordinis dissolutio: debitū aut ordinē sola iustitia cōstituit & custodit in regno. Felix *Felix.* aut regnū est, quod habet in se, et ex se, sufficientiā sine indigentia, tranquillitatē sine turbatione, & securitatē sine timore. Ergo regnū iniustum & paruum nequaquā poterit dici aut esse felix regnū: imò ista cōbinatio harū duarū differentiārū, scilicet iniusti & parui, uideatur tollere totam felicitatem regni, & omnes partes & conditiones ipsius: quia tale regnum nec est sibi ipsi in se sufficiens, nec tranquillum, nec securū.

Ex

*Iustum &
magnum re-
gnū, felix
regnum esse.*

Ex hoc uidetur ergo, quòd oppositū regnū iustum, & magnū, solū possit esse felix regnū ex eo, quòd tale regnum solum possit esse sibi ex se sufficiens & securum, ideo quia magnum, & tranquillum in se, & ideo quia iustum. Videtur etiam per consequens, quòd si istæ duæ combinationes, scilicet iustū & magnum, ponunt omnes partes felicitatis in regno, & sic faciunt perfectè & simpliciter felix regnum: & aliæ duæ combinationes his oppositæ, scilicet iniustum & paruū, tollunt omnes partes felicitatis, & sic faciunt simpliciter & in totū infelix regnum: iccirco istæ duæ combinationes aliæ, quæ restant, scilicet iustum & paruū, & iniustum ac magnum, aut non cōpatiuntur se simul, aut si possunt simul stare, quòd non faciunt simpliciter & perfectè felix regnum, sed secundum aliquā partem tantū: quia regnum iniustū nequam potest esse in se tranquillum, & regnum paruū non uidetur esse sibi ex se sufficiens, & securū. Et de hoc amodo

dō iam plenius est dicēdum. Ad decla-
randum itaq; ueritatem in prædictis,
inquirendū est primò de istis quatuor
combinationibus, scilicet iusto & iniu-
sto, magno & paruo: utrum aliqua ex
eis, & quæ, & qualiter compatiantur se
simul stare, uidelicet utrum regnū ma-
gnū possit uel non possit esse iustū.
Hoc enim declarato, patebit per conse-
quens, utrum regnum paruum possit
uel non possit esse iustū. Et notandū,
quòd hic agitur de regni magnitudine
uel paruitate, secundū quantitates uir-
tutis, nō suæ dilatationis aut extensio-
nis: quia magnitudo regni secundum
quantitatem uirtutis, semper facit ad
augmentum felicitatis ipsius. Quòd
igitur regnum magnum non sit de ne-
cessitate iustū, & quod per consequēs
nec regnū paruum de necessitate iniu-
stū, uidetur ex hoc, quod Augustinus
quarto libro de Ciuitate Dei refert,
quòd uidelicet tēpore Alexandri ma-
gni captus fuit quidam pirata, id est,
princeps prædonū in mari, & præsentatus

tus Alexandro, & ab eodem interrogatus, Quid sibi commune esset, & mari, propter quod ipse infestaret mare, & laborantes in mari? Respondit Alexandro dicens: Dic tu, quid tibi comune est & toti orbi, propter quod tu infestas totum orbem, & habitantes in orbe: addiditque: Numquid ergo ego recte uocor latro, ac praedo, quia mare infesto cum parua nauicula, & cum paucis socijs: tu uero ideo recte uocaris rex & imperator, quia infestas uniuersum orbem cum magna multitudine, & exercitu copioso: Nonne maior est iniuria, ubi maior est potentia? Ex hoc ergo uidetur, quod regnum magnum non de necessitate sit iustum, & per consequens nec regnum paruum de necessitate sit iniustum. Vnde Augustinus ibidem sol uendo istud concludit, dicens: quod regnum magnum ideo potest esse potens, quia magnum: sed non ideo necesse est esse iustum, quia magnum. Si enim a regnis mundi tollatur iustitia, & relinquatur sola potentia sine iustitia,

tia, tunc ipsa mundi regna nō sunt nisi
 magna quædā latrocinia. Ex hoc etiā
 ulterius patet, quòd si Romanū impe-
 rium orbē terrę & eius dominationem
 obtinuit, & tenet sola potentia, sine iu-
 stitia: tunc iam non erit imperium, sed *Paronomā-
sia.* improperiū: & nō patrociniū, sed latro-
 cinium orbis. Vtrū ergo regni magni-
 tudo faciat ad ipsius iustitiā, ita ut ideo
 sit & dicatur regnum iustum, quia ma-
 gnum: sicut ille pirata arguebat, & op-
 ponebat Alexādro: Et per consequēs,
 regnum paruum ideo non possit esse
 iustum, quia paruum: Ad hoc, soluen-
 do dicimus: quòd nullum regnū ideo
 est uel erit de necessitate iustum, quia
 magnū, sed de facilitate. Quia cum iu-
 stitia necessariam habeat sibi comitem
 & coadiutricem potentiam: proinde
 quanto regnum maius & potentius,
 tanto poterit esse iustius, supposito a-
 more & diligentia iusticiæ in regnan-
 te: & quanto maius & potentius, tan-
 to iniquius, supposito odio, & negligē-
 tia iustitię in regnante. Ex hoc insuper
 e 2 patet,

patet, quòd paruitas regni, sicut non
 habet necessitatem ad hoc, ut efficiat
 regnum iustum, subposita negligentia
 uel odio iustitiæ in rege: ita etiã habet
 difficultatem ad hoc, ut faciat regnum
 iustum, quamuis existente amore uel
 diligentia iustitiæ in regente. Manife-
 stum est igitur ex prædictis omnibus,
 quòd iustitia per se operatur ad felici-
 tatē regum & regnorum: magnitudo
 uerò potentię & regni, secundum dila-
 tationem & amplitudinem ipsius, co-
 operatur ad felicitatem, non per se, sed
 per accidens, scilicet mediante amore
 & diligentia iustitiæ in regnante. Par-
 ua uerò regna licet possint esse iusta,
 non tamē propter hoc statim esse iusta,
 quia iustitia non est tota felicitas, sed
 potior pars felicitatis regum & regno-
 rum, cum iustitia requirat sufficientiã
 & securitatem ad sui executionē. Par-
 ua uerò regna non possunt esse sibi ex
 se sufficientia, nec segura, nisi bonitas
 uicinatorum regnorum præstet eis suffi-
 cientiam, et æquitas ipsorum concedat
 ipsis

*Iustitia fa-
 cit regnum
 felix, per
 se: potentia,
 per acci-
 dens.*

ipsis securitatem. Vbi uerò parua regna ex se possent gaudere sufficientia & securitate: ibi esset melius habere regnum paruum & quietum, quàm magnum & latum, semper turbidum & inquietum: sicut melius est habere corpus paruum & sanum, quàm magnū, & semper debile & infirmum. Vnde Solinus scribit, quòd inter multos reges & regna (de quib. Historiæ scribunt) ab omnib. sapientioribus illius temporis, solus Aglaus rex Arcadiæ felix est iudicatus: qui cum regnū paruum, & sibi sufficiens ac securum haberet, nunquam sui regni terminos est egressus, nec ipsius terminos quisquā est ingressus ad eos inuadendos. Vtrū autem, & quib. modis paruum regnū iustè possit augmētari, ut fiat magnū, sicut factum est de regno Romanorū, iam est in præcedentib. declaratum.

CAPVT DECIMUM-

quartum.

Istis omnibus de statu regnorum & regum præhabitis, & præcognitis:

nunc considerandum est de finibus re-
 gnorū, scilicet propter quos regna sunt
 cōstituta. Cuius gratia primò uidendū
 est de illa quæstione, quam tangit Au-
 gustinus quinto libro de Ciuit. Dei:
 utrum melius sit omnia uel plura re-
 gna mūdi subesse uni regno uel impe-
 rio, sicut Romano, uel singula regna
 per se sub singulis suis regib. sicut olim
 erant ante ortum Imperij Romani, &
 sicut hodie adhuc sunt multa regna
 per se sub suis regib. constituta: Et no-
 tanda est modificatio quæstionis: quia
 Augustinus non quærit, utrum iustius
 sit hoc uel illud: sed utrū melius esset,
 hoc uel illud. licet etiam de hoc quæri
 possit, utrū illud quod est uel esset me-
 lius, sit etiam iustius: quia si omne bo-
 num est iustū, quòd nemo negat, per
 consequens omne melius erit etiam
 iustius. Vnde dato eo, quòd hoc uel il-
 lud in præsentī quæstione sit melius:
 simul patet, quòd hoc idem esset etiā
 iustius: & similiter è contrario, quod es-
 set iustius, id etiam esset melius. Vt autē
 ad

*Aliaques-
 stio.*

ad rationes pro utrâque parte abundare
 possimus in ista quæstione, & eius ue-
 ritatē facilius inuenire, ab altiorib. et re-
 motioribus principijs, & subpositioni-
 bus, & finibus, super quos constitutio
 & administratio, & duratio regnorū
 & regum fundata est, erit fortē com-
 modius inchoandum. Sciēdum itaq;
 quòd licet superius distinguendo feli-
 citatem per partes suas, dictū sit, quòd
 felicitas regnorum & regum consistat
 principaliter in tribus, scilicet in bono
 rum regni sufficientia sine indigentia,
 & tranquillitate sine turbatione, & in
 securitate sine timore: omnia tamen
 ista sub una ratione, & sub uno nomi-
 ne pacis includuntur, quæ est finis ul-
 timus & principalis, ad quem tendūt
 omnes hominum communitates, par-
 uæ & magnæ, maiores & maximæ: ut
 puta communitas domus, cōmunitas
 uici uel uillæ, communitas ciuitatis &
 populi, cōmunitas et societas gētis &
 regni, sicut dicit Augustinus 19. libro
 de Ciuitate Dei. Pax enim est finis,

*Pax præci-
pua omni-
um regno-
rum suste-
nacula.*

propter quem omnis hominum com-
munitas & societas est constituta: &
forma secundum quam regitur, & ra-
tio siue causa propter quam durat &
conseruatur, & fructus in quo comple-
tè felicitatur. Vnde Augustinus ibidè,
unicuiq; constitutioni & societati hu-
manæ specialiter tribuit, & distinguit,
& diffinit suam pacem: primò pacem
corporis & animæ, & pacem uolunta-
tis cum ratione in ipso homine, quæ
est ordinata subiectio corporis ad ani-
mam, secundum ipsius animæ rationa-
bilem uoluntatem: deinde pacem do-
mus, quæ est uiri et uxoris, & liberorū
& seruorum ad se inuicè ordinata con-
sensus: & pacem ciuitatis, quæ est or-
dinata concordia populi sub una lege;
& pacem gentis ac regni, quæ est ordi-
nata obedientia multitudinis, gētisq;
sub uno rege: & ultimò pacem super-
næ ciuitatis Hierosolymitanæ, & ipsi-
us regni cœlorum, quæ est sub Deo &
ad Deum ordinata perpetua cōcordia
& charitas beatorum. Pax itaq; gene-
raliter

raliter sumēdo, sic describi potest, quod
 pax est ordinis iustitiæ tranquillitas in-
 concussa: uel sic, quòd pax est omnis
 discordiæ & disconuenientiæ finis, cū
 tranquillo & securo statu in proprijs.
 Vnde rectē dicit Salustius, assignans
 causam primordialis augmenti Ro-
 mani imperij: Concordia (inquit) par-
 uæ res crescunt, discordia uerò res ma-
 ximæ dilabuntur. Et Terentius poeta
 deuicta Carthagine captus & ductus
 Romam, cum interrogaretur in sena-
 tu, quæ fuisset maior causa expugna-
 tionis Carthaginensis: utrū uires Ro-
 manorum, uel impotentia Carthagi-
 nensium: respondit, quòd neutrum:
 sed, quòd sicut concordia ciuium con-
 seruabat statum, ita discordia causabat
 excidium Carthaginensium. Pax igitur
 uniuscuiusque gentis & regni con-
 sistit in duob. scilicet in habendo con-
 cordiã inter se, & in non habendo dis-
 cordiam cum extraneis. Causa uerò
 concordia inter se est, mutuò sibi pla-
 cens unitas eiusdem patriæ, eiusdē lin-
 e s guæ,

*Pacis defini-
 tio.*

*Terentij re-
 sponsum.*

*Causa cō-
 cordia.*

*Causæ con-
cordiæ.*

guæ, eorundem morum, & earundem legum. Causa uerò non habēdi discor- diam cum extraneis, qui sunt diuersæ patriæ, diuersæ lingue, diuersorum mo- rum, & diuersarum legum, est duplex: scilicet uoluntas animorū in eo, quod neutri ipsorum uolunt tanquam iusti & pacifici, uel non audēt tanquam in- ualidi, ad inuicem aduersari: & oppor- tunitas temporum, & locorum, quia fortè termini eorum & limites contra se mutuò sunt firmati & conclusi mon- tib. & fluminibus, uel paludib. uel alijs locis inujs & desertis, quòd non possunt sibi inuicem propinquare, & per consequens nec nocere.

CAPVT XV.

*De Monar-
chia.*

*Argu-
mentum.*

His ergo prænotatis, quæritur, utrum iustius & melius sit, Omnia ne regna subesse uni regi uel imperatori, tanquā monarchæ totius mundi: uel singula regna per se stare, & sub suis regib. nullum superiorē habentib. gubernari: Et uidetur, quòd iustius & melius sit, omnia regna et omnes reges subesse

subesse uni monarchæ, quia prima in-
 uentio & constitutio regnorum & re-
 gum emanauit à natura, sicut patet in
 feris, in quarū genere leo est rex omni-
 um ferarum, & in auibus aquila est rex
 cæterarum uolucrum omniū. Ars ue-
 rò & ratio imitatur naturam. Inuentio
 uerò & cōstitutio regnorum & regum
 in societate hominum uenit ab arte &
 ratione, quæ sunt principia directiua
 actuum humanorū. Ergo & in regno
 hominum unus erit rex, & dominus
 omnium. Item, in omni ordinata multi-
 tudine plura subalternantur paucio-
 ribus, donec ueniatur ad imum, cui
 omnia cætera subalternantur, tanquā
 suo primo & principio: sicut patet in
 exercitib. benè ordinatis, ubi decē mi-
 lites subalternantur uni decano, & de-
 cem decani uni centurioni, & decē cen-
 turiones uni chiliarchæ, & decem chi-
 liarchæ soli regi, qui est unus tanquam
 ultimus & maximus omnium. Et ista
 ordinatio in omnibus regum exerciti-
 bus, & in curijs, & in aulis regalibus
 benè

*Secundum
 argumen-
 tum.*

bene ordinatis eligitur ac tenetur qua-
 si & tanquam optima. Sicut autem se-
 habet ratio in partibus sic & in toto. Er-
 go si in singulis regnis hoc est ita eli-
 gendum ueluti optimum, ideo & in
 tota multitudine regum & regnorum
 sic erit optimum: ut omnium fiat subal-
 ternatio, usque ad unum regem & do-
 minum omnium. Item bonum commune
 melius est, & magis curandum
 bono singulorum, & res publica plus
 quam res priuata: quia bonum singu-
 lorum, & res priuata, quaeritur & ordi-
 natur ad bonum commune, & ad rem
 publicam: sed bonum domus, & ad rem
 num ciuitatis, & bonum ciuitatis &
 populi ad bonum gentis & regni, ha-
 bet se, sicut bonum minus ad maius,
 & bonum singulare ad bonum com-
 mune, & res priuata ad rem publi-
 cam. Cum ergo in multitudine ordina-
 ta non sit status & finis ordinationis in
 pluribus, & ad plura, sed in uno, & ad u-
 num: & in mundo sint multa regna: ideo
 circo sicut multae domus ordinatur ad
 unam

3. *Argu-*
mentum.

unam ciuitatem, & ad bonum ipsius:
 & multe ciuitates, & populi ciuitatum
 ad unam gentem & regnum, & ad bo-
 num ipsius, tanquam bonum particu-
 lare & priuatum ad bonum commu-
 ne & publicum, & tanquam bonum
 minus ad maius, & naturaliter tanquã
 pars ad totum: sic etiam multa regna
 mundi, & bonum ipsorum, ordinãtur
 ad unum naturale regnum et imperiũ,
 tanquam bonum particulare ad bonũ
 commune omnium gentiũ & regno-
 rum, & bonum priuatũ ad publicum,
 & bonum maius ad maximum, & na-
 turaliter tanquam partes ad suum to-
 tum. Ita scribit Augustinus decimono-
 no libro de Ciuitate Dei, ex uerbis Ci-
 ceronis in lib. de Republica: quòd res
 publica est res populi, populus autem
 est multitudo hominum cõmuni con-
 sensu diuini & humani iuris sociata in
 unum, &c. Ergo ubi est unum ius diui- *Argu-*
 num & humanum, & unus & con- *mentum.*
 cors consensus populi in illud unum
 ius diuinum & humanũ: ibi erit unus
 populus,

populus, & una respublica. Vbi autem
 est unus populus & una respublica, ibi
 de necessitate erit & unus rex, & unū
 regnū. Sed est unū solum in toto mun-
 do uerum ius diuinum, uidelicet unus
 cultus uerus ueri Dei: & solum unum
 uerum ius humanum, scilicet Cano-
 nes & leges consonæ iuri diuino: quia
 ius humanum sumit auctoritatem &
 principium à iure diuino, & non è con-
 trario. Et est unus solus consensus po-
 puli in illud ius diuinum & huma-
 num, scilicet fides Christiana: & unus
 solus populus, scilicet Christianus po-
 pulus, fide cōsentiens in illud ius diui-
 nū & humanū: & per cōsequens, una
 sola respublica totius populi Christia-
 ni. Ergo de necessitate erit & unus so-
 lus princeps & rex illius Reipublicæ,
 statutus & stabilitus ad ipsius fidei &
 populi Christiani dilatationem & de-
 fensionem. Ex qua ratione concludit
 etiam Augustinus decimonono libro
 de Ciuitate Dei, quòd extra Ecclesiā
 nunquam fuit, nec potuit, nec poterit
 esse

esse uerum imperium: etsi fuerunt imperatores qualitercunq; & secundum quid, non simpliciter, qui fuerunt extra fidem Christianam & Ecclesiam. Item, tota mundana constitutio, quæ est ex diuersis, dissimilibus & contrarijs, non stat nisi per concordiam diuersorum, & dissimiliũ ac contrariorum. Concordia uerò non fit neque stat per concordantia, sed per concordantem, qui de necessitate est unus tantum, & alius ab ipsis concordantibus: scilicet ipse Deus author & princeps uniuersitatis, iuxta illud Iob *xxv.* Qui facit concordiam in sublimibus suis, &c. quæ ratio secundum Damascenũ, est quasi necessaria probatio & demonstratio, quòd Deus sit: quia uidelicet in constitutione mundanæ machinæ superiora suo motu & impetu destruerent inferiora, & ipsa elementari regione actiua sua uirtute uincerent & corrumperent passiuam, & maiora consumerent minora, si non esset aliqua uirtus omnipotens, separa

Extra ecclesiam nõ esse posse Imperium.

5. Argumentum.

6. *Argu-
mentum.*

separata ab omnibus, quæ omnia ad
 inuicem concordaret, & eorum cōcor-
 diam conseruaret. Sed sicut superius di-
 cebatur, regna mundi sunt diuersa ad
 inuicem, secundum diuersitatem uni-
 uersiusq; patrię & linguę, & morum
 & legum. Hęc autem diuersitas genti-
 um & regnorum, ubi non est liminata
 & separata magnis montibus & flumi-
 nib. locis' ue alijs inuis ac desertis, ut
 unius gentis ad aliam non facilis sit ac-
 cessus: est caussa & occasio aduersita-
 tis & discordię, gentis contra gētem,
 & regni aduersus regnum. Ergo de ne-
 cessitate erit aliqua potestas maior ac
 superior, quę habeat authoritatem &
 uirtutem concordandi, & concordiam
 ordinandi & conseruandi inter regna
 & gentes diuersas ad inuicē, & aduer-
 sando & cōseruando statu regnorum
 mundi erit insufficiens & incompleta.
 Hoc autē est inconueniens dicere uel
 sentire, contra illud Psaltis diciturum:
 Quis sicut Dominus Deus noster, qui

in altis habitat, & humilia respicit in
 coelo & in terra, &c. Propter quod, si-
 cut dicitur in alio loco, In manu eius
 sunt omnes fines terræ, & altitudines
 montium ipse cōspicit: idest, excellen-
 tes potestates, & dignitates regum &
 principū terræ. Ex quo sequitur, quòd
 iterum alibi dicitur: Dominus dissipat
 consilia gentium, & reprobat cogitati-
 ones populorum, & considerat princi-
 pum, &c. Ergo ex diuinæ prouidentia
 ordinatione erit de necessitate aliqua
 una potestas, & dignitas suprema &
 uniuersalis in mūdo, cui de iure subes-
 se debēt omnia regna, & omnes gen-
 tes mundi, ad faciendam & conseruan-
 dam concordiam gentium, & regno-
 rum per totum mundum. Præterea ea
 quæ sunt, & fiunt in mundo, non raro
 uel semel, sed sæpe & frequenter, non
 fiunt neq; sunt à calu uel fortuna, sed
 uel à natura, uel ab arte & ratione hu-
 mana, uel à prouidentia diuina: Sed
 monarchia per totum mundū, uel ma-
 iorem partem mundi nō extitit semel

*Aliud ar-
gumentū.*

*Monar-
chia mun-
di.*

aut raro, sed sæpe, & continuo & frequenter, ut patet. quia primò & ab initio fuit monarchia regni Assyriorum in oriente, quæ secundum Augustinũ quinto libro de Ciuitate Dei, durauit à tempore Nini, primi regis Assyriorũ per mille ducentos annos, usq; ad interfectionem Sardanapali, qui fuit ultimus monarcha Assyriorum, per cuius interfectionem translata fuit monarchia mundi ab Assyrijs, primò ad Chaldeos siue Babylonios, deinde per Dariũ & Cyrum in Medos & Persas: deinde à tempore Darij primi & Cyri, regum Persidis & Medorum, fuit monarchia apud Persas & Medos per ducentos ac triginta tres annos, usq; ad interfectionem Darij ultimi, per quã sub Alexandro Magno translata fuit monarchia à Persis & Medis ad Græcos, quæ sub regibus Græcorum, successoribus Alexandri magni, diuisis ad Meridiem, & ad Aquilonem, & semper fluctuans hinc & inde, non stetit, sed in modum rapidi fluminis

nis decurrit per trecentos annos, usque
 ad Cleopatram & Antonium, sub quibus
 regnum Græcorum cessauit in totum,
 sub bello Actiaco deuolutum ad Octa-
 uianum, primum monarcham Roma-
 norum, qui regnis Assyriorum & Per-
 sarum & Græcorum sunt ad occiden-
 tem. Ergo constitutio & successio &
 continuatio monarchiarum in mundo,
 ab oriente incipiens, & per meridiem
 & septentrionem tendens in occiden-
 tem, non est facta, neque fit à casu uel for-
 tuna, sed ab ipsa Prouidentia diuina, cui
 subiacet & obedit rerum mundi cursus
 & natura, & omnis ars & ratio huma-
 na, quæ imitatur naturam, & subsequi-
 tur Prouidentiam diuinam. unde rectè
 Augustinus libro sexto super Gene-
 sim ad literam, distinguit duos modos
 siue effectus diuinæ Prouidentie, ordi-
 nantis ea quæ sunt & fiunt in mundo,
 uidelicet rerum naturam, & artem ac
 uoluntatem humanam: quibus duobus
 mediantibus. Deus omnia & om-
 nibus. prouidet in mundo.

*Aduersus
Monarchi-*

am.

*Argumē-
ta obiecta.*

IN contrarium quoq; uideri posset, quòd utilius esset omnia regna per se stare sine monarcha, quàm subesse uni, sicut Romano regi, uel Imperatori. Dicit enim Augustinus quinto libro de Ciuitate Dei, quòd feliciores essent res humane, si singula regna per se essent, non subiecta uni monarchæ, ita quòd regna singula pacifica uicinitate sibi inuicem congauderent: sicut in multis locis sunt multæ domus à se inuicem distantes, & in se quietæ, & pacificæ, quæ non faciunt unum uicium, & multi uicini à se distantes, & pacifici, ac quieti, qui non faciunt unam ciuitatem. Ergo eodem modo singula regna possent per se stare pacificè, & quietè, absq; eo quòd subessent uni imperio. Ergo, &c. Item dicit ibidē, quòd regnū Monarchiæ, ex eo quòd omnibus regnis alijs prælatū est, oportet etiam omnibus alijs regnis sibi subiectis esse plus dilatatum: quanto autē plus alijs

alijs est dilatatum, tanto plus alijs etiã inquietum: quia, sicut dicit Philosophus septimo Politicorum, solius diuinae uirtutis est, immania & enormia posse regere. Ergo sicut quilibet sanæ mentis magis eligeret habere corpus paruum, & sanum ac quietum, quàm corpus magnum, morbidũ & inquietum: ita etiam magis eligendum esset quodlibet regnum in mũdo, per se paruum esse, & quietum, quàm unum maius omnib. & in se magis omnib. semper turbidum & inquietũ, quale nunc est & semper fuit regnum Romanorũ.

Item secundum Philosophum secundo Physicorum, frustra est, quod non consequitur finem suum: finis autem propter quem Monarchia est constituta, est, ut monarcha ille cætera regna sibi subiecta debeat adinuicem aduersa pacificare, & discordantia cõcordare, & concordiam confirmare, & resistentes paci ac concordie coercere & comprimere, & obseruantes pacem & concordiam, sibiq; obediens & fide-

Secundum
argumen-
tum Mo-
narchia ob-
iectum.

les, in tranquillo & securo statu conseruare, & fouere. Hunc autem finem raro legemus in historijs, & nunquam audiuius, nec uidiuis temporibus modernis, aliquem Romanorum regum & Imperatorum perfecte pro suo tempore assequutum, sed eos potius quotidianis & incessabilibus ciuitatum & populorum, principum, gentium, & regnorum rebellionibus ad bella continua prouocatos: ita quod excepto Numa Pompilio (qui fuit secundus Romanorum imperator) portæ Iani sub nullis aliorum regibus. uel imperatoribus diu clausæ fuerunt, quarum clausura signum fuit pacati & quieti totius orbis Romani imperij, tempore conclusionis earum. Imò à tempore Octauiani primi Augusti usque ad Henricum huius nominis septimum, qui nostro tempore ad imperij clausuram sedit Imperator 97 ab ipso Augusto, maior regum & imperatorum Romanorum numerus uel in bellis sunt occisi,

Portæ Iani
quoties
clausæ.

occisi, uel per insidias ferro aut ueneno
 extincti. Videtur ergo, quòd imperiũ
 siue regnũ Romanorum, ab initio sui
 usq; in hodiernum diẽ frequentius fue-
 rit toti orbi terrarum, magis caussa tur-
 bationis & bellorũ, quàm pacis et quie-
 tis, sibi ipsi & alijs principatib. atq; re-
 gnis perniciosum. Et sic frustra est re-
 gnum & imperiũ Romanũ, quòd nun-
 quam consequutũ est, nec fortẽ unquã
 in futurũ consequetur finem suum, qui
 est, omnia regna pacificẽ & concordit-
 ter ad inuicem se habẽtia, sub sui impe-
 rij obedientia gubernare. Item de simi-
 lib. simile est iudiciũ. Sed uidemus alia
 regna, quæ non subsunt Romano re-
 gno seu imperio, bene & cõcorditer in
 maiori parte & tempore se ad inuicem
 habuisse, & cũ alijs regnis Romano im-
 perio subiectis, uel nõ subiectis. Ergo
 quod possibile cõueniens est in illis, &
 nõ inutile, nec iniustũ, scilicet quòd nõ
 subsunt Rom. imperio, à simili est possi-
 bile et cõueniens in omnib. alijs regnis
 et principatib. et nõ inutile nec iniustũ.

*Tertiũ ar-
 gumentũ.*

Quartum
argumen-
tum.

Rex.

Quintum
argumen-
tum.

Præterea ut dicit Philosophus quarto
Politicoꝝ, rex est lex animata, &c.
Exinde sumitur differētia inter regnū
regis, & regnum politicum: quia po-
litia regit populum secundum legem
scriptam; rex uerò regit regnum secun-
dum utramq; legem, scilicet scriptam,
& non scriptam: quia, ut dicit Philoso-
phus ibidem, non est simpliciter rex di-
cendus, qui non regit nisi secundum le-
gem scriptam, & nihil secundum uo-
luntatem & rationem propriam. Sed
lex siue scripta, siue non scripta, nō po-
test esse una diuersis gentib. secundū
diuersas linguas & patrias, & patrios
mores & ritus: Ergo nec unus rex
uel imperator potest esse diuersis gen-
tib. secundum linguas uel patrios mo-
res ac ritus patrios, ad inuicem diuersi-
ficatos. Item uidetur, quòd nō debeat
etiam esse, nec possit esse unus Monar-
cha omniū gentiū et regnorū per mun-
dū: quia ubi nō potest esse una Respu-
blica omniū, ibi nec esse potest monar-
cha omniū. Sed Iudeoꝝ & gentili-
um

um & Christianorum non est, neque potest esse una respublica: ergo nec unus Monarcha. Minor patet, quia ubi non potest esse unus populus, ibi non potest esse una respublica, cum respublica nihil sit nisi communis res totius populi. Sed ex Iudæis & gentilibus & Christianis non potest esse unus populus: ergo nec una respublica: & sic per consequens, nec unus eorum Monarcha. Minor huius sic probatur: quia populus est multitudo sub communi & concordii consensu diuini & humani iuris in unū sociata: sed Iudæi & gentiles & Christiani non consentiunt in unum ius diuinum: quia ius diuinum est uera fides, & uerus cultus diuinitatis, in quibus duob. Iudæi & gentiles & Christiani ab inuicē dissentiunt & discordant: Ergo Iudæi, & gentiles & Christiani non possunt facere unū populum: ergo nec facient unam rempublicam, nec unum regem, nec unum regnum. Item uidetur, quòd regnum & imperium Romanū licitè & iustè pos-

Sextū ar-
gumentū.

*Imperium
Rom. de-
truncatū.*

lit tolli in totum: quia eisdem causis
existentibus, possibilis & conueniens
est idem effectus. sed Imperium Ro-
manum temporibus antiquis quasi li-
cite & iuste duabus de causis est de-
truncatum, & diminutum: uidelicet
primò ab Adriano, qui imperauit cir-
ca annos Domini C X X I I I, qui causam
commoditatis finis Romani impe-
rii statuit, usq; ad fines regni Persarū:
quia nō uidebatur commodū, neq; pos-
sibile, Persas etiam deuictos sub iugo
Romani imperii, manu tenere aut de-
fendere, propter illius regni distantiam
& inaccessibilitatē: licet alij historio-
graphi dicant, quòd fecerit hoc Adria-
nus, eo quòd inuideret uictorie & glo-
riae Traiani, optimi illius imperatoris,
qui Persas debellando adiecerat Ro-
mano imperio. Secundò uerò, à Iulio
niano, qui regnauit circa annos Domi-
ni C C C L X I I I, & ex temeritate Iulia-
num circa fines Persidis in desperati
belli angustijs derelictū, liberauit per
pactum,

pactum, quo ex causa necessitatis
 Persis celsit, & fines Romani imperij
 usq; ad Euphratem constituit. Ergo ui-
 detur, quod à simili adhuc ulterius, ex
 causa commoditatis, uel necessitatis
 (quæ sunt causæ iustæ) possent fines
 Romani imperij diminui, & detrun-
 cari: maximè ex quo istis temporibus
 ipsum Imperium satis est in suis uiri-
 bus & iuribus debilitatum. Quod aut
 potest semper plus & plus minui, po-
 test ad ultimum in totum destrui, & au-
 ferri. Ergo si imperium potest ex ali-
 quibus causis iustè diminui, poterit
 etiam eisdem causis inualescentibus
 in totum destrui, & auferri. Item regna
 Hispaniæ, & regnū Franciæ, regnum
 Angliæ, et regnū Hungariæ, cū regnis
 Sclauorū, Bulgariæ, & Græciæ (quæ
 olim suberant Romano imperio, in sta-
 tu prouinciarū, uel regnorū) modò de-
 iure non subsunt imperio: in Africa ue-
 rò & in Asia ultra mare iam imperium
 nihil habet. Ergo sicut illa ex causis
 (quæ iustè & licitè uidebant) sunt ab
 imperio

*De dimi-
 nutione et
 destructio-
 ne imperij.*

imperio abalienata: ita ex eisdē causis adhuc possent etiā illa (quæ adhuc ei sub sunt) alienari, siue sint regna, siue principatus. Et ita uidetur, quòd imperium etiam de iure posset in totū destrui & auferri, si prædictæ causæ ueluti consimiles sese offerrent.

CAP. XVII.

AD explanandum itaq; quantum possumus, difficultatem huius quæstionis, & ad ueniendū in ipsam, & ad aliquod uestigium ueritatis: præsupponenda & prænotanda sunt tria.

Fælicitas duplex. Primò, quòd fælicitas (quam beatitudinem appellamus, & quam omnes optant & inquirunt) est duplex: scilicet præsens, quæ est temporalis et transitoria: & futura, quæ est uera & æterna. & quòd fælicitas præsens à quibusdam quæritur propter se, & ut finis ultimus: à quibusdam uerò non propter se, & ut finis ultimus, sed in ordine ad futuram fælicitatem, ut ad ultimum finem. Secundò, quòd fælicitas præsentis uitæ simpliciter est, imperfecta respe-
cti

ctu æternæ & ueræ felicitatis: & perfe-
 cta secundum quid, id est, quantū est
 possibile suo modo: & quòd ad futu-
 ram felicitatem ipsam nō possunt per-
 uenire, nisi perfecti suo modo. Tertiò,
 quòd ratione istorum duorum prædi-
 ctorū, scilicet quòd felicitas ab omni-
 bus inquiritur & optatur: & quòd ad
 ipsius perfectionem qualemcunq; nō
 possunt uenire, nisi perfecti suo modo:
 communis status præsentis uitæ de ne-
 cessitate exigit ordinem, & gradum
 prælationis & subiectionis. Primum *De primo.*
 patet, quia cum (sicut dicit Augusti-
 nus octauo libro de Ciuitate Dei) o-
 mnem creaturam rationalem necesse
 sit esse uel miserā, uel beatam: proinde
 sicut est duplex uita, scilicet præsens,
 quæ de sua cōditione est mutabilis, &
 transitoria: & futura, quæ est immuta-
 bilis, & æterna: sic est etiam duplex
 miseria, & duplex beatitudo: scilicet
 præsens, quæ per consequens est muta-
 bilis etiā, & transitoria: & futura, quæ
 est immutabilis et perpetua beatitudo,
 uel

*De secūdo.**vita præ-
sens.*

uel miseria. Secundū etiam patet, quia cum de conditione felicitatis simpliciter sint tria, secundum philosophum in primo Ethicorum: scilicet, quòd sit ex se sufficiens uita sibi ipsi, & quòd per cōsequens illa sufficientia non sit querenda in reb. exteris: & quòd sit durabilis, nec facile permutabilis in hac uita: & præsens uita & conditiones ipsius sint repugnantes uel disconuenientes prædictis trib. conditionibus, felicitatis simpliciter acceptæ: quia præsens uita non habet ex se sufficientiam, sed multimodā indigentiam: propter quòd (secundum Philosophum ibidem) felicitas huius uitæ indiget reb. exterio-ribus ad operationes felicitantes: sicut amicitia, pecunia, potentia, sanitate & huiusmodi multis. Item non est stabilis præsens uita, sed mutabilis à natura, & à casu, & à fortuna. Item non est durabilis, sed transitoria: quia est umbra quædam, & transitus, & uia ad futuram uitā, quæ est immutabilis & perpetua. Propter hoc, præsentis uitæ felicitas

citas est imperfecta simpliciter, & per-
 fecta secundum quid solū, scilicet quan-
 tum est huic uitæ & eius conditionib. *Felicitas*
 possibile suo modo. Quod attenden- *huius*
 tes Philosophi, posuerunt felicitatē ho- *uitæ.*
 minis in hac uita in eo, quod est intus
 in homine, non extrā: scilicet in animo
 et in uirtute animi, et operatione secun-
 dum uirtutem: uidentes, quod fortu-
 næ malitiam (quam extra in reb. & a
 rebus non possumus subterfugere, nec
 auferre) possumus tamen intus uirtu-
 te animi, tolerando mitigare: & nature
 defectibilitas & indigentia, quæ in re-
 bus, & a reb. extrā, non potest conse-
 qui stabilem & durabilem sufficientiā,
 sola uirtute animi potest habere suffi-
 cientiam, uel nihil cupiendo, uel cupi-
 endo. Vnde rectē dicit Seneca, quod
 felices nō sumus in hac uita, nisi æqua-
 nimiter tolerando qđ est necessariū: &
 secundū quod est nobis possibile, faciē-
 do qđ est optimū. Propter qđ philoso-
 phus in primo Ethicorū dicit, qđ sicut
 bonus

bonus calcifex dicitur secundum artē
 suam, non quòd semper optimos calce
 os faciat, sed quòd de quocunq; corio
 sibi dato optimos facit, qui de illo co
 rio fieri possunt: ita felix dicitur quis,
 non quòd semper & in omnibus opti
 mē se habeat, & optimū faciat: sed qui
 secundum præsentem statum suum, &
 conditionem exteriorum, optimē sicut
 potest se habet, et optimum facit quod
 potest. Tertium quoq; sic patet, quia
 cum ad felicitatem quamcunq; presen
 tis uitæ omnes homines tēdant & in
 tendant, & ad ipsam consequendam
 humana omnia ordinentur: & status
 hominum ipsa natura ordinauerit se
 cundum gradū minus perfecti & ma
 gis perfecti: felicitas autem sit status
 perfectionis humanæ uitæ, quam ne
 mo attingere potest nisi perfectus: im
 perfectus autem, uel minus perfectus,
 quem perfectiorem: proinde omnis
 status & conditio hominum in præ
 senti uita, exigit subalternationem esse
 in

De tertio.

in singulis & omnibus hominib. secundum gradum subiectionis, & prælationis, ut subditi & subiecti per prælatos tanquam perfectiores, ad perfectionem felicitatis huius uitæ perducantur, secundum illud Apostoli ad Rom. 13. Omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit, &c. Sicut ergo est felicitas aliqua singulorum hominum à singulis inquitur, sicut illa quæ ad felicitatem domus ordinatur & conducitur, mediante ordine subiectionis & regiminis, uxoris ad uirum, & liberorum ad patrem, & seruorum ad dominum, & prælationis uiri ad ipsos: & sicut est alia felicitas maior & communior, quæ est ciuitatis, id est omnium ciuium communis, ad quam ordinatur felicitas singularum domorum, mediante ordine subiectionis & regiminis totius populi ad rectorem politicum, id est, ciuitatis principem uel dominum: & sicut est iterum alia felicitas maxima, uidelicet regni, ad quam ordinatur felicitas ciuitatum & populorum, mediante ordine subiectionis & regiminis

Applicatio hætenus dictorum.

minis totius regni ad regem: ita ultima & excellentissima est felicitas imperij, ad quam ordinatur felicitas gentium & regnorum, mediante ordine subiectionis, quam habent & habere debent omnia regna ad imperium, in cuius felicitate tanquam uniuersali, & pro tanto una & ultima ac optima, consistit salus & felicitas omnium.

CAPVT DECIMVM

octauum.

*Suffragatur monar-
chia.*

His igitur præsuppositis & prænotatis, ad quæstionē istam respondendo dicimus, quòd melius & iustius est, semperq; erit, quamdiu secundum prouisum à Deo cursum rerum mundi ipsi Deo placuerit, omnia regna & omnes reges subesse uni imperio & imperatori Christiano, quantum de iure, uel consuetudine rationabili & præscripta competit & conuenit unicuiq; regno, subesse & obedire imperio, quam si

si singula regna & reges per se starent,
 sine omni subiectione, & obedientia
 Imperij, tanquam multa capita in uno
 corpore Christianæ reipublicæ, quæ est
 una & unius populi Christiani, & pro
 tanto habens unum caput omnium: ni
 si de illa Republica, & uno populo
 Christiano, quis uelit facere multorum
 capitum unum monstrum. Concedi-
 mus ergo rationes adductas pro ista
 parte, quæ sumuntur ex quatuor caus-
 sis, commendantibus & approbanti-
 bus constitutionem & statum unius Im-
 perij, & capitis unius in mundo: pri-
 mò ab exemplo uniuersalis naturæ,
 secundò ab ordine totius communi-
 tatis Politicæ, tertio ab unitate corpo-
 ris Ecclesiæ & totius Christianæ rei-
 publicæ, quartò à rectitudine & pul-
 chritudine ordinis diuinæ providen-
 tiæ & gratiæ. Ad rationes uerò in con-
 trarium, respondendo ad primam di-
 cendum est, quòd Augustinus di-
 cens, melius esse ut singula regna per se
 starent non subiecta uni regno uel im-
 perio,

*Respondet
ad superio-
ra argu-
menta ad-
uersus mo-
narchiam
prolata.*

perio, sicut plerunque locorum mul-
tæ domus sunt per se non constituen-
tes ciuitatem, nec pertinentes ad ali-
quam ciuitatem: & multæ ciuitates
per se manentes & stantes, quæ nõ per-
tinent tanquam partes ad aliquod re-
gnum, &c. Intelligit hoc ex suppositio-
ne illius conditionis, si illa regna pos-
sent pacifica uicinitate perpetuò ad in-
uicem se habere, sicut in regno cœlesti
futuræ gloriæ, omnes beati societate pa-
cifica sibi perpetuò congratulabuntur,
propter quod etiam in futuro cessabit
omnis potestas & prælatio. Hoc autem
non est possibile contingere felicitati
præsentis uitæ, quæ est mutabilis & ter-
minabilis in suo statu & conditione: &
propter hoc ad concordanda regna in-
ter se, & pacificandum orbem, & defen-
dendam ac dilatandam Christianita-
tem, melius & iustius est omnia regna
subesse uni imperio, unumquodque secun-
dum quod de iure debet, & in quan-
tum debet: quàm singula per se stare si-
ne omni respectu ad imperium. Quia
dato,

dato, quòd tota Christianitas contra totum paganismũ, uel maior pars contra maiorem, bellum haberet hodie, sicut sepius factum fuit, cum bellum tale non posset prosperè procedere, nisi omnes sub uno capite unirentur: iustius & dignius uniretur sub uno capite Imperij, & Imperatoris, quàm alterius cuiuslibet electi capitanei, ducis uel regis tunc presentis. Ad secundum quod obijciebatur, quòd regnum siue imperium Romanum sit frustra, quia nunquam consequatur finem suum, qui est pacificare omnia regna, & sub se pacificè gubernare, & pro tanto nunquã fieret, nec unquã fieri poterit felix regnũ, siue imperiũ, &c. Respondeo, quòd ad felicitatem siue beatitudinem solius futuri regni cœlorũ pertinet, perfecte & simpliciter omnia sua pacificata in se & sub se habere, quando cessabit omnis prelatio & potestas, & Deus solus erit omnia in omnib. cum Christus uniuersale & æternũ regnum cœlorũ, sub sanguine emptum & redemptum,

pacificatum & coadunatum tradiderit
 Deo patri, sicut dicit Apostolus. Ad
 præsentis autem regni felicitatem quæ
 nec est, nec esse potest, simpliciter per-
 fecta, sed secundum quid tantum, suffi-
 cit regem ea quæ sunt ipsius regni paci-
 ficare, quantum potest, & quamdiu po-
 test, nec ideo frustratur suo fine. Quia
 sicut finis & fructus ueræ & perfectæ
 felicitatis futuri regni cælorum, est per-
 fectæ & æternæ pacis suæ gaudiū iam
 habere & possidere, iuxta illud Psalms,
 Qui posuit fines tuos pacem, &c. ita fi-
 nis & fructus felicitatis præsentis regni
 temporalis, est in ordināda pace sua &
 suorū, cum studio & cum gaudio con-
 tinuè laborare, etiam si ipsam pacē nun-
 quam possit realiter obtinere. Quia
 sicut futura felicitas regni cælorum
 (quæ est perfectæ) hoc habet propri-
 um, quòd illa sola est in securo statu &
 quiete suæ pacis: sic præsentis regni
 proprium est, quòd felix sit non ex eo
 quòd sit in quiete, sed quòd semper sit
 in actu & in motu tēdēdi & intendēdi,
 quantum

quantum potest, ad suam pacē, in quo
meretur æternā pacem. Tantū autē po-
test, quantū temporum cōditio permit-
tit: & faciendo quantū potest, nihilomi-
nus felix est & erit omnis rex & prin-
ceps etiam huius mundani regni. sicut
optimus calcifex est, non qui semper
optimos calceos facit, quòd utiq; nul-
lus eorū facere potest: sed optimos, qui
de nunc dato sibi corio fieri possunt, si-
cut superius dicebāt. Ad tertiū quod
opponebatur, quòd sicut illa regna
quæ sunt libera & exempta à Rom. im-
perio, uidemus ut plus pacificè ad inui-
cem se habere, nec ad pacificationē sui
inter se, Romani imperij ope aut opera
indigere, & eorum libertatem & exem-
ptionē nihilominus esse utilē, possibilē
atq; iustam: eodē modo esset possibile
& utile atq; iustū, reliqua regna libera
per se stare, &c. Respōdeo: Quòd sub-
iectio omnium regnorū respectu imperij
non solū ideo est utilis & necessaria ac
iusta, ut regna per ipsum imperiū ad in-
uicē pacificentur, & concordent, quòd

etiã in regnis et principatib. imperio iã
 subiectis, per alios uicinos inter reges
 uel principes discordãtes, præter opẽ et
 operã imperij fieri iã uidimus & uide-
 mus: sed præcipuẽ ideo iusta uel utilis
 ac necessaria est subiectio regnorũ ad
 imperiũ, ut cõtra eos qui sunt extra Ec-
 clesiã, & extra fidẽ, & cõtra Ecclesiã, &
 cõtra fidẽ, ipsa Ecclesia atq; fides ab om-
 nib. suis mẽbris, sub uno suo proprio
 capite concordãtib. et unitis defendãt,
 & ad dilatandum locũ sui tabernaculi
 fines suos faciat longiores. In quo casu
 & caussa nullum regnum Christianũ a
 subiectiõne & obedientia Imperij cre-
 dimus esse liberum, uel exemptũ. Nec
 ideo, quia aliqua regna sunt libera, &
 exempta ab Imperio, utile esset, uel iu-
 stũ, alia omnia esse exempta uel libera
 in futurũ: quia illa quę nunc sunt libera
 & exẽpta ob aliqua merita singularia,
 uel obsequia egregia ad perpetuã utili-
 tatẽ Rom. imperio præstita, prærogati-
 ua huiusmodi sunt ab Imperio honora-
 ta: sicut Valẽtinianus imperator gentẽ
 Francorum

Francorū ex causis huiusmodi libertate donauit, ut scribit Gregorius Turonensis: & Anastasius gentē Gothorum (concessa ipsis illa Hispaniarū parte, quam nunc obtinent) etiam liberos esse constituit, qui Arragones nunc uocantur, ut scribit Iordanus. Sed priuilegia paucorū, non faciunt legē communē. nec si omnia regna essent libera & exempta ab Imperio, ista esset uel dici posset exemptio ab Imperio, sed potius peremptio, & totalis destructio Imperij, qualis futura est secundū prophetiam Pauli apostoli, quando appropinquante tempore aduētus Antichristi, ueniet discessio primū regnorum omnium ab Imperio, deinde ecclesiarū ab obedientia sedis Apostolicæ, & ultimō fidelium à fide, sicuti postmodū dicetur. Tunc enim Ecclesia sic acephala & uacante, & membris influentiam suorum capitū in tēporalib. et spiritualib. non capientib. & per cōsequens motu ac sensu gratiæ priuatis, locū & facultatē habebit deceptio, & dominatio Antichristi:

*Franci libertate donati.
Gothi.*

tichristi: unde illi qui studium & ingenium suū adhibēt ad deiectionē & truncationē imperij, uidētur directē festinare ad hoc, ut locus & facultas præparetur tyrānidī Antichristi. Ad quædum, quòd obijciebatur, quòd non est possibile, nec cōueniens gentib. à se diuersis, secundum diuersas linguas ac patrias & mores & ritus patrios esse unā legem: ergo nec unū regem. & per consequens, ergo non est conueniens, neq; utile, neq; iustum, omnib. gentib. præesse unū Imperatorem, &c. Respōdeo: quòd alia ratio attenditur circa hoc in rege, et alia in Imperatore, qui est super reges: quia sicut lex (generaliter sumendo nomen legis) distinguitur in ius naturale, quod est ius commune omnium gentium: & in ius positiuū, quòd uariatur secundum diuersitatē gentiū, iuxta diuersas patrias & mores ac ritus patrios: ita singulæ gentes singulos habēt rege, unamquamq; gentē secundū suas leges proprias, cōuenientes suæ patriæ, & morib. & ritib. ipsius, regentes et gubernantes.

bernātes. Omnia uerò regna simul secundū ius naturale, commune omnibus gentibus & regnis, uel secundū ea quę ex ipsis legibus Romanis possunt omnibus gentibus & regnis iuste & utiliter conuenire: & quę omnes gentes & regna omnia tenentur intra se, & ad uicinos & ad extraneos obseruare, non solū possibile, sed etiā necessariū & utile est, uni Rom. imperio obedire, uel ad pacē & quietē uniuscuiusq; regni & gentis intra se simul & extraneos obseruandā, ut in regnis Christianis, uel saltem ad ipsa regna Christiana ab ipsis nō inuadenda, nec perturbāda, ut in regnis infidelium & paganorum, quę (quātum ad hoc) Rom. imperio subesse tenentur, quia non solū est ius Christianorū, sed etiam ius gentium, & omnium hominum (in quantū homines) ius suū unicuiq; tribuere & seruare, & alterū iniuste nō ledere: ad quod Christianis regnis obseruandū, possunt & debēt ipsi infideles & pagani de iure per imperiū coherceri. Ad quintum, patet solutio ex iam dictis:

dictis: quia licet Iudæi & pagani nō faciunt unā Rempub. nec unum populū cum Christianis, quoad ea quæ (quantum ad diuersitatē suarū sectarū, & nostræ fidei singularia, & alia) sunt nobis & illis. Quoad ea tamen quæ nobis & illis communia esse possunt iure naturali uel gentium, scilicet ut unicuique sua tribuantur & seruentur, & neutri ab alijs iniuste lædantur, subesse debent imperio, & obedire. Ad sextū, quod obijciebatur, quod termini imperij Ro. pristinis temporib. per aliquos Imperatores, uel ex decreto, uel ex pacto cū alijs gentib. sunt quasi licite et utiliter limitati & angustati, qui tamē imperatores (quod ad hoc) tūc nō Augusti ab Augusto, sed angusti ab angustando fines Romanī imp. poterant appellari: & quod illis imperatorib. adhuc fieri posset licite & utiliter etiā usq; ad exhaustū totū imperium, & ablatū, &c. Respondendum: quod nequaquā licuit Adriano Imperatori, uel Iouiniano, fines Imperij simpli-

simpliciter & cum renunciatione trade
 re, & Imperiū citra fines debitos limita
 re: nec ulli imperatori unquā licuit, uel
 licebit: quia tum caderet à nomine &
 dignitate Augusti, quòd significat, im-
 periū debere semper augeri, & nunquā
 minui. Nec Adrianus, aut Iouinianus,
 simpliciter sine caussa urgente pro tem-
 pore hoc fecerūt: sed cum Traianus de-
 bellatū regnum Persarū fecisset Roma-
 nam prouinciam, præsidē ibi ponēdo
 & faciendo eos uti legib. Romanis: A-
 drianus uidens propter longā distantia
 terre Persarum non bene, neq; commo-
 dē posse ibi prouinciā obtineri, prouin-
 ciam restituit in regnum, pristinos fines
 concedens regno Persarum, cum subie-
 ctione, quam ipsi Persarū reges Octa-
 uiano primo imperatori promiserāt &
 seruabant: propter quam subiectionē
 Persis denuò rebellantibus, & promis-
 sa non seruantibus, post Adrianum sin-
 guli ferē imperatores bella continua in-
 tulerunt, usq; ad Iulianum apostatam fa-
 ctum imperatorem: qui cum esset con-
 tra

tra Persas in bello constitutus, & Romanus exercitus praelium contra Persas aggredi differret, meliorem opportunitatem sperando & expectando: Iulianus diuino iudicio in se furens, & in exercitum suum, naues (quæ Romanis uictualia apportarant) iussit incendendi, ut sic exercitum uictualia de cætero non habentem, nec habere ualentem, ultrò in praelium prouocaret. Unde statim praelio commisso, Iulianus in praelio primus est interfectus, Persis quidem adhuc non uincens, sed paululum discedentibus, & exercitum Romanorum (dimisso praelio) in gyrum circundantibus, & in locis magis arctis & augustis obsidentibus, ne ad prædas propter uictualia comportanda discurrere possent. Qua necessitate coactus exercitus, statim Iouinianum imperatorem sibi acclamantes fecerunt, & unum cum illo, licet coacto & inuito, pactum fecerunt: & pacem cum Persis, ut ab eis discederent, obsidione exercitus soluta: & ut deinceps uersus Persas fluuius Euphra-

Euphrates Romani imperij finis esset. Vnde quia tale pactum tanquam coactum non habuit firmitatem, sed indicabat, uel in imperatore, uel in exercitu, uel in utroque desperatam quandam animi uilitatem potius quam uiriliter, eo quod contra legem & morem Romanorum mori pro conseruando honore, & augmento Imperij non audebant, & augmento Imperij non illud pactum & illam limitationem Imperij ratam habere nullatenus uoluerunt. Vnde plures Imperatores postmodum iterum contra Persas pro subiectione illius regni bellarunt, sicut legitur in Chronicis de Theodosio, & Heraclio, & Iustiniano magno, & alijs pluribus. Ad septimum, patet solutio & responsio, per ea quae dicta sunt in responsione ad tertium argumentum, superius positum: quia obiectionis et solutionis eadem est causa & ratio, hic & ibi.

CAPVT XIX.

PRædictis igitur ad maiorem intelligentiam de cōstitutione & statu
& fine

& fine Romani regni siue imperij præ-
 missis: nunc uidendū est de finib. regno-
 rum & regum in cōmuni. Vnde notan-
 dū est, quod licet ordine naturali rex sit
 propter regnū, & nō ecōtrā: propterea
 naturali ordine idem debet esse finis in
 intētionē regis, qui est finis regni, pro-
 pter quem scilicet regnum simpliciter
 est à principio cōstitutū. Finis autē pro-
 pter quem regna sunt à principio con-
 stituta, est ordinatio & conseruatio pa-
 cis & iustitiæ inter regnicolas, quam or-
 dinationem & conseruationem etiam
 rex debet principaliter intendere tan-
 quam finem, & ad hanc omnia cætera
 referre, quæ in regimine regni fuerint
 disponenda. Cum autē, secundum Phi-
 losophum, duplex est finis in operibus
 humanis, scilicet finis operis: sicut Me-
 dicinæ finis est sanare: & finis operan-
 tis, sicut alicuius Medici fortē, finis est,
 sanando lucrari pecuniam, uel amicitia-
 am, uel gloriā, non in quantum Me-
 dici, sed in quantum Ioannis, uel Petri:
 contingit enim aliquando, eundē esse
 finem

*Finis re-
 gnorum.*

*Duplex o-
 perū finis.*

finem operis & operantis: sicut cū medicus non sanat nisi propter hoc, quòd gaudet & delectatur se sanasse, & finē artis assequutum esse: & cum rex uel princeps bene regit propter hoc, quòd gaudet & delectatur in ordinatione pacis & iustitiæ. Aliquando uerò contingit alium esse finem, quem intendit operans, à fine propter quē est ipsum opus: sicut architectus facit domum, non ut domus inhabitetur per ipsum, sed ut ipse domificationis & architecturæ suæ precium assequatur. Eodē modo rex uel princeps aliquando in actu & officio regēdi mouetur ex amore pacis & iustitiæ, & communis boni totius patriæ: sicut mouebatur A. Torquatus consul, de quo Virgilius canit,

Vicit amor patriæ, laudumq; immensa cupido:

Aliquando amore gloriæ uel famæ, quod tandem uitium (sicut ait Salustius) propinquius est uirtuti, quando gloria desideratur propter opinionem uirtutis, cui soli debetur gloria:

h uel

uel delectatione potentiae & iactantiae,
 sicut Iulius Cæsar: uel luxuriæ, sicut L.
 Catilina: uel auaritiæ, sicut Crassus mo-
 uebatur, cui in bello capto, rex Partho-
 rum aurum liquefactum infudit in os,
 dicens: Aurum sitisti Crasse, aurum bi-
 be. Sicut igitur tres sunt fines intenti in
 actu & officio regendi, uidelicet unus
 simpliciter bonus, qui est amor patriæ
 & pacis & iustitiæ: alius simpliciter ma-
 lus, qui est libido luxuriæ, uel cupi-
 ditas auaritiæ: & tertius, qui est com-
 munis mediocriter bonis & malis regi-
 bus, licet non secundum eandem in-
 tentionē, scilicet ambitio gloriæ: quia,
 ut Salustius dicit, Gloriam bonus &
 malus æquè optant, sed bonus bona
 & uera uia ad eam intendit, malus ue-
 rò (cui desunt bonæ artes) ad ipsam
 obtinendam malitiâ & dolis contem-
 dit. Ita (inquam) tres sunt etiam di-
 uersitates intentionum & finium, qui-
 dam enim regum, in officio regendi &
 potestate regnandi quarunt & inten-
 dunt

dum commune bonum patriæ, & isti
 mouentur amore iustitiæ & bonæ con-
 scientiæ: & hi sunt reges simpliciter bo-
 ni. quidam uerò intendunt satietatem,
 & expletionem auaritiæ & luxuriæ:
 & isti sunt reges simpliciter mali, quia
 ad exatiandam & explendam auariti-
 am & luxuriam suam, mouentur cupi-
 ditate & crudelitate. Quidam uerò
 quærunt uanitatem gloriæ, & quia
 gloria præmium uirtutis est, ipsi se-
 crantur opera uirtutum, non propter
 conscientiam, sed propter famam &
 gloriam. & isti sunt reges mediocriter
 & mixtim mali & boni: quia uirtus ta-
 lium non est uera uirtus, sed ficta. Ve-
 ra enim uirtus est illa, quæ ad illum fi-
 nem respicit, quo in bonis humanis
 nihil melius esse possit. Vnde uerè bo-
 ni reges honorem pro uirtutis præmio
 non petunt, sed subditi ipsis non peten-
 tib. ex condigno offerunt: cū è cōtrario
 ficti reges pro expletis uirtutū aliquib.
 operib. gloriam sibi oblatam appetāt,

non oblatam uerò improbè extorqueant, ut dicit Seneca. quòd uerè bonus fructum uirtutis sibi ponit in conscientia, stultus uerò in gloria: quæ sine uera uirtute est uentus, & inane quiddã. iuxta illud Poetæ:

Gloria quantalibet, quid erit, si gloria tantũ est?
 Vnde patet, quòd tales reges faciunt aliqua uirtutum opera non uerè, sed fictè: quia uerum finem uirtutis non intendunt, non respicientes in illis operibus ad conscientia ueritatem, sed ad famæ & inanis gloria uanitatem.

CAPVT XX.

QVia igitur dictum est de fine constitutionis regnorũ, propter què consequendum regna & reges sunt à principio constituti: ultimò nunc sciendum est, quòd sicut dicit Augustinus XIX. libro de Ciuitate Dei, duplex est finis rerum, uidelicet consummationis, id est perfectionis uniuscuiusque rei: qui est finis ad quem perducitur & peruenit

Duplex rerum finis.

peruenit res, ut perfecta sit: & finis cōsumptionis, id est defectionis rei, ad quem perducitur & peruenit res, ut deficiat, & ultra non sit. Finis igitur cōsummationis, id est perfectionis regni seu imperij Romani, quò perductum est multorum bellorum & laborū sudoribus ad hoc, ut ad summam perficeretur, & in summum statū suū poneretur, fuit tēpore Octauiani imperatoris, ante quem & post quem sub nullo regū uel imperatorum, Romanorum regnū seu imperium ad tantū culmen peruenit: cuius anno quadragesimo secundo Dominus noster Iesus Christus natus fuit, toto Romano orbe sub uno principe pacato, & descripto ad censum: ad significandū, quòd ille rex cœli & terræ natus esset in mundo, qui cœlestia & terrestria ad inuicē concordaret, & æterna pace ac gaudio pacificaret, & electos ad æternum regnum cœlorū libro uitæ adscriberet: ut dicit Gregorius in Homelia super Euangelium,

Imp. Augusti summus status Rom. Imperij, quam consummationē mox cōsumptio sequuta est.
Natiuitas Christi.

Exijt edictum à Cefare Augusto, quoniam illa temporalis pax tunc uigēs, ad mysterium æternæ pacis regni cœlorum significandum, illi temporì diuina prouidentia fuerat reſeruata. Sed quia omne temporale eſt mutabile & tranſitoriũ, iuxta illud Eccleſiaſtici, Omnia tempora tempus habent, & certis ſpatijs trãſeũt uniuerſa, &c. quia nihil permanēs eſt ſub ſole: propter hoc illa uniuerſalis pax totius Romani orbis & imperij, ſicut ante tempora prædicti Auguſti, nunquam ad talem & tãtam plenitudinem & perfectionẽ peruenerat, ita & poſt tẽpora ipſius Auguſti deinceps nunquã peruenit, ſed ipſum imperium Romanum deinceps ad defectiõnem & diminutionẽ ſui, in ſuis iurib. & uirib. ſemper plus ac plus in hodiernũ uſq; tempus eſt collapſum, ita quòd ei nõ reſtet amodò quicquã aliud, niſi ſiſtionis, uſq; dũ ſic totaliter cõſumetur ac deficiet, quòd amodò iã non ampli-

us erit, licet olim aliqui diuinatores magis, quàm ueri prophetae, adulando Romanis imperatorib. & imperio, asserere ausi fuerint, quòd Romanū imperiū esset æternū, ex eo quòd bene uel malè, & nunc cum augmento aliquo, nunc uerò cum diminutione & detrimento, longiori tempore durauerit, quàm alia magna regna mundi, ut Afsyriorū & Medorum & Græcorum regnum.

CAPVT XXI.

Quod ergo Rom. Imperiū non cū fine & consummatione mundi, imò ante finē & consummationē mundi deficere oporteat, & cessare, his rationibus & causis inscriptis uideri poterit. Primò, ex tēporali rerū mutatione & defectione generaliter: quia idē est attēdere & uidere in toto, quod in partib. Sed uidemus in singulis reb. tēporalib. qd̄ successu tēporis deficiūt in semet ipsis: cuius causa est, quia ut dicit Philosophus VII. Physicorū, tēpus est plus causa corruptionis, q̄ generationis: *Finem Ro. Imperij anteecessarium finem mundi.*

quia distare facit res, & elongari à suo
 principio originali. Quanto autē plus
 distat aliquid, & elongatur à suis princi-
 pijs originalib. tanto plus debilitatur.
 Ergo temporalia omnia ex ipso succes-
 su temporis deficiunt in seipsis, iuxta
 illud ad Hebręos 4. Quod antiquatur
 & senescit, prope interitum est. Cum er-
 go alia regna mundi tanquā tēporalia
 successu tēporis defecerint, & cessauer-
 rint in semetipsis, ut patet in regno As-
 syriorū & Medorū & Gręcorū, & in a-
 lijs regnis minorib. ergo et de regno si-
 ue Imperio Ro. (cuius appēdicia sunt
 regna minora, tāquā partes sui totius)
 est idem sentiendum & tenendū, quòd
 successu & antiquitate temporis cesset
 & deficiat in seipso. Secundò hoc etiā
 attendi poterit, & uideri ex fundamen-
 ti ipsius Imperij instabilitate. Fundamen-
 tum enim originale & radicale ipsius
 Imperij Romani, sicut cæterorū regno-
 rum minorum, est caussa illa, propter
 quam assequendam sunt omnia regna
 cum

cum ipso Imperio constituta: uidelicet pax omnium quæ sunt in regno, & securitas eorum. Super illud fundamentum sunt omnia regna constituta & erecta, mediantibus duab. columnis, scilicet iustitia & potentia. Quia iustitia est, quæ singulis pacem ordinat, & procurat, distribuendo unicuique quod suum est, & faciendo unumquemque suo esse contentum. Potentia uerò est, quæ iustitiam defendit & conseruat, conuertendo ipsam in iudiciũ. Sed circa hæc tria, scilicet circa pacem habendam, & iustitiam conseruandã, & potentiam rectè gerendam, animi hominum committere sunt mutabiles, & ad eorũ contraria procliuēs: uidelicet ad discordiã, ad iniuriam ac uolentiam alijs inferendam: & maximè eorum animi qui sunt in potestatib. & imperijs constituti, cũ illi maiora tractent, & circa maiora magis afficiatur animus, siue benè uel male afficiatur: & hoc tãto plus & fortius, quanto uicinius ad suum finẽ, cum ipso

*Faticinia
de interitu
regnarum.*

lapsu temporis labitur mundus. Ergo ex ipsa sui fundamenti instabilitate necesse est Romanum imperium, sicut & alia regna, successu temporis & cursu mundi ad suum finem deficere & cessare. Tertiò patet hoc præcipuè ex Prophetia, & Apostolica ueritate: quia sicut aliorum regnorum destructiones & cessationes sunt in sacra scriptura prophetatæ, prædictæ, & tandè etiam impletæ, ut patet de regno Assyriorum siue Babyloniorum Esaia decimo, & de regno Aegyptiorum Ezechielis 29. & de regno Persarum ac Medorum Danielis quinto, & de regno Græcorum Danielis secundo: ita & de regno Romanorum, Danielis eodè loco habetur, similiter et Num 24. Venient (inquit) in trieribus de Italia, & superabunt Assyrios, & uastabunt Hebræos, & ad extremum etiã ipsi peribunt. Quod Origenes ibidè exponit de regno Romanorum, unde Hierõ. super illud Danielis 2. Ex parte erit regnũ illud solidũ, & ex parte cõtriturũ,

tum, &c. dicit: quod sicut in principio, Rom. regno nihil fuit durius, ita etiā in fine nihil erit eodē debilius. Apostolus quoq; 2. Thessal. 2. loquens de aduētū Antichristi dicit, quod nequaquā ueniet ille iniquus, nisi uenerit discessio primū. de qua discessio dicitur in glossa ibidē, quod triplex discessio præcedet aduētū Antichristi, uidelicet primò discessio regnorum à Ro. Imperio, secundò Ecclesiarū ab obedientia sedis Apostolicæ, tertio uerò discessio fidelium à fide: quia stante adhuc capite Ecclesie in spiritualib. scilicet Apostolica sede, & capite in tēporalib. scilicet Imperio Ro. & stantib. adhuc fidelib. in fide, locū & commoditatē non habebit deceptio & dominatio Antichristi, capitib. prædictis & mēbris ipsorum ei resistentib. Cū uerò corpus Ecclesie factū fuerit acephalū, & per cōsequens mēbra singula sine motu & sensu, quantū ad ueritatē & unitatē ac firmitatē fidei, tūc locū & effectū habebit aduētus Antichristi, & malitia

*Hic monachisat, et sic
hac facile
conciliari
possint.*

malitia ipsius: sicut dicit Glossa super illud Prophetæ, Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperū: id est, membrorum Ecclesiæ tunc infirmorū, & desolatorum, quia in errorem inducentur, si fieri potest, etiā electi. Et dicit, Si fieri potest, à sensu contrario: quia fieri non potest in totum, cum Ecclesiæ & fides possit periclitari, sed nequaquam submergi. iuxta illud Lucæ 22. Ego proterogavi Petre, ut nō deficiat fides tua.

CAPVT XXII.

Cum igitur cōstans sit, & indubiū, quòd non nisi ante aduentū Antichristi futura sit prædicta triplex discessio: scilicet primò regnorū à Romano Imperio, per quam discessionē ipsum Rom. Imperium deficiet, & cessabit in totum. secundò Ecclesiarū ab obedientia sedis Apostolicæ, quæ ad prædictā primam discessionē causali ordine consequetur: quia gladio temporalis siue secularis potestatis sublato, gladius spiritalis carebit finaliter tandem suo defensore

fenfore cōtra schismaticos et hereticos.
 tertio fidelium à fide, quæ discessio si-
 militer cōsequetur ad duas primas di-
 scissions: quia nec potestate spiritali
 uel seculari tunc ualente coercere ho-
 mines schismaticos, sub Christianæ fi-
 dei unitate et obediētia, sicut prius, sin-
 guli secundū suas affectiones & uolun-
 tates confingent & eligent sibi diuer-
 sos errores, quos teneant & defendāt,
 & secundum quos (sicut uolunt) ui-
 uant & agant: secundum prophetiam
 Apostoli 1. Timot. 4. ubi Spiritus san-
 ctus manifestè dicit, quia in nouissi-
 mis temporib. discedēt quidam à fide,
 attēdentes spiritib. erroris, & doctrinis
 dæmoniorū, &c. propter hoc, quibus
 causis & occasiōibus facientib. con-
 tingat prædicta triplex discessio, ex par-
 te discedentium, scilicet subditorum: &
 eorum à quib. subditi discedēt, scilicet
 superiorum & prælatorum, Apostolus
 2. Timot. 3. declarat dicens: Hoc autē
 scito, quòd in nouissimis tēporib. in-
 stabunt

stabunt tēpora periculosa, quia erūt ho-
 mines se ipsos amantes, scilicet quantū
 ad uoluptatē & luxuriam sectandā: &
 proinde erunt cupidi, quantū ad auari-
 tiam: & elati, quantū ad superbiam. Ad
 hæc autē tria uitia capitalia & quasi prin-
 cipalia, scilicet ad auaritiā, quæ tūc plus
 regnabit in potestatib. spiritualib. mo-
 re scribarum & pharisæorum, quos Do-
 minus reprehendit specialiter de auari-
 tia & hypocrisi, quibus duob. uitijs cir-
 ca tempus subuersionis Hierusalem &
 dissipationis loci & gentis & sanctifi-
 cationis suæ, principalius inseruiebāt:
 & ad superbiam & uolentiā, quæ tunc
 plus regnabit in potestatib. secularib.
 sicut olim in regno Iudæe & Hierusalē,
 circa uicinū tempus destructionis Hie-
 rusalem ac transmigrationis Iudæorum
 in Babylonē, et reges & principes eorū
 superbiam & uolentiā circa iniqua iudi-
 cia & oppressiones pauperum intēde-
 bant, iuxta illud Esaiæ decimo: Væ his
 qui cōdunt leges iniquas, & iniustitias
 scripserunt,

scripserūt, ut opprimerēt in iudicio pau-
peres, & uim facerēt causæ humiliū po-
puli mei, ut essent uiduæ præda eorū, &
pupillos diriperent, &c. Vnde statim se-
quit̃ de poena eorū: Væ Assur, uirga fu-
roris mei, & baculus ipse est: ad gētem
istam fallacem mittam eum, ut auferat
spolia, & diripiat prædam eorū, &c. Ad
ista inquā uitia tunc regnantia in supe-
rioribus & prælatis tam spiritalib. q̃
secularibus, cōsequuntur tam in ipsis q̃
in subditis, luxuria & uoluptas utrisq̃
communis. Et ne uidear & reprehē-
dar in cœlum ponere os meum, ista di-
cendo, quasi ex motu & ore proprio:
necesse est adducere testimonia sacre
Scripturæ, & sanctorum ac exposito-
rum seu interpretum de ista materia as-
serentium omnia prædicta.

*Digito cō-
pesce labes
lum. Veri-
tas siquidē
odiu parit.*

CAPVT XXIII.

Quod ergo discessio Ecclesiarum
ab obediētia summi pastoris Ec-
clesiæ, & regnorū ab Imperio Ro. & fi-
deliū ultimo à fide, ex parte discedentiū
futura

futura sit primò & principaliter propter subditorum uoluptatem & luxuriam, probatur ex uerbis Apostoli prius inductis, qui 2. Tim. 3. Erunt (inquit) homines seipfos amantes, cupidí, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem pietatis, nō opera, &c. Et notandum, quòd sicut dicit Glossa, licet prædicta uitia omnia frequenter regnauerint in malis: tamen circa illa tempora regnabunt amplius, cum plures mali per affectatam malitiam tunc ipsis se subdere non cessabunt. Quòd uerò etiã ea ipsa discessio futura sit propter prælatorum simulationem & auaritiam, qua subditos tunc acrius inuadent et rodent, patet ex ipsa litera Ezechielis trigésimoquarto: Requiram & reducam gregem meum de manu pastorū,

pastorū, & cessare eos faciā, ut ultra nō
 pascant gregē meū, ne amplius pasto-
 res pascāt semetipsos, &c. Ibi dicit Hie-
 ronymus in Commento libri ii. super
 Ezechielem: Hoc propriē pertinet ad
 supercilium illorū, qui operibus dede-
 corant in se episcopalis nominis digni-
 tatē, & in superbia simulāt humilitatē,
 & alios quos uiderint in Ecclesia præ-
 pollentes, opprimere nitūtur. Hæc igitur
 erit eorum pœna maxima, ut ultra
 non pascant gregē Domini, ne sub oc-
 casione pascendarū ouium pascant se-
 metipsos, &c. Maxima autē pœna est,
 quæ infligitur & infertur, tanquā nō iam
 medicinalis, sed mortalis. Talis autem
 maxima pœna est etiam ultima. Ergo,
 &c. Quod etiam discessio regnorū à
 Rom. imperio, futura sit principaliter
 propter Imperatorū & regum iniquā
 potentiam & uiolentiam, & abiectio-
 nem iustitiæ & ueritatis, in repub. gu-
 bernanda, ex hoc patēre potest. Legi-
 mus tres reges iniquos & reprobos in
 ueteri Testamento; unum à Deo repro-
 baturum

batur propter inobediētiā, uidelicet
 Saulē, de quo dicitur 1. Reg. 15. Pro
 eo quòd abiecasti sermonem Domini,
 abiecit te Dominus, ne sis rex. Item a-
 lium, cuius regnum fuit detruncatum
 propter superbiā, uidelicet Roboam,
 de quo dicitur 3. Regum 12. quod per
 superbiam contempto consilio senio-
 rum, & usus cōsilio iuniorū populo da-
 re & superbè respondit, & populus
 prouocatus dixit: Nō est nobis pars in
 Dauid, neq; hæreditas in filio Isai: Re-
 uertere Israel in tabernacula tua, &c.
 Item tertiū, cuius regnum fuit ab eo, &
 à sua successione in totum ablatū pro-
 pter suam auaritiam & uolentiā: sci-
 licet Achab, de quo legitur 3. Reg. 21.
 Occidisti insuper, & possedisti, &c.
 Vnde sequit̃: Ecce ego demetā poste-
 riora tua, & omnes hæredes tuos abij-
 ciam de successione regni. Quia ergo
 mundo ad finem tendente, & per con-
 sequens prædictis uitijis, scilicet inobe-
 dientia & superbia, siue uolentia & a-
 uaritia crescente in hominibus, iuxta
 prædicta

prædicta uerba Apostoli: & quia ut dicit Hiero. super illud Daniel. 3. Cōgregati sunt omnes principes regionū ad statuā adorandā, &c. diuites & potentia, dum timēt carere diuitijs & potentia, illis uitijs maximē occupantur, per quæ credūt ista retineri posse. Isti autē tunc credent se magis per uolentiā, q̄ per iustitiā proficere, & habenas imperij retinere, & secundū suā uoluntatē circūducere. Ex his ergo, & ex eis que iam facta sunt transactis temporibus, prædictis causis & uitijs exigentibus, uidelicet quòd Imperatorū & Regum Romanorū quidā reprobati sunt propter suā inobediētiā, eo quòd fuerint inobediētes & rebelles Ecclesiæ, cum tamen extra Ecclesiā nō sit, nec possit esse imperiū: Quorundā uerò temporibus, propter Imperatorū & regū superbiā & inuidiā est detruncatū regnū Romanorū, sicut ab Adriano, ut superius dicebatur: alijs uerò temporibus propter ipsorū Imperatorū uel regum temeritatē & avaritiam, uel ignauiam,

eo quòd exercitui necessaria & militi-
 bus stipendia uel denegabant, uel da-
 re non habebant. & ideo à diuersis na-
 tionibus & gentibus, utputa à Sarace-
 nis, à Longobardis, à Gothis, à Van-
 dalis, ab Hūnis, à Sclauis & Græcis, &
 demum à Francis & Hispanis, provin-
 ciæ Imperij seu regni Romani ab im-
 perio sunt distractæ, & in principatus
 & regna per se reuersæ & redactæ: sicut
 prius ab ipsis Romanis ijdem illi prin-
 cipatus, & ea ipsa regna debellata &
 subacta, in Romanas prouincias fue-
 rant redacta: patet, quòd propter Im-
 peratorū & regum inobedentiã, quo
 ad Ecclesiam, & propter ipsorū super-
 biam & auaritiã, ignauiam & mali-
 tiam (quoad gubernationē reipub. iu-
 stè gerēdam) poterit fieri ipsorū depo-
 sitio, & regni ac Imperij diminutio, &
 distractio, & redactio per partes ad pri-
 uatos principatus: ita & plus nouissi-
 mis temporibus, sicut præcedentibus,
 ut eadem uia tunc currat ad finem, ip-
 sius Imperij debilitatio & destructio,
 qua

*Quibus ar-
 tibus cre-
 uit, ijdem
 etiã peribit
 Rom. impe-
 rium.*

qua ab initio sui ortus currebat ipsius
 cōstructio & productio, usq; ad suum
 statum cōsummatum: quia omnis res,
 per quascunq; causas nascitur, per eas-
 dem, scilicet contrario modo se haben-
 tes, dissolvitur. Sed per coactionem &
 bellicam subiectionē regna mundi, &
 principatus & puinciæ olim sunt sub-
 actæ, & compactæ quasi in unum cor-
 pus Romanæ reipub. sicut dicit Hiero-
 nymus super illud Danielis septimo,
 de quarta bestia, quæ habebat dentes
 ferreos magnos, comedens atq; cōmi-
 nuens, & pedibus suis conculcans reli-
 qua omnia: quod idem significat, om-
 nes nationes uel interfectas à Roma-
 nis, uel tributo & seruituti suæ subiuga-
 tas. Ergo dissolutio & destructio regni
 siue Imperij Ro. futura est per recessū
 & discessionē illorū regnorū ab impe-
 rio, quæ prius in unū corpus ipsius Im-
 perij taliter coacta fuerant, & subacta.

CAP. XXIII.

CVmitaq; secundum prophetiam
 Danielis septimo, & secundū ex-

positionē Hieronymi ibidē, & aliorū
 doctorū & scriptorū ecclesiasticorum:
 insuper iuxta prophetiam Apostoli 2.
 Thess. 2. & secundū glossam ibidē, præ
 dicta discessio regnorū à Ro. Imperio
 certitissimē sit futura ante aduentū An
 tichristi. Quo igitur modo & ordine
 sit futura, uidendū est. Methodius mar
 tyr, cuius opera & dicta Hieronymus
 in lib. uirorū illustriū, & in Cōmento
 super Daniele tanq̄ ecclesiastici scri
 ptoris monumēta approbat & cōmen
 dat, scribit in illa prophetia & reuela
 tione, quæ sibi de ortu & successu seu
 processu ac fine gētū & regnorū mun
 di in carcere posito facta fuit: quòd fi
 lij Ismael, uidelicet gentes de heremo,
 & insulis & littoribus Oceani uenien
 tes, Christianorū regna & terras deu
 staturi sunt ante aduentū Antichristi.
 Quibus ultimus Imperator Romanus
 de gente Francorū tunc existens ob
 uiabit: & resistere nō ualens, sceptrum
 & coronam Imperialem, ac clypeū ad
 arborem siccam ultra mare deponet,
 & sic

Methodius.

Patricius.

& sic cōmendatum Deo spiritum ibi-
 dem emittet. Quo factō, Antichristus
 ueniens terras Romani Imperij inua-
 det & subiiciet, &c. Quam prophetiā
 siue reuelationē Methodij in hac par-
 te doctores ecclesiastici non multū se-
 quuntur, sed tamen pro reuerētia mar-
 tyris non repellunt: quum satis conue-
 nienter possit stare cum propheta Da-
 nielis & Apocalypseo, & sublata qua
 liber repugnantia concordari. Vnde
 quid de persona ultimi Imperatoris sit
 futurum, non multum attendunt ex-
 positores: sed potius quid de ipso Im-
 perio, id est, de regnis & principati-
 bus, qui subsunt & subesse debent Im-
 perio, sit futurū, post ipsorū discessio-
 nem, uel in ipsa sua discessione ab Im-
 perio memorato: quia, ut dicit Hiero-
 nymus super sextam uisionē Danielis
 de quatuor bestijs, in uno Imperio Ro-
 manorū omnia illa regna simul intelli-
 gere debemus, quę prius fuerāt separa-
 ta. Quoniā igitur certior & cautior est
 uia in talibus tractādis & indagandis,

*Hieronymi
sententia de
regnis mū-
di.*

sanctos & expositores originales se-
qui, nec aliud quicquid dicere aut sentire,
uel etiā diuinare. Verba Hiero. de hoc
ponamus, super sextam uisionē Danie-
lis, qui exponēs mysteriū bestiae quar-
tae, ita dicit: Dicamus ergo, quod om-
nes scriptores ecclesiastici tradiderūt,
in cōsummatione mundi (quando de-
struendū est regnū Romanorū) decē
reges futuros esse, qui orbē Romanū
inter se diuidāt: & undecimū surrectū-
rum, regem paruulum, id est, Antichri-
stum, qui tres reges primò de ipsis de-
cem regib. superabit, id est, regē Aegy-
pti & Africę & Aethiopię: quib. ab eo
interfectis, etiā alij septē reges uictori
Antichristo colla submittēt. Cū igitur
de prædictis decē regibus (qui signan-
tur in Daniele per decē cornua bestiae
quartae) soli tres reges per nomina suo-
rum regnorū ab expositoribus sint ex-
pressi, uidelicet rex Aegypti, & Afri-
cæ, & Aethiopiæ, qui secundū sitū ter-
rae sanctae (ubi erit sedes regni & domi-
natio Antichristi) sunt eidē terrae san-
ctae

et ad meridiem collaterales: restat ut
alios septē reges, ad septem partes reli-
quas Imperij totius Rom. post diuisionem
& discessionē regnorū siue prin-
cipatuū ab ipso Imperio referamus: si-
ue in Oriēte, siue Occidente, aut Aqui-
lone fuerint illę partes, olim ad corpus
Rom. Imperij pertinentes. Quare autē
illi tres reges sint per nomina suorū re-
gnorū expressi, & nō itidem aliij septē:
id in scriptura aliqua authentica non
dum hactenus legi, nisi per quandam
cōsequentiam dici possit: quòd ideo isti
tres reges nominatim per expositores
sunt expressi, quia illa regna uiciniora
sunt terrę sanctę, ubi dominabit Antī-
christus: sicut etiā Hieronymus super
Danielem ibidem hoc addit, quòd de
manibus Antichristi saluabūtur hæ so-
lę tres terrę, quę sunt etiam ad Orien-
tem uicinę terrę sanctę: uidelicet de-
serta Idumęę, & Moab, & Arabiæ. san-
cti enim Antichristo resistentes ad de-
sertorum reliquię saluę fiant.

F I N I S.

ITER GASPARI
 BRVSCII POETAE LAVREATI & Comitum Palatini Bavaricum, Elegiaco carmine scriptum, ad clarissimum uirum, D. IOANNEM Delicatum Posoniensem, Pannonium: Episcopi Ratisbonensis Officium, Iuris utriusque Doctorem.

12. Nouem
 briū, anni
 1551.



Bis senos soles mensis transmiserat
 ipse
 Conueniens nono nomen ab imbre
 trahens:

Et modo transferat Martini ignobile festum

Quo se implet nimio turba profana meros:

Vuonfidel
 oppidum.

*Marmoreos eques egressus Vuonsidalia meros
 Parua tuos, intra est quos mihi chara domus:*

Kemmat
 opp.

*Urbe Palatini sum primum exceptus in illa,
 Quam paruo patrius praterit amne Nabus.*

Rauhen
 Kulm.

*Culminis hinc arcem linguens in monte sinistro,
 Nomen habentem ipsa ex asperitate loci:*

Neustett-
 lin opp.

*Praterij dextra posita in regione, sub arce
 Oppiduli lacera & rustica tecta noui.*

Spanshard
 cœnob.

*Per nemus inde nigrum uecti successimus adi,
 Extat ubi sedes Premonstratensibus apta,
 Qui sua Scythonia corpora ueste tegunt.*

Illic post lauta conuicia regia mensa,

Mox somno reliquum temporis omne dedi.
 Possera cumq; dies ab Eoo surgeret ortu
 Impiger in caëptum prodeco rursus iter.
 Ac Dumbacenses dum me puto adire penates,
 Nescio qualis ibi me malus error agit,
 Vt tribus exactis equitando tristibus horis,
 Ad monachorum iterum penè recurro lares.
 Vnde reuersus, iter renouo, & cum sole cadente
 Ingridior uotis teçta petita meis.
 Plebis ubi pastor ueteri mihi fœdere iunctus
 Dudum, omnino mihi candidus hospes erat.
 Quo cum de uarijs rebus studysq; loquutus,
 Tandem etiam somno tempora iussa dedi.
 Mane sub auroram surgens in nomine Christi,
 Ardua conscendi tergora rursus equi.
 Per nemora & saltus ubi uectus, plurima uidi
 Incunda esse oculis qua potuere meis.
 Cyclopum in primis Vulcania teçta, superba
 Culti, nobilium ceu, decorata, domus.
 In quibus arma solent, tormentaq; bellica cudi,
 In primis ferri copia magna boni.
 Præsidet his clarus doctrina & moribus Hector
 Hegnerus, patriæ gloria lausq; suæ.
 Quo cum Castalios gustauit aliquando liquores,
 Præceptor nobis quando Melanthon erat:
 Atque in Francorum Vinshemius editus oris,
 Milibus urbs à te Noricaberga nouem.

Dumpach
oppidulū.

Hemer.

Altœuey-
her.

Viteber-
gæ.

Hic

- Villeg op-
 pidum. *His celeri cursu transmissis, ocyus urbem
 Paruam adij, fontes quam prope Vilfus habet.
 Vnde suum nomen Germanum contigit ipsi,
 Quod Vilsi caput hic principiumq; stet.
 Pransus ibi, rursus pergensq; in tramite cœpto,
 Hospitium subij sole cadente nouum,
 Sulczba-
 chium op-
 pidú metal-
 licum. *In Sulczbacensis nimirum incenibus urbis,
 Effoditur ferri copia diues ubi.
 Castelli comites quondam hanc fundasse feruntur,
 Qui domini terra totius huius erant:
 Origo op-
 pidi Sulcz-
 bacēsis, an-
 tiquitùs
 Suczēbach
 dicti. *At Suczenbachum dixisse, suis quasi riuum,
 Quod grauis ad riuum sus iacuisset ibi.
 Noctem hic transegi leta inter pocula, quieti
 Dans tamen, & somno tempora iusta pigro.
 Manè dies festus templum suadebat adire,
 Atque audire ipsi dogmata chara Deo.
 Templum est augustum: ritus, quos nemo profecto
 Culpabit, Christum qui reuerenter amat.
 Concio de
 idolo abo-
 minatiõis
 collocato
 in templo
 Dei. *Post sacros cantus, suo gestum exile theatrum
 Conscendit multa uir pietate grauis:
 Is dum de superis inuiso concionatur
 Idolo quodam (ut Biblia sacra ferunt)
 Interitum mundi, rerum extremamq; ruinam
 Vicinam, in foribus dixit & esse modo.
 Ad Christum iccirco populus se uerteret omnis,
 Ni uellet scelerum mole perire magis.
 Hæc utinam nostras uox sæpe feriret & aures, Atque****

Atque animos: minus hoc esset in orbe mali.
 Floreret pietas magis, & reuerentia legum:
 Imò erumnarum hoc esset in orbe minus.
 Nunc quoniam ruimus temerè in peccata, malumq̃
 Omne, Dei spretis legibus, inq̃ nefas:
 Tot quoque pœnarum formas, speciesq̃ subire
 Cogimur, ipse æther sidera uix quot habet.
 Christus ab æthereo spectans nostra omnia templo,
 Et regat, & sic nos semper ab hoste tegat:
 Ut medium fortes digitum monstrare queamus,
 Et mundo & carni, quin utriusq̃, dolis.
 Diuorum quibus ira, & morti inuoluimur atra,
 Tartareis monstris obijciturq̃ cibus.
 Talia cum pulchrè hîc didicissem, animoq̃ putarè
 Non mandanda modò, sed retinenda meo:
 Redditus hospitio, lauta illic prandia sumpsi,
 Moxq̃ in equi tergum rursus ut antè feror.
 Sulc̃bachum egressus, præter nemora, atq̃, ferarũ
 Horrendas latebras & iuga summa uolo:
 Donec ad insignem monachorum uenimus adem,
 Annales dudum quam cecinere mei:
 Annales, patria qui templa monastica cantant,
 Instaurant priscis & monumenta uiris.
 Castellum uero domus ista monastica dicta,
 Castri instar, pulchri collis in arce iacet.
 Hanc Sulc̃bacenses comites fundasse leguntur,
 Quos dominos habuit Noricus omnis ager.

Castel cœ
nobium.

Hic

Hic nos excepit primum fortuna nouerca
 Quæ tandem facta est mater amica tamen
 Namq; intramitti dum postulo, clauditur omnia
 Porta mihi, & tota scribor ab æde procul
 Sicq; uis frustra tentatus pluribus, ipsum
 Vicinum hospitium cogor adire tamen.
 Inde statim Abbati stomachatrix littera missa est,
 Presentem quæ me diceret esse foris:
 Cuius & ista domus meritis, aliâq; per orbem
 Germanum plures iam legerentur ibi.
 Inò ibi non tantum: terra sed in omnibus oris
 Per quam se latè Rhenus & Ister agunt.
 Littera porrigitur, qua lecta, accersor in ædem
 A qua nuper eram iussus abire procul.
 Quiq; informandis monachis ibi præsidet auctor
 Mittitur, ut placet me, ueniamq; petat.
 Sæpe uenire feros uenatoresq; equitesq;
 Quos procul arccri Principis ira uelit.
 Non id agi, Musa ut sacra pellantur ab æde,
 Quæ doctis quondam est tota habitata uiris:
 Qualibus ex animo fauceat uenerabilis Abbas
 Qui (procul ira) animo me uelit esse bono.
 Talibus illectus sermonibus, ocynus ipse
 In uestes, in equum rursus & arma feror.
 Ingrediorq; domum, cuius me rector amanter
 Excipiens, fecit talia uerba mihi:
 Est tuus aduentus nobis, charissime Bruschis.

Omnibus acceptus, quos alit ista domus:
 Hanc non obscuram quorum tibi nomine dextram
 Porrigo, quæ fidei symbolon est & erit.
 Unus ades, qui quando tui mihi nominis index
 Non fidus (qualis debuit esse) fuit:
 Carceri inclusus tenebris hac nocte latebit,
 Fidius Abbati discat ut esse suo.
 Non excludo viros uirtute & nomine claros,
 Mandantis nec nos id ducis aula docet.
 Littera (quæ soribus fixa est) excludit iniquos,
 Qui nos sæpe mala seditione grauant.
 Miles, atque eques, seruorum turba malorum,
 Arceri procul hac debet ab æde sacra.
 Tu nobiscum unâ lætam tibi concipe frontem,
 Atque domus nostræ consule dona boni.
 Talibus exceptus uerbis deducor in aulam,
 Quæ fuit in totos tres mihi alumna dies.
 Per quos Abbati & monachis tractatus amanter,
 Et uidi & scripsi plurima grata mihi.
 Inter multa suo tamen olim tempore libris
 Commendanda, unum hoc non reticebo loco.
 Parietibus medijs affixa est ingeniosa
 Regionontani facta tabella manu:
 Et cuiusq; omnes indidit ipse uices.
 Quinetiam annorum multorum immitia fata,
 Et quicquid triste est uisus habere polus.

*Fatidica his interposita est sententia, uerbis
Teutonicis, non hic pratercunda mihi.
Quam tamen Ausonys libet explicuisse camœnicis:
Quandoquidē digna est, quā legat omnis homo.*

Vaticiniū
Ioānis Re-
giomōtani

*Post mille expletos à partu Virginis annos,
Et post quingentos rursus ab orbe datos:
Octogesimus octauus mirabilis annus*

*Ingruet, is secum tristia fata trahet.
Si non hoc anno totus malus occidet orbis,*

*Si non in nihilum terra fretumq; ruent:
Cuncta tamen mundi sursum ibunt atque deorsum
Imperia, & luctus undiq; grandis erit.*

*Regiomontani sic dicunt uerba: potentis
Iudicis astrorum, fatidiciq; uiri.*

*Quæ merito doctis sunt pensanda omnibus, & cum
Iudicio cunctis excutienda p̄ys.*

De extre-
mo die.

*Est equidem, est mundi præsens extrema senectus:
Est præsens uindex iudicis ira Dei.*

*Ipsæ sua totus nunc orbis mole laborat,
Venit & huic sæculo finis & illa dies,*

*Quæ postrema dies & ineluctabilis hora est,
Quæ cuncta in priscum sunt reditura Chaos.*

*Plurima testantur ueterum id monumenta uirorum:
Plurima uerum etiam signa loquantur idem.*

*Quæ qui sollicito uelit omnia dicere uersus
Is numerare uolet sidera cuncta poli.*

Dictum
Helix.

*Millia sex mundo tribuit Thesbeus Helias,
Thalms*

Thalmudici nobis ut cecineri libri.
 His male perfectis ruiturum dicit eundem,
 Venturum inq̄ nihil, quod fuit ante nihil.
 Millia prima duo, uacua & sine lege futura:
 Altera sed leges sunt habitura duo.
 Tertia uerò duo, nascenti millia Christo
 Atribuit: numero haud absoluenda suo.
 Acceleraturum namq̄ hunc rationibus aequis
 Iudicium, pereat ne pia turba quoq̄,
 Suiet acer enim plusquam ullo tempore draco
 Supplicium ut propius senserit ire suum.
 Suiet, & terris cælum & maria omnia miscēs,
 Aduersus Dominum dicet acerba Deum.
 Omnia fracturus diuina humanaq̄ iura:
 In quorum inducet turpia queq̄ locum.
 Non erit ulla fides, pietas non amplius una,
 Nec probitas, Domini nec timor ullus erit.
 Totus & immersus studijs uotisq̄ maligni
 Mundus, erit Domini scæda cloaca sui.
 Hac in colluue uitiorum atq̄ impietatis,
 Inq̄ procellosi fluctibus hisce maris:
 Ni Deus ad finem mundi properaret, & ipsa
 Turba electorum sorte perire queat.
 Talibus exemplis scelerum seducta malorum,
 Adueniens statuet sed quibus ipse modum,
 Non passurus, ut impune grassetur in auum
 Impius aut satan, aut impia tota cohors.

Præteriere autem annorum iam millia quinq;
 Inq; suis sextum cursibus ingreditur:
 Cuius pars media est exacta hoc tempore nostro,
 Et superaddita sunt iam quoq; lustra decem.
 Regiomontani nostri hac iccirco uidentur
 Obseruanda aliquo prodita uerba modo.
 Esse dies siquidem postremos abbreviandos,
 Ipsa Dei digito litera scripta docet.
 Duraturum autem non, sex nisi millibus, orbē,
 Testantur multis edita signa modis.
 Sex fecit tantum Maiestas summa dierum
 In spacio, Mundus quicquid uterq; capit.
 Septima uerò dies erat assignata quieti:
 Quid si autem hac se sic millia forsan habent?
 Mille anni siquidem coram rectore deorum
 Hoc immortalis, sunt uelut una dies.
 Omne quod est factum sex his mortale diebus
 Ex nihilo, Domino sic operante Deo:
 Id morietur in annorum sex milibus omne,
 Inde sequutura est perpetua illa quies.
 Nil ærumnarum, nil tristitiæq; maliq;
 Nec quicquam infestæ seditionis habens.
 Sic primi patres sex decessisse leguntur;
 Peccati pœna morte premente uiros.
 Enoch. Septimus à letho non est percussus amaro,
 Sed uiuens potuit regna subire Dei:
 Tractus in æthereas dÿs concomitantibus arces,

In quibus ipse Deus, uita salutisq; sedet.
 Forſan idem hoc, ſeries Regum admiranda profecto,

Quamq; ita fatorum legibus ire reor,
 Designare aliqua nobis ratione putanda eſt,
 Qua totus mirum nil magis orbis habet.

Namq; Sigismundum (qui primus nominis huius
 Caſar erat) quæ ſunt fata ſequuta, uide.
 Venit enim Albertus, qui non tantum eſſe ſecundus

Hæc ſerie potuit, nomine ſed quoq; erat.

Alberto ſubijt Fridericus, nomine certe

Atq; à Siſmundo tertius, aſtra tenens.

Quartus ut à primo Siſmundo Maximilianus,

Sic etiam quartus nominis huius erat:

Nam Maximinos geminos, & Maximianum

Primum, habuit reges Martia Roma prius.

Quintus in hæc ſerie fatalis eſt Carolus ille,

In Gallos qui nunc fulminis inſtar abit.

Hanc ſeriem qui non fatalem intelligit eſſe,

Arcano diuini conſilioq; datam:

Captus ut eſt oculis, uel talpa cæcior ipſa,

Sic cerebro plenum non habet ille caput.

Sextus erit dubio procul is mihi Carolus olim,

Fernandus cedit cui ſuus ipſe pater.

Sextus enim (ſi ſic ſeries hæc continuanda eſt)

Nemo profecto niſi Carolus eſſe poteſt.

Iſtes mortales omnes ſex, ſeptimus unus

Excipiet, nunquam qui moriturus erit.

Vt in ini-
 tio mundi
 ſex Patriar-
 chæ: ſic
 ante finem
 mundi ſex
 mirabili
 ſucceſſio-
 ne erunt
 Imperato-
 res.

Septimus à primo Sismundo Christus, ab arce
 Qui supera ueniens finiet orbis opes:
 Atq; aliud statuet regnum melioribus annis,
 Cuius non ullo tempore finis erit.
 Esse autem ante fores nostras hoc nobile Regnum,
 Fatalis series hæc docet, atq; monet.
 Regiomontanus cui suffragatur abundè,
 Cuius sunt supra uerba relata mihi.
 Lectori quibus hic commissis, rursus in ipsam
 (À qua digressus sum procul) ibo uiam.
 Castelli monachis, & eorum principi, amicium
 Cum dixissem omni religione uale:
 Rursus iter renouo, cursusq; redintegro cæptos,
 Alta Ratisbonæ ad mœnia uersus, eques.
 Non tamen una dies potuit me ducere ad urbem,
 Quòd mihi quadã essent templa uidenda prius:
 Emensus ualles igitur, quas Lautharus aruis
 Et Vilsus rigat, & maior utroq; Nabus:
 Kalmuncz & applicui ueteri, cum Phœbus anhelus
 Hesperium jessos in mare merisit equos.
 Vrbs hæc parua, Nabi coitu Vilsig, celebris,
 Præbuit hospitium nocte silente mihi.
 Qua pulsa radijs redeuntis ab æquore solis,
 Rursus equum scandens ad pia templa feror,
 Pulehohen. Quæ sacrata tuæ regum Rex Christe parentis,
 Nympharum sacros quondam aluere choros
 Nympharum quæ perpetua se uirginitate
 lactarunt diuinum munere posse frui.

Kalmuncz
 oppid.

Pulehohen.

Domina
Scolastica
de Allr-
heim.

*Ipsa loci domina, Allrtheyma lux in chryta gētis,
Hospita tam clemens, tam fuit aqua mihi:
Vt si non ipsam hīc saltem uno carmine laudem,
Ingrati possim criminis esse reus.*

† Pettendorph.

* Ratisbona.

† Arnolph.
Imper. mu-
ro altiore
muniuit Ra-
tisbonā: is
phthīriasi
perijt, &
Ratisbonæ
apud S. He-
meranū cu-
bat.

Nabus.

Regus.

*Quod fuit Aenæa uenienti ad uile Butrotum
Andromache infelix, hoc fuit ista mihi.*

*Insigni præstans uirtute Scolastica: longos
Quam, saustosq; sinant fata uidere dies.*

*Ibat post decimam mensis lux nona Nouembris,
Lux & amœna equidem, & sole serena nouo:
Surgimus, & contra uenientis frigora brumæ*

Induimur lutris, induimurq; lupis.

*Ipsæ ualedicens Domina, sacrisq; puellis,
Inceptam pergo continuare uiam.*

*Trajciensq; Nabum † Pettendorphensis ad aras
Delubri sacras per nemora alta feror.*

*Vnde procul pulsis æonialibus, ipsa libido
Sola quibus studium, sola Venusq; fuit,*

*Cum nec ibi Annales essent, monumenta nec ulla,
Quæ poterant cursum detinuisse meum:*

*Celsa Ratisbona * contendi ad mœnia uelox,*

† Quæ sunt Arnolphi Caesaris aucta manu.

*Vrbs est in dextra sita parte binominis Istri:
Istri, qui Regum hīc excipit, atq; Nabum.*

*Quorum hīc piniferi lapsus de uertice montis,
Flumina ubi ex una quattuor arce cadunt:*

Ille Bohemorum est nemorosus natus in aruis:

Regna Palatinis subdita uterq; rigat.
 Vrbs in planicie sita, munitissima certe est,
 Et satis ampla quidem, sed populosa parum:
 Cui si clerum adimas, cleri sociosq; profecto
 Inuenies uacuas & sine ciue domos:
 Quae tamen erecta uelut ardua castra sub auras
 Aethereas, sedes regibus esse queunt.
 Hac dedit urbe nouos olim mihi Caesar honores,
 Daphnaea cingens tempora fronde mihi:
 Quatuor ad numerum lustrorū ubi tertius annus
 Venerat, in uita tempora fixa mee.
 Tempa, dies quot habet solaris & integer annus,
 Si numerare uelis, tot numerabis ibi.
 Quorum aliqua ingenti sublata ad sidera mole,
 Astra etiam ac nubes tangere posse putes.
 Quod si tecta aliquam laudem turrita merentur,
 Vrbsq; aliquid celebris nominis inde trahit:
 Hanc urbem uerè turritam dixeris esse
 Prae reliquis, Ister quas, Sala & Albis habet.
 Rara domus siquidem, quae non ad sidera turrim
 Eductam, celsi uerticis instar habet.
 Per pontem (quo non est toto clarior orbe)
 Ingresso, apparet Praesulis alta domus,
 Picturis uarijs foris illustrata, sed intus
 Eximie placidum hoc tempore numen habens,
 Quo se clara domus iactat Papenheymia, prisca
 illa, sed antiquis Regibus orta quoz.

Georgiū
 Marfallum
 à Pappen-
 heym, Epi
 scopum.

Non Papenheymia, sed quondam Caladinia dicta,

Ex qua defensor magne Philippe tuus:

Qui tibi Paberga caso uiolentia Othonis

Astitit, & tanti criminis ultor erat.

Vnde habet aeternas laudes, decus atq; perenne

Hectoreo ex uno stirps ea tota uiro.

Hic reuerende tuas Delicasi accessimus ades,

Iunximus & fidei pignora lata tibi.

Perq; dies aliquot secura mente manentes,

Palladias tecum uiximus inter opes.

Colloquys animum reparantes saepe disertis,

Colloquys placidis, colloquysq; pijs.

Sed qua fortuna descenderim ad usq; Viennam,

Dulcis & ad patria moenia celsa tuae:

Id te charta, breui post tempore, nostra docebit

Alteram, Pannonys charta notata uys.

Interea ut recte ualeamus utring, precemur

Aeternum Dominum qui regit astra Deum,

k 4

Apostrophe ad
Imp. Philippum
Barbarossae filium,
trucidatum ab
Othone
Vuittelbacensi: qui
Caesarici-
da à quodam
nobili uiro de
Caladiniterum
postea interfectus est.

F I N I S.

GASPARIS BRUSCHII
Egrani, Poetae laureati Lucubrationum
cularum Elenchus, Basileae congestus
in Calendis Iunijs, Anni à nato
Christo 1553.

EXIMIA PIETATE AC DOCTRINA
præstanti viro, domino Chunrado Lycostheni Ru-
beaquensi: concionatori Basiliensi ad D. Leonhar-
dum, quod olim Canonicorum Sancti Augustini
collegium fuit: amico suo ueteri, eidemq; singula-
riter charo, S. D. Gaspar Bruschius Poeta
Laureatus, & Comes Palatinus.

*Quærebâs nuper numerum Chunrade librorum,
Quos usq; edidit huc nostra Minerva rudis:
Dum uarias mundi partes inuiso, & ubiq;
Congero, quæ nostras res aliquando iuuent:
Quæ Germanorum ueterum laudemq; decusq;
Inq; deos studium testificentur amans.
Ergo breui saltem numerâui singula scripto,
Hactenus in lucem quæ mea Musa dedit.
Idq; tibi munus, pignusq; relinquo fauoris,
Signaq; amicitie non dubitanda mea.
Tu redamare tuum si me dignaris amicum,
Esse satisfactum pulchrè opinare mihi.*

EX CICONIA BASILIENSI, CA-
lendis Iunijs, Anni 1553.

SECVT

SEQUITUR LVCVBRA
 tiuncularū Bruschi Catalogus.

Progymnasmata scripta ab authore, anno etatis
 sue 18. Doctōri Paulo Phrygioni & Ambrosio
 Blauro prostantiſſ. Theologis dicata, Tubingæ
 apud Vricū Morhardū edita, in quarta. folia sunt
 sex: quibus inter cetera insunt capita doctrinæ Chri-
 stianæ, hoc est, Decalogus, Symbolū apostolicum, ora-
 tio Dominica, Sacramentorū baptismi & euchi-
 stie institutio, & alia pietatis præcepta uersu Elegi-
 aco comprehensa.

Tabula Philosophiæ partitionē cōtinens, Tubin-
 gæ excusa apud eundem Morhardum, anno 1537.

Epitaphia in Eberhardum piū & barbatum,
 ducem Vuirtembergensem, funebri D. Ioachimi Ca-
 merarij orationi addita: Morhardus excudit.

Tabula prædicamētū qualitatis prolixè explicās,
 Plmæ excusa apud Sebastianū Francū, et Sebastia-
 no Ayingero Plmēsū Archiscribæ dedicata.

Tabula descriptionē mōtis Piniferi (qui in Voigt-
 landia, uel ueteri Narischorū provincia est) et quatu-
 or ex eodē monte nascentiū & ad quatuor mundi
 plagas promanātiū flumiorū, Mæni uidelicet, Egra,
 Nabi & Sala cursum breuiter explicans: Georgio
 Leto Voigtlando, Augustanæ urbis Archigram-
 matao inscripta: Plmæ, apud Sebastianum Francū
 & Ioannem Zurælum excusa.

Salomonis prouerbiorū capita duo priora, uersū
reddita Elegiaco ac Paraphrastico, Christophoro à
Stadion Augustano episcopo dicata: Vlna excusū
sunt apud Sebastianum Francum, & iterum apud
Ioan. Zuralum Lamorumenū: qui addita alia pra-
fatione, eundem libellum Cornelio episcopo Leodi-
ensi dicauit. In quarta, folia quinq.

Cātionale Piccardicū germanicū, cum Bruschy
uersibus in fine annexis. Vlna excusum apud Ioan-
nē Varnierū, & iterū apud Zuralum Flandrum.

Ad Ferdinandū Rom. Vngariae & Bohemiae
Regem carmen Paraneticum, de suscipiendo aduer-
sus Turcas bello: Noribergae in quarta excusum, a-
pud Ioannem Guldenmund.

Funus Erasmi Roterodami in germanicum uer-
sum, pro cœnobitis nobilibus Michelsfeldensis cœ-
noby, quibus etiam dicatum est: excusum Noriber-
gae, apud Ioannem Guldenmund.

Odariū Horatianarū et omnium carminū Harmo-
nia, trib. et quatuor uocib. à Benedicto Duce cōposita
cū Bruschy uersib. in capite et calce opusculi adiectis.

Encomia Hubae Slaccenualdensis, & Thermo-
rum Carolinarum apud Bohemos, cum libro Elegi-
arum & Epigrammatum, Vitebergae edita apud
Iosephum Klug, in quarta: folia sunt sex, Ioanni
Curtio Abbati Depeliano dicata. Ibi res metal-
lica, & Thermarum causa, & naturae prolixè he-
roico

roico carmine sunt celebrata.

Querela afflicte Germania, uersu Elegiaco, ad Illustriſſ. principes Ludouicum ac Fridericum Electores Palatinos Rheni scripta. Cui additū est septimū Salomonis prouerbiorum caput, uersu Elegiaco & Paraphrastico redditum. Et Epigrammata in D. Caroli V. Rom. Imperatoris laudē decantata, quibus Anno etatis sue uicesimo tertio Lauream ab Imperatore meruit. Libellus in quarta prodijt Ratibona, ex officina Ioannis Carbonis, Anno 1541.

Narratio tumultus cuiusdam Magdenburgi, à monacho quodam Carmelita excitati: heroico carmine scripta, ad doctorem Nicolaum Medlerum Curianum, præceptorem suum: excusa cum Elegia, de doctoris Ioannis Schiringi consulis Magdeburgensis uita, & Epitaphijs quibusdā, Vitebergæ in officina Schirlenciana.

Narratio calamitatis, quā perpeſſa est urbs Slacenuwaldensis apud Bohæmos anno 1542. uersu Elegiaco scripta, ad Ioannē Georgiū Elbogneriū: excusa in octaua, Vitebergæ apud Petrū Schirlenc.

Precatio contra hostes Euangely carmine heroico scripta, & Vitebergæ apud Petrum Schirlencium impressa.

Chronicorum Ioannis Auentini liber primus, cum eiusdem uita, à Bruschio scripta: germanicè impressus Noribergæ, apud Petreium.

De monte Pinifero, et Egra fluuio, & Egra ciuitate liber Germanicus, in quarta: Noriberga excusus apud Ioannem Petreium. Vterq; liber Egrano Senatui dicatus est.

De Mauricio Saxonum duce, qua fortuna pergnarit ad Pestum contra Turcas: Elegia Viteberga apud Schirlenczum edita.

Syluarum, hoc est, omnis generis Poematum liber primus, in octaua, & octo foliorum: Guuthero illustri Comiti à Schuuarczburg dedicatus, Lipsia excusus in officina Micaelis Blum.

Dialogi Biblici ex Genesi excerpti, pro iuuentute Neumburgesi, Nicolai Medleri Theologiae doctoris filijs dicati, cum pijs & sacris Bruschy Epigrammatibus: Lipsia excusi apud Blumium.

De Mulda Misnia fluuio, & omnibus ad eundem sitis locis Elegia, Lipsia apud Nicolaum Vuolrab excusa: Magistro Ambrosio Schurero dicata.

In sacrorum Bibliorum laudem, Elegia prolixae in qua decem rationibus probatur, Verbum illud quod per Prophetas & Apostolos proditum est, uerum esse uerbum Dei, quod filius Dei è sinu patris ad nos transportarit. Haec Elegia ad theologiae Doctorem Ioannem Saurum scripta, & Brenty Biblijs Lipsia apud Nicolaum Vuolrab in folio excusis addita, & paulo post in eadem officina seorsim in octaena excusa est.

Domini

Dominicalium Euangeliorum breues Lutheri expositiones, latina ciuitate à Bruschio donata sunt, & excusa Lipsia in octaua, apud Nicolaum Vuolrab, dicata domino Ioanni Kynlein, Quaestori Cadelburgensi.

Catechesis Philippi Melancthonis, ex latino in Germanicū uersa à Bruschio, et Henrico Scherlioni mercatori ac Senatori Lipsico dicata: Lipsia excusa est apud Blumium, in octaua.

Ode tres de S. Gregorij festo, quo pueri ad ludū literariū inuitari solet: Erfordiae excusa, apud Wuolfgangum Sturmerum.

Vita Domini nostri Iesu Christi, ex Ammonio Alexandrino, cū Prolegomenis Bruschi, ad illustres Comites à Schuuarzenburg, Gūtheri Comitis filios. Erfordiae excusa, apud Wuolf. Sturmerum.

Carmen uenatorium, ad Ulricum Comitem à Reinstein, Erfordiae editum.

Epihalamion nuptiarū Ulrici Mordysij, legū Doctoris, Erfordiae excusum.

De Adama & Eua, primis humani generis parentibus, eorundemq; liberis, insignis ac suauissima Philippi Melancthonis ad Comitem de Rueda epistola, in Germanicū uersa à Bruschio: excusa prius apud Blumium, postea Erfordiae apud Wuolfgangum Sturmerum, cum Germanica ac breui eiusde Bruschi Catechesi, pro Comitissis quibusdam Schuuarzenburgensibus adornata.

De autoritate uerbi Dei libellus Georgij Ma-
ioris, à Bruschio in Germanicum uersus: Erfordia
excusus est apud Sturmerum, dedicatus Thoma
Repeun, ciui ac mercatori Lubecensi.

Epistola regis Abgari, Lētuli ac Pilati, de Chri-
sto Iesu, in Germanicum uersa à Bruschio: Excusa
sunt Erfordia apud Sturmerum.

D. Philippi Melanchthonis tota Postilla ex: lati-
no in Germanicū uersa à Bruschio, & Hennenber-
gensibus principib. dedicata: excusa est Erfordia in
oetaua apud Vuolfgangū Sturmerū, in tres Tomos
diuisa. Eum laborem sibi paulo post (tantum Prole-
gomenis immutatis, & dedicatione ad alios conuer-
sa) Ioannes Pollicarius uendicauit, beneficiorum in
se olim collatorum parum memor.

Methodus in Mosen à Melanchthone ostensa, et
eiusdem aliorumq; commentarij in aliquos Psalmos
Dauidicos, cum Bruschi Prolegomenis ad Georgiū
Principē Anhaltinum, Episcopū Morsenburggen-
sem: quibus accessit & querela Lazarorū, hoc est
cōcionatorū ac pauperū scholasticorū, uersu scripta
Elegiaco: & prima Bruschi Ecloga Chloris dicta,
de Animæ immortalitate & uita aeterna, in mor-
tē Omelia illustris puella & comitissa à Schuuarē
burg scripta: libellus in oetaua prodijt Erfordia
ex officina Vuolfgangi Sturmeri.

Libellus Barthotomæi Georgiuiueij à Turcis
aliquādo capti, & diuinitus liberati, de Turcarū
moribus

moribus ac ritibus, ex latino in Germanicum uersus à Bruschio, Senatui Slaccenuualdensi dicatus: Noriberga prodijt, ex officina Guldemundij.

De maxilla Samsonis, ex libris Iudicum, Elegia: cum precatione ad Christum uictorem ab inferis redeuntē. Vlma in quarta excusa, à Varnierio.

Prognosticon è sacrarū literarum pœnu depromptum, & in omnia secula ad finē mundi usq; duraturum, germanicè & latinè à Bruschio scriptum.

Germanicum Senatui Lindauensis ad Acronium latum sitæ urbis dicatum, Augustæ excusum est in quarta, folijs quatuor, ab Vlhardo: Latinū hoc anno (si uixerit) edi curabit.

Ludus septem Græcia sapientum, Germanicis Rhythmis compositus, cum pijs & totū Christianismum comprehendentibus, Rhythmo etiam Germanico compositis Prolegomenis: libellus in octaua prima Augustæ apud Vlhardum, postea Noriberga apud Ioannem Montanum excusus, cum latinarum poësis Iambico, quo Germanicorum Rhythmo eiusmodi condere ineptum iudicant.

Epitaphiō domine Salomæ Comitissæ cuidā Oettingensi in utraque lingua positum: Noriberga, apud Montanum.

Epiigrammata in diuorū Caroli V. et Ferdinādi laudem scripta, ac Maximiliano Austria Archiduci dicata:

dicata: excusa Augusta Vindelicorum apud Philippum Vlhardum.

De omnib. totius Germaniæ Episcopatibus Epitomes Tomus primus, Archiepiscopatû Moguntinum cum duodecim alijs Episcopatibus, qui Moguntino subsunt, comprehendens. Liber triginta duorû est foliorû in octaua: dicatus Sebastiano ab Heusenstein Archiepiscopo Moguntino: excusus Norimbergæ apud Montanum.

Consolationum D. Martini Lutheri opusculum Germanicum, Latina ciuitate donatum à Bruschijs & Alberto Marchioni Brandenburgensi, Borissæ Duci dicatû: excusum est Norimbergæ, apud Ioanem Montanum.

Lamentationes Hieremias propheta à Gardano & Crequilone compositæ, cum Bruschijs Prolegomenis. prodierûnt Norimbergæ ex officina Ioan. Montani.

Quinq. uocum cantiones, de præcipuis diuorû festis: Norimbergæ excusæ apud Montanû, cum prælixu Bruschijs & uersu heroico compositis Prolegomenis, quibus Rhenense iter suum dominus de Petra Treuerensibus Canonicis exponit.

Epigrammata de Carolo V. Imp. & Ferdinando rege, fratribus, aucta, & Doctore Georgio Gienzero Consiliario Regio dicata. Augusta apud Vlhardum impressa, in quarta, folijs tribus.

Encomion scholæ Regiæ, uersu Elegiaco scriptû excu-

excusum in quarta, apud Vthardum Augusta, folijs quinque.

Encomion sacelli regij, in quarta, folijs Augusta apud Vthardum excusum, & postea operi Monasteriorum etiam insertum: Domino Primo Lacuanario Regio Eleemosynario dicatum.

Monasteriorum Germania precipuorum, ac maxime illustrium Centuria prima, Ingolstadij excusa apud Vneiffenhornios fratres, in folio, folijs centum & octo, Regis Ferdinandi filijs Maximiliano & Ferdinando Archiducibus Austriae dedicata. Ad calcem operis est de Constantiensibus Episcopis omnibus prolixum Idyllion: & Hodæporicon Rhenense, ad Renatum Henerum, Lindauj olim discipulum suum scriptum.

Minuta quedam Poematia, Epitaphia nimirum, & Carmen de laudibus Bibliorum: Vienna excusa sunt anno 1552.

Aphthonio Loricij, Francofordie apud Egenolphum excuso: Alexandri Græcæ grāmatica, Lipsiæ apud Blumium typis expressa: & Ioannis Loricij Poetae laureati, copiosis Grammaticis Ingolstadij editi: Ambrosij Schureri in Laliū Ciceronis cōmentariolo, Lipsiæ excuso: Philippi Melanthonis Danieli, Lipsiæ expresso: Thomæ Naogeorgi affinis sui Hamano, Lipsiæ edito: Ioannis Saltzmanni, Medici orbita Vlmensis Diario: Ioachimi Helli Messahala, Noriber-

Noribergæ typis Ioannis Montani descripto: Tricinijs Gasparis Othmari: Inuestitura Mauriciana Mamurani, Augusta edita: Gasparis Rudolphi in Maximiliani Archiducis ex Hispanijs reditū scripto carmini: Gilberti Cognati laudibus Erasmi: Apophthegmatū Erasmi, recens per Churradium Lycosthenem aucto uolumini: & Ioannis Funckij recens apud Oporinum recusa Chronologia, addita sunt Bruschi epigrammata etiā, & Idyllia quadam.

Sebastiani Munsteri Cosmographico operi, Basileæ apud Henricū Petri excuso, addidit Bruschius Egrana ciuitatis & montis Finiferi, totiusq; circūsitæ prouincie (quam Voytlandiam uocat) descriptionem, cum epistola ad Munsterum scripta. Secundo eiusdem operis tomo plura additurus.

De Laureaco ac Patauia, & utriusque loci Archiepiscopis & Episcopis, libri duo Gasparis Bruschi, cum uarijs eiusdem poematibus, Canonice Patauiensium Senatui dicati, in octaua, Basileæ apud D. Oporinum, folia sunt uigintiquatuor.

Tilianus Ioannis Philony, siue de Scientia recte moriendi libellus, cum Bruschi Prolegomenis ad D. Stephanum Abbatē Formbacensem scriptis. Excusus in octaua, apud Ioan. Oporinum Basileæ.

De Murbacensis monasterij amplissimi origine Elegia, apud Oporinum excusa.

Ad Basileam Idyllion, de laudibus typographorum

rum Basiliensium.

Engelbertus Abbas Admontensis, de ortu & fine Romani Imperij, cum Bruschi Prolegomenis, & Hodeporici Bauarici parte.

Liber incerti autoris de Philosophia, à Bruschio inuentus, & cum eiusdem præfatione editus Basilea apud Oporinum.

Ioci & seria à Bruschio collecta, partimq; ipso autore scripta, & Nicolao Comiti à Salm dicata: prodire Basilea apud Oporinum.

Edet uerò deinceps, uolente & clemēter annuente propitio ac misericorde Deo, hæc sequentia:

De omnibus Germaniæ Episcopatibus, opus magnum, cuius antea Epitome prodijt, uel Epitomes potius Tomus primus.

Monasteriorū Germaniæ Centurias adhuc tres, cum uarijs poematibus.

Montis Piniferi, & quatuor ex eodem decidentium fluuiorum, Mæni uidelicet, Egræ, Nubi, ac Salsæ, uberem & copiosam descriptionem: soluta oratione scriptam.

S. Ioannis Apostoli epistolas Canonicas, uersu elegiaco & paraphrastico à se redditas: cum precationibus pjs carmine scriptis.

Concionem Domini nostri IESU CHRISTI ualedictoriam, quæ continetur capitibus 15.

16. & 17. Ioannis Euangelistæ, uersu elegiaco à se

comprehensam.

Gesta urbis Treuironum: qui liber erudito orationis filo scriptus est ante annos quadringētos. Ad ea gesta accesserunt, autore Bruschio, Paralipomena rerum apud Treuerenses ad nostra usque tempora gestarum.

Ciuitatum ac fluiuiorum Germaniæ maximè illustrium descriptiones carmine, partim suo, partim aliorum diligenter comprehensas: uaria item cum sua tum aliorū in unum opus congesta Hodoeporica.

DOMINO CHUNRADO
LYCOSTHENI S. D. BRV-
schius Poeta Laureatus.

*En Chunrade omnes, quas ipso tempore nugæ
In numerum redigi uisq̄ cupisq̄ meas.
Quo tibi si pulchrè sum gratificatus & aptè
Officio exiguo, gratulor ipse mihi.
Tempus & hoc rectè collatum existimo, quo sume
Chare tibi Theseu gratificatus ego.
Qui tamen interea promitto fideliter omne id
Facturum prompta me pietate tibi
Quod tibi, quodq̄ tuis aliquid queat utilitatis
Ferre, aut res aliqua parte iuuare tuas.
Vive diu felix, Chunrade, Deumq̄ precare
Pro me, pro oq̄ meis rebus ubique. Vale.*

Datum

Datū 12. Iunij, anno 1553. in ipso solstitio æstivo, & in ædibus tuis Basiliensibus, ad uetustissimū Pythagorici silentij symbolum, in ruinis tuarum ædium inuentum, Anno salutis 1549: quod tu non abs re, ex Augustæ Rauracorum ruderibus Basileam aliquando uocatum esse existimas. Est uerò id ipsum symbolum, humani capitis imago, caluitiem uel rasuram quandam monasticam exprimens, aures habens & amplas & patulas, ad audiendumq; plurima præclare dispositas: ore uerò prominentem exerens linguam, quæ annulo ferreo labia etiam utraque penetrante pertusa, & ad quinquennale Pythagoreorum silentium præstandum egregiè communita esse apparet: quod in antiquitatis studiosorum gratiam hoc loco omittere nō potui: carmen siquidem prolixè ea ipsa de re scriptum, alibi excusum est, Philoniano nimirum Tiliano, ut scis, appositum. Vale
 iterum.

Symbolū
 Pythagori
 ci silentij
 Basileæ.

BASILEAE, PER IOANNEM
Oporinum, Anno à CHRISTO
nato M. D. LIII.
mense Julio.



Hac habet à Diuo Fernando Cesare, magnis
Pro meritis uates Bruschius arma suis:
Quòd primus patriæ celebrare est totius ausus
Pontifices omnes, templa, laresq; sacros:
Vnde, in quo fuerint quondam pia sacra fauore,
Arserit immensus quàm pietatis amor:
Quale suis fuerit studium maioribus olim,
Ipsis cum senibus scire inuenta queat.
Tu decus hoc agnosce tuum Germania, laudis
Inuidisse tuæ ni relis ipsa, Vale.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

3

RESOLVTIO
ALIQVOT LO-
CORVM SACRAE

Scripturæ, in suas materias
seu rerum locos:

videlicet,

Psalmi CXXVIII. & CXVII.

Euangelij de Circumcisione Christi, Luc. II.

*Dicti Iohannis, cap. XX. Hæc scripta sunt
vt credatis, &c.*

AUTHORE

PETRO PATIENTE, ECCLE-
siaste Francofurtensi.

EX HOC TRACTATIONIS GENERE,
*Theologi & Studiosi, tum opulentiam sacrarum literarum
magis cognoscent, tum occasionem diligentius
scrutandi & ponderandi Scrip-
turas sument.*

IN FINE ADIECTA EST BREVIS
*narratio de vita & obitu M. Hartmanni Bey-
eri, Ecclesiastis Francofurtensis,*

FRANCOFVR. AD MOENVM,
M. D. LXXVII.

RESPECTFULLY
Yours very truly
J. V. M. S. A. C. R. A. E.

THE
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE
NAVY
WASHINGTON

RECEIVED
AT THE
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE
NAVY
WASHINGTON

THE
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE
NAVY
WASHINGTON

RECEIVED
AT THE
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE
NAVY
WASHINGTON
M. D. 1871

ANTIQUITA-
TE GENERIS, PRU-
DENTIA, VIRTUTE ET

*pietate præstantibus, D. Christiano Völcke-
ro, Scabino & Senatori, ac D. Joanni Philip-
po Völckero, nepotibus Patruelibus,*

Patritijs Francofurtensibus,

*Dominis suis co-
lendis.*



TSI tam nostri
quàm superio-
ris proximi tem-
poris Theologi
& viri docti per
multa scripse-

runt, quibus mysteriorum di-
uinorum cognitio & intelli-
gentia, multò quàm antea faci-
lior & illustrior facta est: adhuc
tamen necessarium officium

P R Æ F A T I O.

Ecclesiæ Dei præstaretur, si quis
scholastica simpliciq; Methodo
ac ratione, quemcunque inte-
grum Scripturæ locum, atque
etiam vniuersos & singulos li-
bros sacros, quoad eius fieri pos-
set, in materias seu rerum locos,
quos continent, omnes, quàm
diligentissimè & exactissimè re-
solueret, singulasque res in suo
ordine suaque luce positas, cui-
uis etiam rudissimo lectori, tan-
quam digito exerto common-
straret. Iam extra dubitationem
illud quidem est, nō modò non
vnius hominis, sed ne vniuer-
sorum quidem, qui fuerunt,
qui sunt, quiq; futuri sunt, Theo-
logorum, hoc opus esse. Sunt e-
nim literæ sacre omninò inex-
haustus

PRÆFATIO.

haustus quidam fons, atque adeò abyssus, sapientiæ diuinæ. Neque tamen propterea desperandum est, de aliquo saltem pij conatus atque studij successu. Hoc animo & hac fiducia, superioribus aliquot mensibus, per id tempus, quo mihi ad certas dierum atque horarum vices, à ministerij mei laboribus respirare, & priuatis studijs incumbere licuit, circa Psalmos gratum tale aliquid sum conatus. Cumque aliquousque progressus, studium hoc meum, neque infortunatum esse, neque Ecclesiæ Dei infructuosum fore, animaduertentem: visum est in præsentis specimen aliquod huiusce conatus mei pio Lectori exhibere. Et

PRÆFATIO.

in bonam spem venio, non de-
fore, quos huiusmodi labor
afficiat, ædificetque: fore etiam
multos, qui à me commonefa-
cti, atq; exemplo meo excitati,
& doctius & diligentius in hoc
genere scriptionis, pro ædifica-
tione rudiorum & simplici-
um, vel mecum, vel etiam sine
me, sint laboraturi. Quod si De-
us in posterum mihi quoq; vi-
tam, valetudinem & vires beni-
gnè concesserit ac prorogaue-
rit: faciam & ego, quod mea-
rum est partium, neque patiar
vt quisquã in me diligentia &
fidei aliquid eo in officio desi-
deret. Hoc tempore autem e-
mittere volui Psalmum CXX-
VIII. Cùm enim ille de Coniu-
gio

PRÆFATIO.

gio multa præclara habeat, & propterea passim in Ecclesijs ad nouorum coniugum initiationem & publicam consecrationem decantetur: dignus certè est, qui quàm diligentissimè explicetur, & ex quo sapientiæ diuinæ thesaurus erutus in omnium piorum conspectum & intelligentiam adducatur. Vobis autem Ornatissimi viri ac Domini, quicquid huius est, dedicare placuit, cum alias ob causas, tum quia vterque nunc recens, hoc genus vitæ, cuius rationem præsens hic Psalmus noster maiore sui parte explicat, ingressi estis: quando nimirum tu Domine Christiane, viduus, cum pijsissima & honestissima

PRÆFATIO.

matrona, Margaretha zum Iun-
gen, ipsa etiam vidua, matrimo-
nium iniisti: tu verò, Ioannes
Philippe, maximæ spei Iuuenis,
Margarethæ ab Holtzhausen,
commendatissimæ sua laude
virginis, factus es maritus. Quia
enim more est receptum, ut ferè
nouis coniugibus, qui sunt e-
iusmodi, Epithalamia scriban-
tur, & connubia eorum con-
gratulationibus pijs cohone-
stentur: ego quod optimum eo
in genere habeo, nempe Epitha-
lamium hoc sacrum, ipso Spiri-
tu sancto authore scriptum, &
à me ita ut dixi, explicatum, vo-
bis offero. Neque dubito, quin
vos, & vobiscum omnes pij le-
ctores, plerasque omnes huius
Psalmi

PRÆFATIO.

Pfalms materias seu rerum locos, ordine, breuiter, & perspicuè à me hîc annotatas & explicatas esse, iudicaturi sitis: simul etiam spero, gratam vos habituros esse huius tractationis sub nomine vestro factam editionem: & hanc ipsam vtilitatis aliquid Ecclesiæ Christi esse allaturam. Adieci autem huic Psalmo illum quoque, qui numero est CXVII. itemque Euangelium de Circumcisione Christi Saluatoris: & dictum Iohan. 20. de Scriptura Christum nobis manifestante: omnia eadem Methodo ac ratione, cum priore illo Psalmo, explicata. Consilium verò meum est, per omnē hanc præsentium sacrae Scripturæ locorum

PRÆFATIO.

corum tractationem, Theologiae studiosis, aliquid, quod iudicent, quodque eos iuuet, & quod imitentur, imitandoque magis excolant, si velint proponere. Si igitur consilio meo euentus responderit: eò melius ego videbor laborem & officium meum collocasse. Valete. Francofurti ad Moenum: 5. Feb. quo die tu quidem Domine Christiane in Scabinorum numerum es cooptatus. Anno 77.

*Prestantia vestra
studiosiss:*

Petrus Patiens.

AD LECTOREM.

In hac Resolutione, mihi singulorum locorum omnem thesaurum atq; vim ex suo textu pro viribus eruenti, seorsimq; in conspectu tuo ponenti, sæpè circa plures locos vna eademq; doctrina repetenda fuit, sæpiusq; vt & mihi & expectationi tuæ satisfacerem, pluribus in locis idem dicendum. Id oro ne ^{ταυτ ελεγιζου} otiosam esse suspiceris: sed potius naturam cuiusq; loci, siquidem is integer erui & tanquam corpus quoddam vnum & perfectum ante oculos tuos constitui debuit, id ita requisivisse statuas. Quod igitur mihi nõ graue fuit suis in locis iterum iterumq; annotare: hoc quaeso, tu etiam sine fastidio legere, & tanquam in loco repetitum totiesq; inculcatum accipere, nõ dedigneris. Vale.



AD LECTOREM

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Small, illegible markings or text at the bottom of the page.

PSALMVS

CXXVIII.

ARGVMENTVM.



ST Epithalamium sacrum, auctore Spiritu sancto per Regium Prophetam Dauidem omnibus pijs coniugibus scriptum: vt ex eo tum coniugij seu coniugalis vitæ dignitatem atque gloriam rectè æstiment, tum consolationem in omnibus œconomica vitæ difficultatibus petant, percipiantq̃. Occurrunt autem hîc simul alij etiam plures loci: vt in *αναλύσει* est videre.

CANTICVM GRADVVM.

1 *Beatus est omnis qui timet*
DOMINVM: *qui ambulat in vijs eius.*

2 *Laborem manuum tuarum*
quia

RESOLVTIO.

quia manducabis: beatus es
& bene tibi est.

3 Vxor tua sicut vitis fructifera
in lateribus domus tue, filij
tui sicut plantule oliuarum
circum mensam tuam.

4 Ecce sic benedicetur vir, qui ti-
met DOMINVM.

5 Benedicat tibi DOMINVS
ex Zion: & videas bonum
Hierosolymæ, omnibus die-
bus vitæ tue.

6 Et videas filios filiorum tuo-
rum, pacem super Israël.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ ΣΕΥ
Resolutio huius Psalmi in
suas materias seu
locos.

DE

PSALMI CXXVIII.

I.

DE DEO,

1 **D**Eus est nobis timendus, seu, timeri
2 & coli à nobis debet. *ψ. 1. 4.*

Vix Dei sunt officia vocationis cuiusque nostrum, ab ipso Deo nobis in verbo eius demandata. *ψ. 1.*

3 Deo secundum verbum illius obedientiam præstare debemus: quod Psalmista vocat in vijs Domini ambulare. *ψ. 1.*

4 Deus olim habitavit in Zion (quæ hodie est Ecclesia) tâquam in cælo quodam suo, seu certa Regni sui sede. *ψ. 5.*

5 De Zion, hoc est, de sede cultus sui, quam in medio Ecclesiæ suæ habet, benedictionem ac dona sua Deus emittit ac largitur. *ψ. 5.*

6 Est igitur Deus, benedictor, seu, Deus benedicens: hoc est, proprium DEI est benedicere, vel, quia dicere eius facere est, benefacere hominibus. *ψ. 5.*

7 De benedictione porrò seu beneficijs Dei, illa hoc in loco commemorantur: omnis fœlicitas seu beatitudo nostra. *ψ. 1. 2.* laborare posse manibus. *ψ. 2.* victum sibi parare & eodem frui posse. *ψ. 2.*

RESOLVTIO.

se. 2. vxorem habere, & hanc quidem
fœcundam. 3. liberos gignere, deq;
ijsdem quod læteris habere, 3. facul-
tatum aliquarum, vt domus, vt men-
sæ, vt vitis & oleæ, possessio & proprie-
tas. 3. Hierosolymæ seu Ecclesiæ sta-
tum florentem videre. 5. dies vitæ
suz plures, & hos quidem fœlices nu-
merare. 5. posteritatem suorum li-
berorum videre, 6. Israëlis, hoc est,
totius Reipublicæ statum tranquillum
& prosperum videre, 6.

II.

DE PIETATE.

- 1 **P**ietas est, timere Deum, & in vijs eius
ambulare, 1. 4.
- 2 Pij igitur, sicuti hic periphrastice de-
scribuntur, sunt, qui timēt Dominum,
& ambulant in vijs eius. 1. 4.
- 3 Pietatem Deus à nobis requirit, & vult vt
pij simus, 1.
- 4 A pietate non modò non alienum, sed
quàm maximè etiam cum ea coniun-
ctum est, laborare manibus, 2. quæ-
rere & parare sibi victum, & eodem
frui, 2. vxorem ducere & habere, 3.
vxori

PSALMI CXXVIII.

uxori cohabitare, & liberos ex ea gignere, ψ . 3. 6. proprium tenere, quale est, victus, domus, mensa, & quæ his rectè annumerantur, vitis atque olea, ψ . 2. 3.

Pietatem tanquam effectus & præmia commitantur ac sequuntur, secundum hunc quidem Psalmum, illa: omnis generis felicitas & beatitudo, ψ . 1. 2. victus necessarius & honestus, ψ . 2. vxor fecunda & prolifera, ψ . 3. proles numerosa simul & generosa, seu vt Græciloquuntur, πολυτεννία καὶ εὐτεννία, ψ . 3. benedictio Domini, ψ . 4. 6. Ecclesiã habere & videre florentem, ψ . 5. vitam agere longam & felicem, ψ . 5. habere nepotes, seu filios filiorum, ψ . 6. Reipublicæ totius tranquillitatem & prosperitatem cum gaudio spectare, ψ . 6.

III.

DE TIMORE DEI.

TImor Dei est cultus seu religiosa observatio Dei, ψ . 1. 4.

Eum ab omnibus nobis hic Psalmus requirit, ψ . 1. 4.

Est autem non homo nobis metuendus,

B aut

RESOLVTIO.

- aut alia creatura, sed DEVS, *ψ. 1. 4.*
- 4 Timori Dei cognatum & affine est: in vijs Domini ambulare, *ψ. 1.* Atque huc etiam illa pertinent, quæ suprâ, loco secundo, obseruatione quarta, cum pietate coniuncta esse ostendimus.
- 5 Fructus seu præmia & veluti effecta timoris Dei, sunt omnia illa, quæ suprâ, loco secundo, obseruatione quinta, ordine ex hoc Psalmo, tanquam pietatis præmia, commemorauimus.

III.

DE BONIS OPERIBVS.

- 1 Bona opera facere, seu nouam obedientiam præstare, Dauidi hoc in loco est, in vijs Domini ambulare. *ψ. 1.*
- 2 Bona opera non sunt, nisi quæ sunt viæ domini, & in via Domini præstantur: hoc est, quæ Deus nobis præscripsit ac mandauit, vt in ijs ambulemus: seu quæ Deo testimonio verbi & voluntatis Dei quòd ipsi placeant grataque sint, ostendi ac demonstrari potest. *ψ. 1.*
- 3 Bona opera seu nouam obedientiam Spiritus sanctus à nobis omnibus præstari postulat, *ψ. 1.*
- 4 Fiunt autem & fieri possunt bona opera non

PSALMI CXCVIII.

non nisi à timentibus Deum seu pijs & fidelibus, & secundum verbum Dei ambulanti-
bus, v. 1.

5 Bonorum operum studium hoc in loco vehementer approbat & insigni laudatione comendat Spiritus S. v. 1. 4. 7.

6 Ex bonis operibus hic à Dauide illa commemorantur, obedientia vniuersalis erga verbū Dei in omni vita & cōuersatione nostra, quæ est, ambulare in vijs Domini, v. 1. laborare suis manibus aliquid boni, v. 2. manducare laborem manuum suarum, hoc est, rebus labore suo partem frui, v. 2. vxorem ducere & sibi habere, v. 2. liberos & posteritatem legitimè, hoc est, nō per scelus, sed in coniugio, gignere & procreare, v. 3. vxorem & liberos sibi facere commensales seu commanducatores, hoc est, à se instructa mensa, & victu laboribus manuum suarum parto, eos alere, v. 2. 3. de aliorum prosperitate, & nominatione de Ecclesiæ ac Reip. incolumitate ac bonis lætari, v. 5. 6.

7 Præmia & fructus ambulationis in vijs Domini seu bonorum operum, sunt oīa illa, quæ antea tanquam pietatis p̄mia, loco secundo, obseruatione quinta, sunt enumerata. Sunt eī generis effecta ad speciem quoq; referenda. B 2 DE

RESOLVTIO.

V.

DE BEATITVDINE.

- 1 **B**eatitudo hîc fœlicitatem seu prosperum & fœlicem statum hominis significat, *ψ. 1. 2.*
- 2 Omnis beatitudo nostra à Deo dependet, & ab illo tanquam authore & fonte in nos proficiscitur ac manat, *ψ. 1. 4. 5.*
- 3 Beati seu fœlices in hoc Psalmo primùm omnium prædicantur, timentes Dominũ, hoc est, amantes & studiosè perdiscentes verbum Dei, & Deum ipsum non aliter quàm ille se in verbo suo reuelauit, agnoscentes, eundemq; vt omnium suorum consiliorum atque actionum inspectorem & iudicem semper ob oculos positum habentes, ac reuerentes, *ψ. 1.* deinde, ambulantes in vijs domini, hoc est, vera obedientia vitam & omnem conuersationem suam doctrinæ cœlesti, quã profitentur, conformantes, *ψ. 1.* Item, qui in hoc mundo, tum ipsi omnium hominum miserimos sese iudicant, tum aliorum iudicet, ex laboribus manuum suarum victitantes & familiam alentes, *ψ. 2.*
Item,

PSALMI CXXVIII.

Item, mariti qui cōiugium habent fœ-
cundum, & ab vxoribus suis egregia
sobole beantur, *ψ.* 3. prolem habentes
aliquantam, & hanc bene generosam,
ψ. 3. benedictione omnis generis à
Deo ditati, *ψ.* 4. 5. Ecclesię statum fœli-
cem in suo loco habentes, *ψ.* tamen vul-
gò parui fieri solet, *ψ.* 5. vitam suã pro-
longãtes, *ψ.* 5. liberorum suorum libe-
ros atque posteritatem videntes, *ψ.* 6.
Reip. tranquillitatem oculis in vita sua
spectantes, *ψ.* 6.

VI.

DE LABORE.

Laborem præcipit & requirit à nobis
hic Psalmus, *ψ.* 2.

Personæ quibus ex verbo & volunta-
te Dei laborandum est, sunt hoc in lo-
co, *psij.* seu, timentes Dominum, & in
vijs eius ambulantes, *ψ.* 1. & in his no-
minatim coniuges, præcipuè verò ma-
riti, qui etsi promissionem sustenta-
tionis diuinæ habent, tamen ex o-
bedientia erga D E V M laborare &
laboribus manuum suarum bene-
dictionem Dei quærere & sibi suisque
victum

RESOLVTIO.

- victum parare debent, *¶*. 2. 3. 4. Obser-
 uandum hic etiam illud est, quòd Psal.
 vniuersos & singulos nos in secunda
 persona alloquens, vniuersis & singu-
 lis laborem suum præcipit, neq; quen-
 quam ex nobis vult esse otiosum, *¶*. 2.
- 3 Labor omnium communissimus, est ma-
 nuarius, seu qui manibus fit: cuius ta-
 men appellatione omnia cuiuscunque
 vocationis officia atque opera intelli-
 guntur, *¶*. 2.
- 4 Labores piorum, quantumuis sæpe viles,
 contempti, atq; etiam sordidi habeantur
 atq; sint, boni operis tamẽ laudem
 & gloriã apud Deum habent, & quàm
 maximẽ Deo probantur atq; placent,
¶. 2.
- 5 Laboribus occupati, non sicuti ratio ipso
 rum & omnium aliorum hominum iu-
 dicat, miseri sunt & infœlices: sed, quòd
 Spiritus sanctus hic de eis pronũciat,
 fœlices & beati, ac bene omnino ha-
 bent. Sciunt enim se ex mandato Dei,
 laborare, & in vocatione Domini tam
 esse negotiosos; atq; hinc labores suos
 Deo quàm gratissimos esse: sciunt quẽ
 benedictionis diuinæ habeant, *¶*. 1. 2.
- 6 Laborũ finis atq; vsus in rebus humanis,
 est:

PSALMI CXXVIII.

est: vt per eū (quod per mendacia, fraudes, imposturas, furta & rapinas, impij faciunt) victum & mensam victu necessario instructam, nobis ac domesticis nostris paremus, *ψ. 2. 3.*

- 7 Laborum, quos pij in sua quisq; vocatione faciunt, pręmia & fructus sunt: beatum esse & prędicari, *ψ. 1. 2.* bene habere, nempe, quò ad conscientiam & externa bona, *ψ. 2.* victum & amictum, seu mensam & necessariam alimoniam ex illis pro se ac domesticis percipere, & habere: & ijsdem suauiter cum suis frui. Vtrunq; enim hęc promittitur, *ψ. 2. 3.* omnis generis benedictio diuina: quam Spiritus sanctus ideo promittit laboriosis, vt ex hoc ipso magnitudinem gratię Dei, qua vocationum molestias, ex natura sua pro maledictione diuina, & peccati pœna habendas, in benedictionem conuertit, *ψ. 4. 5.*

VII.

DE MANIBVS.

1 **M**anus, laborum vocationis cuiusq; proprium & q̄ maximè idoneum sunt organum seu instrumentū *ψ. 2.*

RESOLVTIO.

- 2 Manibus non otiaudum est, sed laborandum, *¶. 2.*
- 3 Manibus nostris est nobis victus quarendus, *¶. 2.*
- 4 Manibus laborantes, nō, vt ipsi sibi videntur, miseri sunt, sed beati, *¶. 2.*
- 5 His, qui manibus suis labores vocationū necessarios faciunt, promittitur à Deo quòd inde victum necessarium percipere, eodemq; cum suis iucundè frui debeant. Id enim vocat Spiritus sanctus laborem manuum suarum manducare, *¶. 2.*

VIII,

DE VICTV.

- 1 **V**ictum, qui cibum & potum, & alia ad alimoniam necessaria pertinentia comprehendit, suum cuique propriū Scriptura permittit, *¶. 2.*
- 2 Vult Deus vt quisque honestis laboribus in vocatione sua victum sibi paret: neque vel in otio delicietur de suo, vel de alieno tanquam suo viuat, vel per malas artes victum sibi quærat, *¶. 2.*
- 3 Victum hominibus promittit Deus, *¶. 2.* promittit autem illum pijs, hoc est, timenti-

PSALMI CXXVIII.

mentibus Deum, & in vijs eius ambulanti-
bus: & opera atque labores voca-
tionum suarum debita fide ac diligen-
tia obeuntibus, *ψ. 1. 2.*

4 **V**ictus, etsi laboribus nostris paratur, ta-
men quia & promittitur laborantibus
à Deo, & ex benedictione Domini hic
venire dicitur, non tam à nobis partus
quàm à Deo nobis datus, Deiq; bene-
dictio seu donum esse, iudicari debet,
ψ. 2. 4.

5 **V**ictu laboribus suis parto & parato, men-
sæque etiam pro domesticis imposito,
suauiter & iucundè frui, tum permis-
sum est pijs, tum promissum illis auto-
re Spiritu sancto est, & ab eodem ma-
gnæ fœlicitatis nomine commenda-
tur, *ψ. 1. 2. 3.*

IX.

DE CONIVGIO.

8 **C**onjugium non est aut pietati con-
trarium, aut ab ea saltem alienû:
sed Spiritus sanctus his qui timēt
Dominû, & in vijs eius ambulant, illud
permittit, ac tanquam rem ipsis opti-
mo iure conuenienté, attribuit, *ψ. 1. 3.*

RESOLVTIO.

- 2 Coniugum officij est, primùm omnium, timere Deum & in vijs eius ambulare, *ψ.* 1. deinde, laboribus vocationis suæ incumbere, *ψ.* 2. cohabitare sibi inuicem, in eademq; domo atq; ad eandem mensam simul accumbere, *ψ.* 3. liberos & posteritatem aliquam vnâ gignere & procreare, *ψ.* 3. 6. sibi ac suis mensam victumq; necessarium honesto labore parare, *ψ.* 2. 3. Ecclesiam amare ac de bonis eius spiritualibus & corporalibus lætari. *ψ.* 5. Reipublicæ commodis studere, & super ijs non aliter quàm in suis gaudere, eiq; gratulari, *ψ.* 6.
- 3 Coniuges eiusmodi pro hominibus summè fœlicibus ac beatis, proq; benedictis Domini sunt ex hoc Psalmo habendi, *ψ.* 1. 2. 3. 4. 5. 6.
- 4 Pij coniuges habent varias promissiones: videlicet victus necessarij, *ψ.* 2. 3. facultatum nonnullarum, vt domus, & mensæ propriæ, & quæ his rectè connumerantur, vitium atq; oliuarum, *ψ.* 3. fœcunditatis amplissimæ gratissimæq; *ψ.* 3. 6. omnigenæ benedictionis diuinæ, *ψ.* 4. 5. boni status Ecclesiæ, quæ & ex multis pijs œconomij ipsa bona est beneq; habet, & cùm in bono & fœliciter statu est, materia fit magni gaudij singularis

PSALMI CXXVIII.

gulis, qui sunt in œconomia quaq; , potissimum verò coniugibus: vt qui rectius quàm iuniores de Ecclesia iudicēt, ac permultum sibi & posteritati suæ de fœlicitate eius gratulentur, v. 5. pacis & prosperitatis Reip. quæ nimirum similiter vt Ecclesia ex multis bonis fit ipsa etiam bona, & in bono posita, magnum affert gaudium bonis & pijs hominibus, mutualque inter coniuges ipsos & eorundem sobolem excitat gratulationes, v. 6.

Ad coniugij fœcunditatem quod attinet, sequetur de ea peculiaris locus.

X.

DE MARITIS.

Maritim fieri & esse, hoc est, vxorem ducere atq; habere, in tantum non est à pietate & honestate alienum, vt Spiritus sanctus hîc expressè cuilibet viro timenti Dominum, & in vijs eius ambulanti, nō solùm id permittat: verum etiam tanquam peculiare aliqd tribuat, & à Domino cum multa benedictione hoc bonum ei pmittat, deq; eodē accepto illi gratuletur. quo ipso simul solitariã vitam vt miserã traducit & vagas libidines detestatur, atque ad
coniu-

RESOLVTIO.

- coniugium masculos nominatim inui-
tat. *¶*. 1. 3. 4. 5.
- 2 Mariti officium est, vt sit pius, hoc est, ti-
meat Deum & in vijs eius ambulet, *¶*.
1. 4. vt laboribus honestis sibi victum
paret, *¶*. 2. vt domum propriam, ceu
nidum, in quo cum vxore & liberis vi-
tam honestè toleret, sibi comparet at-
que seruet, *¶*. 3. vt habitet in vna ea-
demque domo cum sua vxore, & hanc
suz etiam mensæ adhibeat, *¶*. 3. vt con-
suetudine coniugali sibi liberos ac po-
steritatem de se & vxore sua gignat ac
procreet, *¶*. 3. 6. vt suis domesticis, quo-
rum præcipua pars sunt liberi, mensam
instruat, victumque necessarium præ-
beat, *¶*. 3. vt vxorem, liberos victum,
& possessiones suas, benedictionem ac
donum Dei esse agnoscat, *¶*. 2. 3. 4. vt
de prosperitate sua & aliorum in Do-
mino lætetur, Deoque pro ea gratias
agat, *¶*. 5. 6.
- 3 Maritus pius & in vocationis suæ officijs
sedulus, licet aliquando miserè habe-
re videatur, beatus tamen hîc prædica-
tur à Spiritu sancto, & promissionem
benedictionis diuinę copiosam habet,
¶. 1. 2. 4. 5.
- 4 Benedictio autem pio ac probò marito
hîc

PSALMI CXXVIII.

hîc concessa, in istis cernitur: quòd mā-
ducat manuum suarum laborem, hoc
est, & parat sibi honestè victum, & frui-
tur eodem iucundè. *ψ.* 2. quòd vxorem
habet multa & egregia prole fœcun-
dam, *ψ.* 3. quòd habet liberos ac poste-
ritatem, de quibus anima ipsius late-
tur, *ψ.* 3. 6. quòd domum, mensam, at-
que etiam vitem ac oleas proprias ha-
bet, *ψ.* 3. quòd Ecclesiæ bona videt at-
que hinc materiam gaudij habet, *ψ.* 5.
quòd vitam in multos annos produ-
cit, *ψ.* 5. quòd Reipublicæ communi-
bus bonis exhilaratur, *ψ.* 6.

3 Marito propria bona habere ac possidere
licet: idque eò magis, quia Deus hîc ei
domum & mensam permittit, & pro-
mittit, eaque in benedictione ponit,
ψ. 3. 4.

XI.

DE VXORIBVS.

1 **V**Xorem pio homini habere permis-
sum est, quippe quæ à Spiritu san-
cto hîc expressè, tanquam eximi-
um & singulare bonum, timenti Do-
minum, & in vijs eius ambulanti tri-
buitur,

RESOLVTIO.

- buitur, *ŷ. 1. 3.*
- 2 Promittitur etiam à Deo vxor, *ŷ. 3.* promittitur autem viro Deum timenti & reuerenti, *ŷ. 3.*
 - 3 Est igitur vxor donū Dei, quia ex promissione & benedictione Dei viro continetur, *ŷ. 3. 4.*
 - 4 Vxor sua cuiq; propria fit, neq; vel plures vnus, vel vna pluriū vxor habeatur, *ŷ. 3.*
 - 5 Vxoris fœcūditas pio promittitur, *ŷ. 3.* est igitur ea donum Dei, non autem humanae voluntatis atq; virium opus, *ŷ. 3.* estq; non, vt multi iudicant, malum, sed benedictio Dei, *ŷ. 4.* vxorem fœcundam, & marito domum prole impietatem comparat Spiritus S. viti frugiferæ, domum circundanti, ac patrem familiâs, & aspectu, & spe fructus, & ipsi suo vsu, multum exhilarati, *ŷ. 3.* Itaque fœcunditas vxoris, tum ipsiusmet decus est, tum domus totius in qua illa matrem familiâs agit, ornamentū, *ŷ. 3.*
 - 6 Officium vxoris est, à marito suo non diuisam esse, sed in eadem domo ei commorari, eademq; communi mensâ cum eo vti, *ŷ. 3.* per consuetudinem conjugalem marito suo liberorum atq; posteritatis alicuius procreandæ organum existere, *ŷ. 3. 6.* domus suæ similiter

PSALMI CXXVIII.

similiter vt vitis habitationem aliquã
circundat & concludit, custodem esse,
& eandem, similiter vt vites exornant
& des aliquas, pietate, castitate, diligen-
tiaque & fide in omni suo officio exor-
nare, *ÿ*. 3. ita se gerere erga maritum, vt
ei non spinetum sed vitis grata, non
maledictio sed benedictio D O M I n i,
non virga aut flagellum, sed honorari-
um & salutare munus, Dei que de cælo
insigne donum, esse cognoscatur, *ÿ*.
3. 4.

XII.

DE FOECUNDI-
TATE.

- 1 FOECūditas seu generationis donum
in vxore prolifera potissimum ac
propriè cernitur, *ÿ*. 3.
- 2 Promittitur viro timenti Deum & in vijs
eius ambulanti, *ÿ*. 1. 3. 4.
- 3 Est non naturæ aut humanæ sapientiæ at-
que artis opus, sed donum Dei: quia &
à Deo promittitur coniugibus, & be-
nedictio Dei hîc nominatur, *ÿ*. tertio,
quarto.
- 4 Labores necessarij non ita exhauriunt
aut

RESOLVTIO.

aut frangunt naturam, vt ad generandum inhabilis & minus idonea existat: sed secundum hunc Psalmum, & laborantes generare, & generantes laborare dicuntur, *ψ. 2. 3.*

5 Effectus seu fructus fœcunditatis sunt: filij, & filij filiorum, qui sunt, nepotes, pronepotes, abnepotes, &c. *ψ. 3. 6.*

6 Commendat autem Spiritus sanctus fœcunditatem in talibus personis, quæ sint, maritus vnus suæ vxoris, & vxor vnus sui mariti, & hi quidem in vna eademq; œconomia ac domo sibi inuicem cohabitantes: non autem inter eos, qui aut illegitimè & extra coniugium per scelus, hoc est, scortationem aut stuprum, vnà viuunt, aut cum coniuges sint, per alias tamen atq; alias domos dispersi sunt & à se inuicè ad tempus bene longum separati, aut extra thorum coniugalem dissolutè viuunt, ac vagis libidinibus sese polluunt. *ψ. 3. 4.*

7 Magnam & singularem gratiam in vita coniugali & œconomica habet fœcunditas, ita, vt hoc nomine à Spiritu sancto comparetur amœnitati & gratissimè fœcunditati vitis, cuius tum aspectu tum suauitate fructus, cuius tum animumque & corpus hominis totum iucundè

PSALMI CXXVIII.

iucundè affici, recreari, & veluti pasci,
neque sic tamen fruèdo exatiari posse,
omnibus notissimum est: vt ab omni
pietate atque etiam humanitate pror-
sus alienos esse oporteat eos, qui gra-
tissimum hoc Dei donum fugiunt, o-
derunt, detestantur, & quantum pos-
sunt, à sese & alijs prohibent: cùm spe-
ratur, aut cùm præsens adest, subuer-
tunt, *ψ*. 3.

XIII.

DE LIBERIS.

1 **L**iberi sunt donum & benedictio Dei,
2 *ψ*. 3. 4. 6.

Sui cuique proprij sint liberi, neq; in
populo Dei confusio eiusmodi, qua
neque proles parentem suum, neq; pa-
rentes prolem suam agnoscant, obti-
neant aut feratur, *ψ*. 3. 6.

3 Liberos sibi quisque ex coniugio, non ex
scortatione aut stupro, & ex sua vxore,
non autem ex aliena, gignat, *ψ*. 3.

4 Liberis suis mensam instruant ac parent-
sui parentes: idque de labore manuum
suarum, hoc est, parentes debent libe-
ris suis nutritionem, *ψ*. 2. 3.

C

5 Liberi

RESOLVTIO.

- 5 Liberi cum parentibus eidem mensæ possunt accumbere, §. 3.
- 6 Liberi, si vel in utero matris adhuc gestentur, vel ab uberibus matrum dependent: vuis seu botris à sua vite dependentibus, secundum hunc Psalmum assimilantur. cum verò ad mensam, secundum ætatem ac staturam & suum in omnibus rebus pijs & honestis profectum dispositi sedent, corporisque etiam valetudine ac decore tum parentes suos suaviter afficiunt, tum eosdem, tanquàm larga Dei benedictione ditatos, alijs cõmendant: surculis seu plantulis oliuarum à Spiritu sancto conferuntur, §. tertio.
- 7 Filios filiorum videre, peculiare donum Dei est, & parentum ætate prouectorum singulare decus atque oblectamentum, §. 6.

XIIII.

DE VITE.

- 1 **V**itis Dauidi etiam nota fuit, §. 3.
- 2 Vitem maximè sua commendat fecunditas: hoc est, si fructifera sit, & ferax vuarum, è quibus collectis vinum

PSALMI CXXVIII.

- 3 vinum extorqueatur, *ŷ. tertio.*
Soliti sunt veteres, vt & nos, domi suæ vites
ferere, & secundum ædes suas ordine
suo ponere, educatasq; & in latera do-
mum ramis suis distributas, alliga-
tasque, non modò ipsarum habitatio-
num ornamentum, sed suijs forù quo-
que suaue quoddam oblectamentum
constituere: id quod rectè fit, tum quia
specie illarum nihil potest fieri ornatius
& iucundius, tum quia illæ fructus
sui magnam nobis ostendunt atq; ex-
hibent vtilitatem cum singulari suauitate
coniunctam: taceo quòd de alijs
etiam multis & magnis rebus nos pos-
sunt admonere, *ŷ. 3.*
- 4 Viti frugifera, quæ domui circumducta
eandem viridi tegumèto induit ac cir-
cumuestit, atq; tam aspectu ipso quàm
vtilitate sua nos lætificat, confertur à
Spiritu sancto vxor fœcunda, & sobole
generosa maritum suum beans, *ŷ. 3.*
- 5 Liberi verò generosi, & profectus alicuius
in pietate, virtute & artibus humano
generi vtilibus & necessarijs spem de
se præbentes, vuis seu botris de vite
sua pendentibus & vberem vindemi-
am | promittentibus comparantur, *ŷ.*
tertio.

RESOLVTIO.

XV.

DE OLEA.

- 1 **O**lea seu oliua Dauidi nota fuit, *ψ. 3.*
- 2 Cultores eius solent magnam diligentiam in plantatione & collocatione ipsius adhibere, *ψ. 3.*
- 3 Proprietas & vsus eius est: quòd tum oculos animumq; cultoris sui atq; etiam cuiuscunq; spectatoris, succrescendo, ac præter Creatorem Deum, industriam quoq; illius à quo confita est, commendando, quàm suauissimè afficit: tum fructum fert eiusmodi, qui vsibus multis & magnis in hac vita sit accommodatus, *ψ. 3.*
- 4 Oliuarum surculis & ramis, authore Spiritu sancto, filij familiàs, corporibus vegeti, ætate florentes, valetudine integri & firmi, dotibus ingenij præstantes, & spe eximij profectus conspicui, maximè quando parentum mentis suis quisque ordine accumbunt, conferuntur.

XVI.

DE DOMO.

Domus

PSALMI CXXVIII.

Domum seu habitationem suam cui
que propriam Spiritus sanctus per
mittit, *ψ. 3.*

2 Domus hunc usum habet, quod est recep-
taculum & habitatio, in qua pater fa-
miliam cum vxore & liberis suis tum i-
psi vnà viuunt, tum res ad victum ne-
cessarium pertinentes asseruant, & ijs-
dem commodè fruuntur, *ψ. 2. 3.*

3 Cùm domus quæque extrinsecus magno
opere, arte & sumptu exornari & spe-
ciosa reddi possit: Spiritus sanctus hoc
in loco simplicem & rusticum illum or-
natum præ alijs commendat, cùm vi-
tibus per latera sua circumductis con-
recta est & conuestita: quod hæ O-
pificem DEVM, eiusdemque arti-
ficium ac donum, aspectu pulcherri-
mum, & vsu fructuosissimum, nobis ob-
oculos ponant, atque etiam simul &
vmbra sua fessos, & fructu suo langui-
dos ac siticulosos cum ingenti suau-
tate queant reficere, *ψ. 3.*

4 Ad supellectilem, qua domus nostræ in-
trinsecus necessariò instruuntur, men-
sa pertinet, ad quam pater familiam vnà
cum vxore & liberis accumbens labo-
re manuum suarum vescitur, *ψ. 2. 3.*

5 Domus cuiusque, & omnis commoditas

RESOLVTIO.

atq; vsus illius, pro benedictione Domini debet haberi, *ψ. 3. 4.*

XVII.

DE MENSA.

- 1 **M**ensa pars supellectilis est in economia necessaria, *ψ. 3.*
- 2 Propria mensæ possessionem atq; vsus Spiritus sanctus pio homini permittit, *ψ. 3.*
- 3 Vfus mensæ est, vt assideat ei pater familiâs cum vxore & liberis suo tempore, ordine, & loco: deq; illa manuum suarum laborem & manducet ipse, & cum suis illis domesticis cõmunicet, *ψ. 2. 3.*
- 4 Patres familiâs olim liberos suos sibi ad mensam ex ordine assidere fecerunt, *ψ. tertio.*
- 5 Mensa parentum, corona propria sobolis cincta, similis est olearum, ordine conuictarum, lantationibus & ramis, decoro latoque sui incremento, & cultorem, & spectatorem, iucundissimè afficientibus, *ψ. 3.*
- 6 Mensam propria sobole, hospitibus & conuiuis longè gratissimis, cinctam habere, in magna & peculiari benedictione

PSALMI CXXVIII.

diſtione DE Ieſt ponendum, *ŷ.* ſecundo, tertio.

XVIII.

DE PROPRIETATE
BONORVM.

Proprium tenere, ſeu, propria bona & facultates poſſidere permittit homini pio Spiritus ſanctus, *ŷ.* 3.

Promittit etiam hic certarum rerum poſſeſſionem & dominium homini timenti Deum & in vijs eius ambulanti, *ŷ.* 1. 3.

Cum igitur alicui propriæ ſunt facultates; donum & benedictio Dei debent agnoſci, *ŷ.* 3. 4.

Ex ijs rebus quarum proprietas & dominium homini pio hic attribuitur, ſunt: victus proprius labore manuum paratus, domusque, & menſa, & vitis, & olea: quibus rectè & annumerantur, propria vxor & liberi: vt confuſionem tam perſonarum quàm rerum à Spiritu ſancto prorsus improbari intelligamus,

ŷ. 2. 3.

C 4

DE

RESOLVTIO.

XIX.

DE BENEDICTIO-
NE DEI.

- 1 **B**enedictio Dei, non animi aut sermo-
nis fausta imprecatio solùm est,
quemadmodum nos alijs benedi-
cimus: sed realem beneficentiam & be-
neficiorum diuinorum collationem
significat, vt cùm facit Deus vt uxorem
habeas fœcundam, & sobolem exopta-
tam, videasque bona Hierusalem & I-
sraëlis, *ψ.* 3. 4. 5. 6.
- 2 Dei benedictio exposita & parata est ho-
minibus, *ψ.* 4. 5.
- 3 De personis quibus ea contingit, singuli
nos sumus, *ψ.* 5. & in his nominatim e-
tiam viri, & quidem mariti, *ψ.* 3. 5. esse
tamen nos tales oportet, quibus Deus
delectetur, hoc est, qui Dominum ti-
meamus, & in vijs eius ambulemus,
ψ. primo.
- 4 Deus populo suo non tantùm è cœlo, sed
etiam ex Zione, & omni loco, in quo &
cultus verus exercetur, & DEVS ipse
habitat, benedicit, *ψ.* 5.
- 5 Benedictio Dei cernitur in pluribus re-
bus,

PSALMI CXXVIII.

bus, de quibus in præfenti psalmo illæ sunt: omnis fœlicitas nostra & beatitudo, *ψ*. 1. 2. labor manuum propriarum, *ψ*. 2. victus necessarius ex laboribus vocationis cuiusq; nostrum, *ψ*. 2. vxoris fœcunditas. *ψ*. 3. liberorum & posteritatis procreatio fœlix. *ψ*. 3. 6. facultatum aliquarum, vt domus, vt mensæ, vt vitis, vt oleæ, propria possessio, *ψ*. 3. Ecclesiæ prosperitatem oculis suis spectare, *ψ*. 5. ætatem in multam vsque senectutem producere, *ψ*. 6. Reipub. statum tranquillum videre, *ψ*. 6.

6 Benedictio Dei talis ac tanta res est, vt neque à doctoribus verbi prædicari satis, neque ab omni reliqua priorum multitudine pro dignitate agnosci & æstimari queat. Hoc enim acclamatio illa, **E C C E** sic benedicetur homo, ostendit, *ψ*. 4.

7 Omnia igitur bona, aliorum & nostra, & eorundem qualiscunq; & quocunq; sensu facta perceptio, Dei benedictio sunt atque dona, neque sine impietate humanæ sapientiæ & viribus, aut cæco casui, tribuuntur, *ψ*. 4. 5. 6.

X X.

DE ZIONE.

C 5

Zion

RESOLVTIO.

- 1 **Z**ion olim, vt & hodie vniuersa Ecclesia, locus & sedes erat cultus diuini, *ψ. 5.*
- 2 Zionem Deus habitationem sibi delegit & constituit, *ψ. 5.*
- 3 Ex Zione, tanquam cælo quodam suo, & propria Regni sui, quod in terris habet, sede, benedicit, seu benedictionem, suis necessariam, emittit **DEVS,** *ψ. quinto.*

XXI.

DE ECCLESIA.

- 1 **E**cclēsia, cuius vniuersæ & pars & typus est hoc in loco Hierosolyma, habet bona sua corporalia & Spiritualia, *ψ. 5.* de ijs porrò in præsentia illa commemorantur: de laboribus manuum suarum manducare seu vitum habere, *ψ. 2.* coniugij fœcunditas, *ψ. 3.* liberorum generatio & fœlicitas, *ψ. 3.* 6. facultatum aliquarum possessio & proprietas, vt domus, mensæ, vitis, oleæ, &c. *ψ. tertio.* In laboribus & molestijs vocationem committantibus, scire, se beatum esse & benè habere, *ψ. 2. 3.* habere & experiri bene-

PSALMI CXXVIII.

benedictionem Dei, v. 4. 5. multos numerare dies suæ vitæ, v. 5. tranquillus & fœlix Reipub. status, v. 6.

2 Proprietates Ecclesiæ & eiusdem membrorum illæ hoc in loco occurrunt: timere Dominum & in vijs eius ambulare, v. 1. labores vocationis alacri animo subire & sustinere, v. 2. matrimonium magni facere, inque eo, si res ita ferat, viuere, v. 3. liberos legitimè gignere, genitosque donum Dei agnoscere, v. 3. 6. benedictionem Dei cum gaudio excipere, v. 5. 6. de aliorum communibus & priuatis bonis, tanquã de suis lætari, v. 5. 6.

3 Ecclesiæ suæ curam habet Deus & benedicit ei suaque in illam confert beneficia, v. 4. 5.

4 De Ecclesiæ commodis ac bonis lætari, ei que gratulari debemus, v. 5.

XXII.

DE BONIS.

1 **B**ona seu prosperitatem dat Deus, neque possumus ea ipsi nobis parare, v. quinto.

2 Dare vult autem ea Hierosolymæ & civibus

RESOLVTIO.

- 1 buseius, hoc est, Ecclesiæ suæ & singulis membris illius, *ψ. 5.*
- 2 Aliorum bona videre, peræquè, vt ipsa bonorum participatio, in benedictione poni debet, *ψ. 5. 6.*

XXIII.

DE LONGÆVITATE.

- 1 **L**ongævitas seu multi dies vitæ, Dei sunt donum & benedictio, *ψ. 5.*
- 2 Fœliciores verò & beatiorem senectutem hæc faciunt: si videas bene habere & florere Ecclesiam Dei, *ψ. 5.* si videas filios filiorum tuorum, *ψ. 6.* si videas Reipublicæ pacem & tranquillitatem, *ψ. 6.*

XXIII.

DE REPUBLICA.

- 1 **R**eipublicæ, quam hîc sub nomine Israëlîs intelligimus, insigne bonum est, pax, seu, quietus & tranquillitas illius status, *ψ. 6.*
- 2 Israël seu populus Israëlîticus, omnisq; cõmunitas

PSALMI CXXVIII.

munitas ac societas ciuilis, pacem non habet, nisi ex dono & benedictione Dei, *ψ. 5. 6.*

3 Reip. tranquillitatem videre & super ea lætari posse: singularis est etiam benedictio habenda, *ψ. 5. 6.*

4 De prospero & quieto Reipublicæ statu omnibus lætandum est, eique congratulandum: neque pax eius vel quasi ad nos nihil attineat, negligenda est, vel, quod inquieta & seditiosa ingenia uenice agunt, turbanda. *ψ. 6.*

XXV.

DE PACE.

1 **P**Ax seu bonus & quietus status rerum humanarum, Dei donum est & benedictio, *ψ. 5. 6.*

2 Estque in primis magnum in Republica bonum, *ψ. 6.*

3 Pacem aliorum & cum primis Reipub. in qua vnusquisque ex nobis uiuit, videre: magna Dei gratia & benedictio est, *ψ. 6.*

4 De pace, si passim obtineat, etiam atque etiam gaudere, deq; ea alijs gratulari, nō autem

RESOLVTIO.

autem vel odisse vel turbare illam, debemus, v. 6.

XXVI.

DE PECCATO.

- 1 **P**eccati pœna sunt labores manuum, per se adeò molesti, vt ad subleuandam eorum molestiã opus sit consolatione Spiritus sancti, v. 2.
- 2 Ea verò peccati pœna per Dei gratiam de maledictione in benedictionem conuertitur, vt labores manuum suarum manducans beatus prædicetur, v.

2. 4.

PSAL-

PSALMVS
CXVII.

ARGVMENTVM.



FT vaticinium & doctrina de Regno Christi est: ostendens, ad quos illud pertineat: quali bona afferat: & qui cultus vicissim Deo à nobis, Regni illius ciuibus, debeantur.

¹ *Laudate DOMINVM omnes gentes: predicate eum omnes populi.*

² *Quoniam praevaluit super nos gratia eius: et veritas DOMINI in aeternum: Halleluia.*

ANA-

RESOLVTIO.
ANAAΥΣΙΣ SEV RE-
solutio huius Psalmi in suas
materias seu locos.

I.

DE DEO,

- 1 **D**eus laudandus est & prædicandus,
 ψ . 1.
- 2 Est non Iudæorum tantum, sed gen-
 tium quoque, & harum quidem vniuer-
 saram, Deus, ψ . 1.
- 3 Gratosus & propitiuſ est Deus, & gratiã
 nobis suam copiosè præstat, ψ . 2.
- 4 Est etiam verax & seruans promissorum,
 ψ . 2.
- 5 Aeternus est: vt qui sempiterna bona ha-
 bet, atque in nos confert, ψ . 2.

II.

DE REGNO CHRIS-
T I.

- 1 **C**hristi seu Messie Regnum bona non
 corporalia sed spiritualia, non ter-
 rena sed cœlestia, non caduca sed
 æterna habet, tractat, atq; nobis affert
 videlicet

PSALMI CXVII.

videlicet gratiam & veritatem: vt hinc
meritò Regnum gratiæ & veritatis, &
huius quidem sempiternę, dici merea-
tur, *ψ. 2.*

2 Ciues habet, non Iudæos solùm & circum-
cisos, qui sunt de familia Abrahæ: sed
etiam gentes, & vniuersarum nationũ,
quę sub cœlo sunt, populos atque fa-
milias, *ψ. 1.*

3 Non exiguum est, aut angustis certæ ali-
cuius terræ limitibus cõcluditur, Mes-
siæ Regnum: sed ad omnes gentium &
vniuersorum populorum terras atque
fines sese extendit, *ψ. 1.*

4 Cultus subditorum Christi & ciuium Re-
gni eius, proprius est: non circuncisio,
non immolatio victimarum, non alte-
rius cuiusquam Iudaici ritus observa-
tio, non sumptuum denique & impen-
sarum magnarum in certam rem pro-
fusio: sed quæ omnibus exposita est, &
vbiq; locorum ab omnibus omnium
ordinum hominibus fieri ac præstari
potest, Dei, in filio suo cum gratia & ve-
ritate patefacti, laus & celebratio, *ψ. 1.*

5 Aeternum esse Regnum illud oportet:
quia æterna bona habet, nobisq; con-
fert, *ψ. 2.*

RESOLVTIO.

III.

DE GRATIA ET MISERICORDIA DEI.

1. **G**ratia seu misericordia bonitatem & benignitatē significat, qua quis misero cuiq; , & quidem nihil tale merenti, bene vult & bene facit. *¶. 2.*
2. Ea hīc Deo omnipotenti, cœli terræque Domino tribuitur: vt is propitius Deus, seu Deus gratiæ agnoscat, *¶. 2.*
3. Versatur autem & occupatur ea gratia Dei, circa nos homines: vt vniuersi & singuli, in salutem nostram, nos illius participes fieri posse ac debere, intelligamus.
4. Neque verò Dauid se & Iudæos suos solos in gratiam hanc includit: sed ad societatem participationis eius omnes etiam gentes, & quoscunq; alios populos aduocat & assumit, *¶. 1.*
5. Quia & Iudæi & gentes, atque vniuersæ populorum omnium familiæ, tāquam miserrimi & perditissimi peccatores, ad participationem gratiæ Dei in Christo euocantur, & admittuntur: manifestum est, nihil virium, nihil dignitatis, nihil iustitiæ & meritōrū, esse in nobis.

PSALMI CXVII.

bis, per quod cōciliare nobis gratiam
possimus, aut propter quod Deus gra-
tiā nobis suam præstet: sed gratiā illam
Dei, prorsus gratuitam esse. Si em̄ res se-
cus haberet: gratia, vt Paulus etiam lo-
quitur, nullo modo gratia foret, *ꝯ. 2.*

6 Gratiam iustificationis, quæ propria Re-
gni Christi est, Deus non tenuiter, non
parcè, non certa mensura, vt gratiam
donorum, nobis impertit: sed excellen-
ter eā præualere super nos sinit, vt tan-
quam cœlum aliquod immensum nos
obducatur atque operiat, ac veluti dilu-
uium in nos exundet, vel, vt Paulus lo-
quitur, superabundet. *ꝯ. 2.*

7 Neque etiā ad certum tempus beneficij
huius perfruitio nobis conceditur: sed
in omnem æternitatem, gratia Dei, tū
ipsa per sese durat, tum nobis constans
fixa; manet, *ꝯ. 2.*

8 Pro immensa illa gratia, debemus DEO
laudem, & nominis ipsius tam gratiosi
prædicationem. *ꝯ. 1.*

9 Ad gratiæ Dei concelebrationē alij alios
inuitare & exhortari debemus, *ꝯ. 1.*

III.
DE VERITATE
DEI.

RESOLVTIO.

- 1 **V**eritas, dictorum & promissorū constantiam & impletionem significat, *ψ. 2.*
- 2 **E**a hīc Deo tribuitur: vt sciamus, eū, quod ex gratia promisit, verum facere, & secundum verbum suum præstare velle ac posse, *ψ. 2.*
- 3 **V**eritas Dei nos homines respicit, & circa nos versatur, seque exerit: vt ne quis, quò ad sese & suam salutem, de ea diffidat aut desperet, *ψ. 2.*
- 4 **D**e veritate Dei non sola posteritas Abrahamæ, aut Israël carnalis, sed vniuersæ etiam gentes, populiq̄ue, qui sub cælo sunt, omnes, gaudere habent, *ψ. 1. 2.*
- 5 **D**eus veritatem suam non ad dignitatem aut indignitatem nostram attemperat, neque ex alterutra harum dependere illam finit, siquidem illi, **NOS**, omnes peccatores sumus: sed indignitatemq̄ue impletionis denegationemq̄ue impletionis promissorum diuinorum merentibus, eam præstat, *ψ.*
- 6 **N**on exiguam, & propter tenuitatē quandam sui, contemnendam esse veritatem illam Dei, existimandum est: sed illustri & magnifica demonstratione eius, fecit Deus illam super nos prævalere.

PSALMI CXVII.

ualere, versiculo secundo.

7 Sed neque momentanea est, aut talis, quæ
per vices suas certas sese exerat, suoq;
tempore vel aliquantulum remittat,
vel in totum intercitat: sed æterna est,
inque æternum & ipsa sibi constat, et
nos prosequitur, prosequeturq; , *ψ. 2.*

8 Ob veritatem illam tantam, tamque con-
stantem & immotam, Deus toto pecto-
re nobis est laudandus ac celebran-
dus, *ψ. 1. 2.*

9 Ad veritatis Dei agnitionem & prædica-
tionem debemus nos inuicem exuscit-
tare, *ψ. 1.*

V.

DE CVLTV.

1 **C**ultus verus ex mandato verbi DEI
præstandus est, *ψ. 1.*

2 Præstandus autem Deo est: & non in
fictitium aliquod numen, sed in verum
Deum, referendus, *ψ. 1.*

3 Potissima eius pars est, laus & prædicatio
Dei, *ψ. 1.*

4 Non Iudæis solis scriptura cultum tribuit
sed ad societatem eius, gentes etiam, &
vniuersos alios populos, admittit &

D 3 vocat,

RESOLVTIO.

vocat: idque eò magis, quòd gratia & veritas Dei super omnes illos quoque inualefcit, *ŷ. 1. 2.*

- 5 Non, vt maligni Iudæi faciunt, alter alteri societatem cultus diuini inuidere, aut alij alios ab eo malitiosè auocare, aut perbéue excludere ac repellere possumus, sed potius, quod David, verus Ifraélita & Iudæus, exemplo suo nos docet, ad communionem eius omnes alios homines debemus aduocare & asciscere, cumque accedunt, admittere, & cum gratulatione excipere, *ŷ. 1.*
- 6 Excitari ad eum debemus consideratione gratiæ & veritatis diuinæ, ob quam & DEVS à nobis coli meretur, & nos ei gratitudinem hanc debemus vt ipsum tanquam DEVM nostrum colamus, *ŷ. 1. 2.*

VI.

DE LAVDE ET PRAEDICATIONE DEI.

1 **L**Aus & celebratio Dei proprius & maximè principalis est Ecclesiæ DEI cultus, *ŷ. 1.*

2 Ea præcipitur nobis in verbo Dei: & ex mandato

PSALMI CXVII.

- 3 mandato eius à nobis præstari debet, v. 1.
Non ipsi nos aut nostras virtutes & merita, neque etiam quæcunq; ab hominibus & humana ratione excogitata numina, sed solum verum Deum, benefactorem nostrum, laude nostra prosequi debemus ac celebrare, v. 1.
- 4 Personæ à quibus ea laus Dei requiritur ac præstari debet atq; potest, sunt, non Iudæi solum, sed gentes quoq; & populi vniuersi: qui quidem in eo se Israëlitis debent coniungere, v. 1.
- 5 Vt eam Deo libenter ac studiosè præstamus & persoluamus: meritò nos consideratio gratiæ & veritatis diuinæ adducit atq; impellit, v. 2.
- 6 In laude ac celebratione Dei, quando nimirum ea à pluribus simul fit, vnanimitas, seu concordia, & animorum coniunctio, quàm maximè cernitur, v. 1.
- 7 Ad laudandum & prædicandum Dominum sedulò nos inuicem exhortari debemus & extimulare, v. 1.

VII.

DE ECCLESIA.

Ecclesiæ ciues, præter Iudæos seu Israëlitas,

RESOLVTIO.

litas, sunt etiam gentes, & vniuersi populi, per totum orbem terrarum dispersi, §. 1.

- 2 Bona, quæ ea sibi habet propria, & quæ a Deo illi præcipuè tribuuntur, sunt, nõ corporalia, sed spiritualia: non terrena sed cœlestia: non temporaria & caduca, sed sempiterna: nempe, gratia & veritas Dei, §. 2.
- 3 Ecclesia Deo vicissim cultum suum, de quo est laus, & gratiarum actio, seu grata nominis ipsius prædicatio, debet, §. primo.
- 4 Ecclesiæ membrorum mutua debet esse coniunctio, summaque animorum, quæ quidem in cultus societate potissimum cernitur, consensus & concordia, §. 1.
- 5 Ecclesiæ ciues seu membra debent sese inuicem ad cultum & omnia bona exhortari, & prouocare, §. 1.
- 6 Ecclesia, quia æterna bona habet, & iisdem in omnem æternitatem perfruitur, ipsa etiam non potest vnquam intercidere aut perire: sed firma & immota manet in æternum, §. 2.

PSALMI CXVII.

VIII.

DE GENTIVM VO-
CATIONE.

- 1 Gentes & vniuersi populi terræ ad Ec-
clesiam Christi pertinent, & cum
Iudæis in vnam eandemque Ec-
clesiam sub vno & eodem Messia coe-
unt, *ψ. 1.*
- 2 Deus est, vt Iudæorum, ita gentium quoq;
Deus: vt his bene velit, ac bene faciat,
ψ. primo.
- 3 Bona, quibus gentes vnà cum alijs gaudēt
in Regno Christi seu Messie, sunt: gra-
tia & veritas Domini, de quibus antea
est explicatum. *ψ. 2*
- 4 Ipsæ gentes vicissim Deo laudem & nomi-
nis ipsius celebrationem debent, *ψ. 1.*
- 5 Cultus gentium non est circuncisio, aut
alius aliquis Iudaicus ritus: gentese-
nim manent gentes, & nihilominus
sunt populus Dei, & ipsius Dei cultor-
es: sed laus & prædicatio illius, qui per
Christum & Euangelium ipsius eis in-
notuit, & gratiam veritatemque eis
suam exhibuit, *ψ. 1.*
- 6 Gentium vocationem Dauid non tantum

RESOLVTIO

prædicit vt Propheta: verumetiam ex
gloriæ Dei studio & cupiditate salutis
earum, toto pectore illam fieri, Deum-
que ab eis celebrari, cupit atq; exo-
ptat: nimirum longè diuerso animo,
quàm reliquum Iudaicæ gentis vulgus,
erga gentes conuertendas & conuer-
sas affectus, x. 1.

IX.

DE CONCOR- DIA.

- 1 **C**oncordia seu coniunctio animo-
rum in eiusdem cultus societate
atque vsu communi, potissimum
cernitur: sicuti hîc gentes, & ipsæ om-
nes inuicem coniunctæ & rursus hæ-
cum Iudæis, vnanimiter vnoque ore, vt
Paulus hoc interpretatur, Deum iu-
bentur glorificare seu laudare & con-
celebrare. x. 1.
- 2 Inter eos igitur, qui eiusdem Religionis
& cultus socij sunt, quàm maximè con-
cordia vigere, & animorum coniun-
ctio coli debet. x. 1. 3.
- 3 Ad colendum & seruandū inter nos con-
cordiam

PSALMI CXVII.

cordiam, & animorum coniunctio-
nem, communis noster omnium in re-
gno Christi cultus imprimis nos debet
impellere: tum quia mandatum DEI
est, vt omnes vnanimiter vnoque ore
laudationem debitam Deo persoluamus:
tum quia tales, qui animis inter
se dissident, alijque in alios secum o-
dia fouent, neque coniungere se ex a-
nimo cum alijs in cultu, neq; sin-
guli separatim Deo cultum
illum suum probare
possunt, &c.

DE



DE CIRCUNCISIONE CHRISTI, EVANGELIVM, LVCAE

Cap. II. §. 21.



T postquã impleti sunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum est nomen eius IESVS, quod vocatum erat ab Angelo, prius quàm ille in utero conciperetur.

ANALYSIS SEV RESOLUTIO huius Euangelij in suas materias seu locos.

I.

DE DIERVM OBSERVATIONE.

x **D**ierum certorum observatio, cum sine verbo Dei superstitiosa sit, atque in pec-

DE CIRCUNCIS. CHRISTI.

in peccato haberi debeat, tunc solùm religiosa est, quando verbum Dei habet, seu ex verbo Dei sit, eidemq; consentanea est: sicuti de circuncisione ad certum diem infantibus danda expressum verbum Dei extat.

2 Circuncisioni infantum masculorum deputatus ac præfinitus fuit dies octauus.

3 Dies alicui rei præstitutos impleri, est, ex diebus illis, quos pro rei alicuius certæ administratione aut confectioe numerari & obseruari oportet, hunc plenè adesse, plenoq; cursu ferri, & lapsu suo iam nunc defluere, qui rei gerendæ constitutus sit, ac tempus occasionemque faciendi quod oportet, secum ferat, suisque hominibus exhibeat.

II.

DE CIRCUNCISIONE.

1 **C**IRCUNCISIO, præputij amputatio, & per resectionem atque præcisionem sui, ablatio est.

2 Ea masculorum fuit.

3 Neque adultorum fuit tantùm, sicuti de Abra-

Abra-

RESOLVTIO EVANG.

- Abrahamo, cui primùm data est, legitur: sed infantum quoq;, de quib. hïc est Dominus Iesus Mariæ filius.
- 4 Circuncisioni infantum octauus dies fuit præfinitus.
 - 5 Veteris Testamenti homines pij, de quibus hïc sunt Ioseph & Maria, studiosè ac diligenter hunc ritum obseruarunt, vtque suis infantibus circuncisio legitimè tribueretur, fecerunt atq; effecerunt.
 - 6 Iesus Christus, Dei & Mariæ filius, etiam si dominus Legis esset, & peccatum non haberet, atq; ideo neque teneretur ea lege, neq; circuncisione sui vt alius aliquis puer indigeret: subijcere se tamè Legi, circuncisionèq; recipere in corpore suo voluit.
 - 7 In circuncisione olim infantibus sua nomina, quibus eos appellare visum fuit, sicuti & hodie ad Baptismum, dabantur.

III. DE IESV CHRIS- T O.

I Iesum Christum verum hominem esse, in

DE CIRCUNCIS. CHRISTI.

in vera natura & substantia humana, ex eo hîc fit manifestum: quòd conceptus est in utero materno, hoc est, de substantia Mariæ virginis initium substantiæ suæ, in qua de illa ut homo natus est, accepit: quòd ætatis illius, postquam natus fuit, certi dies numerantur, atque ita hîc octo dierum infans est: quòd ex Circuncisionis lege præputij sui resectionem passus est, simulque sanguinem suum profudit.

2 Diuinitatis eius evidens argumentum nobis subministrat, nomen eius & nomen respondens officium. Quia enim Saluator est & dicitur, id quod Iesus sonat: oportet omninò ut maius & excellentius aliquid in illo homine sit quàm in alijs omnibus hominibus, qui ipso Salvatore indigebamus. Inimò verò creaturis etiam omnibus, quæ nobis propter peccatum, vel crudeliter dominabantur, vel aduersariæ saltem erant, superiorem esse oportuit: ut ab earum inimicitia & potestate nos liberaret. Præterea, quia ei pro nobis & nostra salute cum ipso DEO, (qui lucem inaccessam habitat, omnibusque creaturis, ad eum

RESOLVTIO EVANG.

eum appropinquantibus, ignis consumens est) agendum, & reconciliatio nostri cum Deo, salusque & vita aeterna apud Deum impetranda fuit: non nobis solum & omnibus alijs creaturis maiorem, atque adeo diuinum aliquid, sed ipsummet Deum verum esse oportuit, quem quidem illum esse, & nomen ipsius, & nomini conueniens officium euincit.

- 3 CHRISTUM sexu masculum esse, circumcisio eius arguit: quod lege circumcisionis non foemellæ sed masculi soli tenerentur.
- 4 Ad nomen eius quod attinet, ista de eo hic occurrunt: nomen personale certum ei similiter vt alijs hominibus inditum fuisse: pro more gentis Iudaicæ factum id esse in circumcissione illius: nomen eius esse IESVM: non casu aut ex hominis cuiusquam arbitrio, sed ex ordinatione Dei, quam Angelus de caelo, antè quàm puer in vtero matris conciperetur, patefecerit, inditum ei hoc nomen fuisse.
- 5 Officium CHRISTI esse, vt sit Saluator noster, ipsum nomen illius, pro eo quod Angelus Dei id alibi interpretatur, exprimit: simulque officium eius consistere

DE CIRCUNCIS. CHRISTI.

sistere in eo, vt Legi Dei se præter suam
propriam necessitatem atq; debitum,
propter nos, obedienter subiiciat, vtq;
innocens ipse pro nobis dura quæque
patiatur, sanguinemque suum etiam
profundat, eadem hæc Circuncisionis
ipsius Historia ostendit.

- 6 Et si enim Christus neque indiguit circun-
cisione sui, vt alius aliquis puer in pec-
cato conceptus & natus, neq; cum ipse
Dn. Legis esset, vlllo modo Legi obedi-
tiã debuit: tamen p̄quẽ vt alius aliquis
puer, de semine Abrahamæ natus, circun-
cidi voluit, partim vt subiiciendo sese
Legi, pro nobis Legem impleret: par-
tim vt hanc corporis sui lacerationem
ferendo, sanguinemq; suum in ea pro-
fundẽdo, à puero se pro nobis pati te-
staretur: partim, vt sua erga verbum
Dei obedientia, quam ipse indebitam
præstabat, obedientiæ Deo nobis ex
debito præstandæ exemplum esset.
- 7 Legem igitur Christus iam inde ab ortu
& infantia sua obseruauit, & obedi-
tia sua indebitam impleuit.

- 8 Idem Christus obedientiæ erga Deum &
verbum eius exemplum est: dum in-
fans præter necessitatem ac debitum

E

circun-

RESOLVTIO EVANG.

- 9 Passio Christi pro nobis, cuius initium ipsa natiuitas illius fecerat, nunc porro, cum in sui circūcisione tenellus infans corpusculi sui lacerationem patitur, & sanguinem suum innocentem profundit, incrementum sumit.
- 10 Christum gloriæ suæ ministros Angelos habere, ex eo patet: quòd Angelus nomen eius, antè quàm in vtero conciperetur, liquidò nominauit, & IESVM esse prædixit.

IIII.

DE LEGE.

- 1 **L**EGIS est, & ad legem pertinet, circūcisio.
- 2 Legem Christus, quod ex circūcisio ne eius liquet, præter necessitatem ac debitum suum obseruauit, & obedientia sua impleuit.
- 3 Legem igitur, vt ne accuset ac damnet nos, à Christo, qui nihil ei debuit, pro nobis impletam esse sciamus, & gaudeamus.
- 4 Obedientiæ erga legem, quatenus quidem illa ei adhuc à nobis debetur, exemplum

DE CIRCUNCIS. CHRISTI.

emplum habemus Christum. Quia enim ille Legi, quam non debuit, obedientiam præstitit, volens: turpe sit nobis, contra eam peccare, qui debitores sumus, ut omnem vitam nostram secundum illam informemus.

V.

DE OBEDIENTIA.

Obedientiæ Deo & verbo ipsius debite exemplum hoc in loco sunt: primū parentes Iesu qui ipsum, licet non ex peccato natum, secundum Legem circuncidunt, deinde ipse etiam Christus, qui præter omnem necessitatem omneq; debitum suum, quippe qui filius Dei & sanctus erat, circuncisionē in corpore suo assumit.

Obediētia porrò eorum, ut vera sit, Deo que placeat, nō efficitur ab hominibus leges, ad quas se accommodet, sibi propositas habet: sed ad verbum Dei tantum respicit, & huic soli se conformat: sicuti certum est circuncisionem in Lege fuisse semini Abrahamæ mandata-

RESOLVTIO EVANG.

3 Etsi autem Iosephi & Mariæ obedientia æ-
quæ ut illa quam ipse Christus præstat
bonitatis laudem meretur: tamen soli-
us Christi obedientia, quod aliàs latius
demonstratur, meritoria est, & inobe-
dientiæ nostræ expiatoria.

VI.

ADEIINFANTIBUS

B V S.

Infantēs omnes coram Deo peccatores
esse, in præsentī hæc probant: quòd
olim circumcidi pueros tanquam im-
mundos & impuritatem naturæ eo-
rum per circumcisiōem ab illis aufer-
ri oportuit: quòd inde usque à natiui-
tate sua, suis obnoxij sunt passio-
nibus, quales accidebant masculis in circun-
cisiōe: quòd pro ipsis Christum in fan-
tē Legi Dei subijci, sanguinemque
necessē fuit.

2 Deum illos à peccatis mundos saluosque
fieri velle, atque a deo ipsummet eos in
fœdus & gratiam suam recipere: testi-
monio erat olim circumcisiō, per quam
id ipsum Iudaici populi infantibus, & ho-

DE CIRCUNCIS. CHRISTI.

- & hodie nostris per Baptismum, præstatur.
- 3 Infantes Christum habent Salvatorem, ut qui per obedientiam ac passionem suam eis redemptionem & salutem, ipse infans, attulit.
 - 4 Sacramenta infantibus piè & utiliter conferri, atque etiam ab iisdem salutariter percipi posse, argumento est circuncisio: quippe quæ ex mandato Dei octo dierum infantibus dabatur, & ab his, licet rationis expertibus, utiliter accipiebatur.
 - 5 Infantibus olim nomina sua, quibus per omnem vitam appellarentur, in Circuncisione data fuerunt: sicuti & hodie in Christianismo idem fit ad nostrorum infantum Baptismum.
 - 6 Infantum curam & rationem habent sancti Angeli, ut qui etiam ante conceptionem eorum, in his quæ ad ipsos pertinent, illis ministrant: sicuti hic Angelus Messiam, antè quàm is conciperetur, IESVM, appellandum esse prænunciavit.
 - 7 Ad infantum crucem & afflictionem quod attinet: illa hic occurrunt. Primùm, ab ipso ortu suo & ingressu in hunc mundum, passionibus & cruciatibus, qua-

RESOLVTIO EVANG.

les olim pueris accidebant in Circumcisione, obnoxios esse. deinde, in cruce eos consolationem & patientiæ exemplum habere Christum, qui cum non similiter vt nos, peccator, sed iustus & sanctus esset, nihilominus acerbos cruciatus in corpore suo, dum circumciscus fuit, passus est. Postremò, contrariam Dei & damnationem, quam procliuè est ex cruciatibus illorum statuere, paratum & propositum illis esse remedium in passione & cruciatibus Christi circumcisi & alia dura passi, qui bus infantia ipsorum peccata expiauit, atque etiam crucem infantum, vt non iræ Dei aduersus eos indicium, sed paterna & salutaris castigatio DEI illis sit, atque habeatur, consecrauit. His duobus postremis consolationum generibus affinis est hæc quoq; quòd modò angelos eorum curam gerere ostendimus, in quo & ipsa sollicitudo vigil angelorum eos solari debet, & quia Deus illos ipsis custodes adhibet, magnum atque euidentis id eis debet esse gratiæ & beneuolentiæ Dei erga ipsos argumentum.

DE NOMINIBVS HO-
MINVM.

- 1 **N**omen suum proprium & personale vnumquemq; hominem habere, sacris literis consentaneum est, & exemplo Christi, qui proprio nomine suo IESVS fuit appellatus, hoc in loco probatur.
- 2 Magnorum hominum nomina, vt hîc nomen IESV, quod tamen super omnia alia nomina est, ex Dei prouidentia dependent, & secundum eandem certis personis imponuntur.
- 3 Aliquando per ministerium angelorum, quo nomine quis appellandus sit, certis hominibus reuelatur: sicuti & hîc circa nomen Domini IESV illud factum esse, liquet.
- 4 Filio Mariæ nomen suum quod IESVS est, prius quàm in vtero matris conciperetur attributum fuit: ac potest simile quid alijs etiam contigisse aut contingere.
- 5 Infantibus olim nomina sua in Circuncisione fuerunt indita: quod apud nos hodie fit ad Baptismum.

RESOLVTIO EVANG.

VIII.

DE ANGELIS.

- 1 **A**ngeli Christo & gloriae eius seruiunt
sicuti Angelus praedixit cum ex
ordinatione Dei suam ob causam
- 2 IESVM vocatum iri & vocari debere.
Futurorum aliquam cognitionem ex Dei
reuelatione habent.
- 3 Futura praedicunt hominibus, quando id
Deo visum fuerit.
- 4 Infantum, ex quorum numero hic est
Christus, ex officio rationem
& curam ha-
bent.

DICTVM

DICTVM

Iohan. X X.

*ver. 30. Multa quidem & alia signa
fecit IESVS coram disci-
pulis suis, quæ non sunt scri-
pta in libro hoc.*

*ver. 31. Hæc autem scripta sunt, ut
credatis, quòd IESVS sit
CHRISTVS ille, filius
Dei: & ut credentes vitam
habeatis in nomine eius.*

RESOLVTIO HVIVS

dicti in suas materias seu
rerum locos.

I.

DE IESV CHRI-
STO.

E 5 Iesus

RESOLVTIO

- 1 **I**ESVS Nazarenus, Mariæ filius, est **C**HRI**S**TVS, hoc est, vnctus Dei, seu promissus Messias & saluator mundi. *ŷ. 31.*
- 2 Idem **I**ESVS vocatur atque est **F**IL**I**VS **D**E**I**: de Deo patre nimirum, quò ad alteram naturam, genitus. *ŷ. 31.*
- 3 Idem **I**ESVS Christus est etiam ipsemet verus Deus: quippe qui sit Filius Dei de Dei patris substantia natus: & qui plurimis signis ac miraculis editis, Dei filium & Deum ipsum verum se declarauerit: quique proprium sic fidei iustificantis obiectum, ita vt omnes saluandi credere in ipsum necesse habeant, atque etiam in ipsum credant.
- 4 **C**HRI**S**TVS Iesus subiectum est & propria materia sacre Scripturæ, vt quæ propriè & principaliter de illo & dictis factisque illius, & omnibus ad personam, officium & cultum eius pertinentibus, agat. *ŷ. 31.*
- 5 **E** Scripturis igitur propriè, Christus, quis & qualis sit, innotescit, vereque cognoscitur: & ex illis solis vera ac salutaris cognitio illius peti debet, sumique potest. *ŷ. 31.*
- 6 **I**ESVS

DICTI, IOHAN. XX.

- 6 IESVS, dum in terris versatus fuit, multa signa & miracula fecit: non ea solùm quæ ab Euangelistis sunt descripta: sed alia etiam plura, à nemine annotata. *ŷ. 30. 31.*
- 7 Non igitur omnia quæ Christus in terris egit, in literas sacras relata sunt, sed ea tantùm quæ ad nostri in fide saluificationem necessaria sunt ac sufficere possunt, consignata sunt in Scripturis. *ŷ. 30. 31.*
- 8 In Christum fide est his, qui vitam æternam quærunt, credendum, qui quidem cultus, cum hominibus, angelis, & creaturis omnibus meritò denegatur: IESV CHRISTO, Dei & Mariæ filio, Deoq; & homini vero, rectè tribuitur, & meritò à nobis præstatur. *ŷ. 30.*
- 9 IESVS discipulorum suorum cum primis habuit rationem, & in sui, tanquàm veri Messia, cognitione, non doctrina solummodò, sed factis etiam suis & editis signis, accuratè eos erudiuit & confirmauit. *ŷ. 30.*
- 10 IESVS CHRISTVS caussa atq; author nobis est vitæ æternæ. *ŷ. 31.*
- 11 Nomen Christi est, quæcunq; tum in Euangelio Dei in salutem nostram de Christo prædicatur & docetur, tum à nobis, Christi

RESOLVTIO.

Christi fidelibus, vicissim, secundum
Euangelicam illam prædicationem, in
fide & inuocatione nostra (vt hæc apud
Deum valeant, desideratamq; salutem
inueniant) cum fiducia, in conspectu
Dei, nominantur, dicuntur, allegan-
tur, v. 31.

12 In nomine Christi ergo, nos qui in eū cre-
dimus vitam habemus: hoc est, Si apud
Deum, Christo, qui & qualis ille in Eu-
angelio prædicatur, nominato, & cum
fiducia allegato, quæramus vitam æter-
nam: certò hanc per & propter Chri-
stum, apud Deum inuenimus, & ab eo
accipimus, v. 31.

13 De bonis Christi proprijs, quæ ille in Re-
gno suo nobis communicat, quæque
nos in eodem Regno ipsius participa-
mus & possidemus, hoc in loco illa cõ-
memorantur: Scriptura sacra: miracu-
la Christi: fides saluifica: & ipsa deniq;
vita æterna, v. 31.

II.

DE MIRACVLIS.

Miracula hoc in loco vocantur SI-
GNA: quia præterq; ex sensibus
externis certi aliqd obijciūt, aliud
etiam aliquid maius significant, animiq;
eorum,

DICTI IOHAN. XX.

eorum qui illa sensibus percipiunt, hoc est, legunt, audiunt, spectant, aut in se-

metipsis experiuntur, suggerunt, v. 3.

2 Signa vel miracula factorem aliquem seu operatorem insignem & admirandum requirunt, qui mutata rerum natura & conuerso naturæ ordine nouiter agat atq; operetur, v. 30.

3 Factor seu operator miraculorum est Iesus Nazarenus, Dei nimirum & Mariæ filius, verus ipse Deus & homo: idq; in vtraq; natura sua & secundum vtramque naturam. Huc enim pertinet, quod Euangelista eum hic non tantum Dei filium, sed etiam Iesum tanquam Mariæ filium & hominem vocat, v. 30.

4 Iesus miracula sua non aliena virtute aut externæ & alienæ alicuius virtutis adminiculo atque ope, sed ipse sua propria virtute fecit: vt merito ipse factor seu operator eorum, quod Prophetis & Apostolis non competit, dicatur & habeatur, v. 30.

5 Miracula sua Dominus Iesus vt plurimum coram discipulis suis fecit, vt quos præ alijs hominibus inspectores & ad vniuersum terrarum orbem testes & præcones eorum sibi delegisset, v. 30.

6 Miracula Christi non pauca numero sunt, sed

RESOLVTIO.

- 7^a sed multa, imò permulta. ψ . 30.
Christi miracula scriptis Euangelistarum,
de quibus hoc in loco est Iohannes,
consignata sunt & comprehensa ψ . 31.
8^a Neque tamen omnia signa, quæ Iesus fe-
cit, descripta sunt ab Euangelistis: sed
extra hæc, quæ hi annotarunt, alia et-
iam multa ille fecit, quæ quòd hæc ne-
cessitati Ecclesiæ sufficerent, in literas
non sunt relata. ψ . 30.
9^a Finis atque vsus miraculorum Christi du-
plex hîc proponitur. Primus est, ut ipse
Iesus Nazarenus per ea manifestetur
& innotescat, quis & qualis sit: nimi-
rum, Christus seu Messias. quòd ad offi-
cium: & quòd ad personam, non ho-
motantum & Mariæ filius, sed Dei et-
iam filius & Deus verus. Secundus
est, ut seruiant nobis & nostræ in Ie-
sum Christum fidei, quòd hæc per illa
excitetur, accendatur, foueatur & con-
firmetur. ψ . 31.
10^a Miracula igitur per sua certa exercitia,
quæ sunt, lectio, prædicatio, ausculta-
tio, & meditatio verbi seu Scripturæ,
diligenter sunt tractanda, & nequa-
quam aut contemptim aut negligenter,
quod plerunque fieri solet, haben-
da. ψ . 31.

DICTI IOHAN. XX.

III.

DE SCRIPTURA.

1 **S**criptura quædam est sacra, seu, sunt quædam scripta sacra & sacri libri, qui in Ecclesia Dei ad vsus sacros extant, vsurpantur ac profunt. *v. 31.*

2 Scripturæ sacræ certi sunt scriptores seu exaratores, & veluti authores, quorum stylo sacri libri sunt exarati: de quibus hic est Euangelista Iohannes. *v. 31.*

3 Sunt etiam sacræ Scripturæ certi aliquot libri: de quibus vnus est hic præsens liber Apostoli & Euangelistæ Iohannis. *v. 31.*

4 Scripturæ sacræ materia & subiectum principale est CHRISTVS, & ea quæ ipse operatus est atque fecit: vt hic sunt miracula eius. *v. 31.*

5 In Scripturis sanctis, certo consilio, non omnia quæ Christus docuit ac fecit, sed aliqua tantum ex illis, quæ videlicet vsibus Ecclesiæ sufficiebant, annotata sunt: quædam verò, etsi nihilominus quàm illa ad gloriam Dei illustrandam & fidem nostram ædificandam facere poterant, sunt prætermissa, & literis nequaquam consignata. *v. 30. 31.*

6 Finis

RESOLVTIO.

- 6 Finis & vtilitas Scripturæ est: primùm, vt Iesus Nazarenus, Mariæ filius, quòd Christus seu Messias, & ipse filius Dei sit, in ea & per eam manifestetur ac declaretur: deinde, vt seruiat & proficiamus bis ad consequendum vitam æternam, seu, vt fidem in Christum, qua iustificamur & vitæ æternæ hæredes constituimur, ex ea hauriamus, perque eam hæc in nobis excitetur alatur & confirmetur, §. 31.
- 7 Scripturæ lectio, & pia necessariaq; vsurpatio, non ad solos doctiores, & vt hodie vocantur, sacerdotes, sed ad omnes Christianos seu fideles & saluandos ex æquo pertinet: quibus quidem hoc in loco Iohannes dedicat & legendum offert Euāgelicum librum à se scriptum, & vult vt à se eum recipiant, atq; ita vsurpent, vt hinc credere in Christum, & credentes consequi vitam æternam in nomine ipsius possint. §. 31.
- 8 Scriptura sacra, quæ ad consequendum veram Christi fidem, & per fidem, ipsam quoq; vitam æternam, sufficiunt, prolixè & sufficienter tradit, neq; ad complementum eius quicquam desiderari potest aut debet: quippe cum illa, studio dataq; opera, in solius etiam Christi histo-

DICTI IOHAN. XX.

Iti historia, multa eius dicta factaque, tanquam non necessaria ad commemorandum, omiserit: non omissura quicquam, quod ulterius secundum rei veritatem adijci potuisset, si necessarium id Ecclesiæ futurum prævidisset. *¶. 30. 31.*

III.

DE FIDE.

Fides è Scriptura sacra haurienda est & hauritur: ac per tractationem Scripturæ in nobis accenditur, & veluti gignitur atque etiam alitur. Scripta sunt hæc, inquit, vt credatis. *¶. 31.*

Ad non scripta, hoc est, ad ea quæ in libris sacra Scripturæ non traduntur, sed extra eam aliunde afferuntur, atque ad credendum & faciendum proponi possunt, fides non est alligata, neq; de ijs, tanquam creditu & factu necessarijs, sollicita est aut esse debet. Cum enim Euangelistæ Iohanni propositum esset, scribere, quæ ad fidem Christi facerent: multa quæ verè dici & scribi potuissent, studio prætermisit: quòd, quæ scripta essent, ad fidem sufficere statueret, neque omnia quæ commemora-

F morari

RESOLVTIO.

morari de Christo possent, in libros sacros congerenda existimaret. Ita, vt multò minus, ea quæ præter & contra Scripturam nobis obtruduntur, tanquam ad fidem & Christianismum necessaria debeamus recipere. §. 30.

- 3 Fidei proprium obiectum, quod ea in Scripturis quærit, quod respicit, quod amplectitur, quod, cum Deo agens, in conspectum eius affert, atq; iræ & iustitiæ eius opponit, est IESVS Nazarenus, tanquam CHRISTVS Dei, & ipsius Dei filius. §. 31.
- 4 Fidei finis, ad quem ea intenta est & anhelat, quemque consequitur, est vita æterna. Credentes enim habent vitam. §. 31.
- 5 Fides non propter perfectionem sui, & propriam quandam, tanquam operis quàm maximè eximij, præstantiam & dignitatem, meretur nobis vitam æternam: sed impetrat & consequitur nobisque affert illam in nomine Christi, hoc est, propter Christum, quem in Euangelio apprehensum nominat apud Deum, ad satisfactionem illius prouocando: atque ita per & propter Christi obedientiam & meritum nos à Deo

DICTI IOHAN. XX.

Deo recipi & vita æterna donari petit atq; facit. $\text{v.} 31.$

- 6 Fides non est Apostolorum tantum, & aliorum his similium præstantium in Ecclesia Dei virorum: sed etiam quorumuis aliorum hominum, quibus & Scripturarum vsus concessus est, vt ex eis & secundum eas credant, credentesque vitam habeant. $\text{v.} 31.$

v.

DE VITA AETERNA.

- 1 Vita secundum hoc dictum Euangelistæ haberi à nobis potest atque debet. $\text{v.} 31.$
- 2 Eam tales personæ habere possunt atque habent: quæcunque nimirum fidem Christi habent, seu, credunt quòd Iesus sit Christus, filius Dei. $\text{v.} 31.$
- 3 Medium, per quod vita habetur, hoc est, quo apprehenditur, possidetur, ac tenetur, est fides. $\text{v.} 31.$
- 4 Vita habetur in nomine Christi: hoc est, non propter dignitatem aut meritum, vel personæ cui datur, vel fidei qua accipitur & tenetur, sed propter

RESOLVTIO.

Christum, quem fides, de vita æterna
 Deum compellans, nominat, tan-
 quam dignum propter quem vita do-
 ni minemur: hoc est, in cuius dignitate &
 merito fiduciam ponimus, vitamque
 à Deo requirimus, & propter
 quem ita nominatum pater
 nos vita æterna do-
 nat. §. 31.

INDEX LOCORVM IN HAC RESOLVTIONE E SVIS textibus erutorum & expli- catorum.

<p>ANGELLI. Luc. 2. Beatitudo. Psal. 128. Benedictio. Psal. 128. Bona & prosperitas. Psal. 128. Christus, vide Iesus. Circuncisio. Luc. 2. Concordia. Psal. 117. Coniugium. Psal. 128. Cultus. Psal. 117. Deus. Psal. 128. 117. Dierum obseruatio.</p>	<p>Luc. 3. Domus. Psal. 128. Ecclesia. Psal. 128. 117. Fides. Iohan. 20. Fœcunditas. Psal. 128. Gentium vocatio. Psal. 117. Gratia seu misericor- dia. Psal. 117. Iesus Christus. Luc. 2. Iohan. 20. Infantes. Luc. 2. Labor.</p>
---	---

INDEX LOCORVM,

- | | |
|--------------------------------------|----------------------------------|
| Labor. Psal. 128. | Peccatum. Psal. 128. |
| Laus & celebratio
Dei. Psal. 117. | Pietas. Psal. 128. |
| Lex. Luc. 2. | Proprium tenere.
Psal. 128. |
| Liberi. Psal. 128. | Regnum Christi.
Psal. 117. |
| Longæuitas. Psal. 128. | Respublica. Psal. 128. |
| Manus. Psal. 128. | Scriptura. Iohan. 20. |
| Maritus. Psal. 128. | Timor Dei. Psal. 128. |
| Mensa. Psal. 128. | Veritas. Psal. 128. |
| Miracula. Iohan. 20. | Victus. Psal. 128. |
| Misericordia Dei, vi-
de, Gratia. | Vita æterna. Iohan-
nis 20. |
| Nomen hominis.
Luc. 2. | Vita longa: vide,
Longæuitas. |
| Obedientia. Luc. 2. | Vitis. Psal. 128. |
| Olca. Psal. 128. | Vxor. Psal. 128. |
| Opera bona, Psal. 128. | Zion. Psal. 128. |
| Pax. Psal. 128. | |

FINIS INDICIS.



ORNATISSIMO
VIRTUTE ET PIETA-
TATE VIRO, DOMINO NI-
colao Gryphio, cui Franco-
furtensi. S. P. D.



N memoria aeterna erit iustus, in-
quit Psalmus CXII. hoc est, qui
Deum pietate vera coluit, fidemq;
suam factis & operibus bonis in hoc
seculo testatam fecit, atque ita Deo
simul & Ecclesiae ipsius conversationem suam pro-
bavit: ei mortuo etiam sua constabit & ad omnem
posteritatem manebit laus & existimatio. Hoc
quia Deus pijs hominibus promisit, atque ipse et-
iam praestat; nostrum quoque est, ob datos & con-
cessos nobis benignè homines iustos & sanctos,
Deum celebrare, & illorum ipsorum, tanquam e-
gregiorum Ecclesiae membrorum atque luminum,
gratam memoriam retinere, hancq; ad posteros
propagare. Ita enim nos Deo organa, per quae iu-
storum memoriam in genere humano conseruet,
exhibebimus: & ipsis bene meritis hominibus gra-
tiam aliquam pro bonis exemplis & reliquis erga
nos

nos beneficijs rependemus, atque etiam his, qui no-
biscum viuunt, & post nos victuri sunt, calcar
non mediocre addemus, vt contentur & ipsi lauda-
tissimorum hominum pietatem ac virtutem imi-
tando exprimere. Hoc animo collegi ego hisce
diebus narrationem de vita & obitu Reuerendi
viri M. Hartmanni, piæ memoriæ, Senioris no-
stri in Ministerio, dum viueret, ac diuini cultus in
hac Ecclesia administri fidelissimi: eamq; nunc in
lucem edo. Dignus enim omninò est, cuius virtu-
tes ad alios commendentur, & in memoria sempi-
terna maneant. Ac scio multos esse per Germa-
niam, qui & ministerium eius magni fecerunt, &
historiam obitus illius summo desiderio expectât.
Tibi verò vir ornatissime hanc de illo nunc piè
mortuo narrationem dedicare volui: tum quia
ipsum tanquam præceptorem, & pastorem, & a-
micum, & compatrem, digna veneratione prose-
quutus es viuum: tum quia memoriam illius de-
mortui sanctè retines, & famam eius ex
animo ad alios propagatam
cupis. Vale.

T. studiosiss.

Petrus Patiens.

F 4

NARRA-

NARRATIO DE
VITA ET OBITU M.
HARTMANNI BEYERL,
*Ecclesiastis Francofurtensis
Primarij.*



HARTMANNVS Beyerus,
parentibus Guilhelmo Beyero,
& huius vxore Elizabetha, ciui-
bus Francofurtensibus, specta-
tis virtute & pietate hominibus,
natus est. Parens eius Budinga, generosissi-
morum Comitum Isenburgensium oppido,
in quo honestè habità fuit ipsius familia, huc
commigrauerat: ductaque hìc vxore sua, præ-
ter alios vtriusq; sexus liberos, Hartmannum
ex ea suscepit. Huius natiuitas incidit in an-
ronymi, sicuti parens eius id annotauit: seu in
vesperam 29. Septembris, qui fuit dies Mi-
chaelis. A puero eum parentes piè & religiosè
educarunt, & pro eo quod ætas illa supersti-
tionum admiratrix fuit, non domi tantum-
deuotione animum eius imbuerunt, verum-
etiam suis manibus, ipsi, tum in templum vici-
num seu parochiam suam, tum ad diuersa sa-
na

M. HARTMAN: BEYERI.

na & facella diuorum adduxerunt, aut certè
per familiam adduci fecerunt: ex quo factum
aliquando est, vt vel matre vel ancilla, per po-
puli circumfusi frequentiam è conspectu di-
missa, ille non sine periculo, aut ignotos pro-
notis, quò non debuisset, sequutus fuerit, aut
per plateas eiulans, & quò perducì cuperet in-
dicare nesciens, oberrauerit. Postquam verò
Euangelium per Dei gratiam huic vrbi clarius
illuxit, & iuuentus in templis ac scholis since-
riore doctrina cœpit imbui: ille adolescentu-
lus meliorem institutionem anidè comple-
tus, tales in ea progressus fecit, vt cum paren-
tibus domi super mutatione Religionis con-
ferret, rationemq̃ eorum, quæ didicisset ac
sentiret, ita solidè redderet, vt illi mirarentur,
& vtriusque animus per eum magis ac magis,
ad doctrinam Euangelij, tunc nouam visam,
inflecteretur. Accidit eo tempore, vt lues quæ
dam grauis urbem inuaderet, ac vsque ad edes
parentum eius peruagata, aliquot liberos i-
psorum enecaret. Tunc mater de hoc filio suo,
quem præ cæteris charum habebat ac tenerri-
mè diligebat, sollicita, votum vouit Deo: si eum
sibi superstitem à peste faceret, vicissim factu-
ram, vt ipsi dicatus, sacerdos Domini fieret, ac
postpositis negocijs politi. sacra vnicè tracta-
ret. Protexit Deus filiū, & seruauit eum in vita.
Ad scholas igitur ille p̃git, inq̃; eis sub Iac. My-

DE VITA ET OBITU

cillo, primùm, deinde sub Iohãne Mosero, præstantissimis viris, præceptoribus suis, militiam literatam militat, & eousq; in pietate, in moribus, in linguis, in artibus progreditur, vt facillè & magistris Scholæ diligentiam ac profectû suû probet, & æquales anteuertat ac superet. Cumq; Deus eum naturâ, non ad discendum tantùm, sed ad docendû quoq; alios, quæ didicisset, efformasse videretur: non rarò eum præceptores, puerum pueris, adolescentem adolescentibus, vt audiret ac doceret eos, iusserunt præesse. Et sunt adhuc, qui testentur miram eius dexteritatem & gratiam fuisse in docendo: seq; ipsos etiã illum vicariû præceptoris habere gestisse: & non rarò condiscipulos certatim ad recitandum ei sua, procurrare vidisse. Vbi excessit ex ephebis: deliberatio habita fuit inter propinquos & alios bonos viros, illius patronos: quæ nunc ineunda ei foret ratio, & quod vitæ genus, cui se totum traderet, diligendum. Hic honestus quidam ciuis & negociator, qui metueret, vt sumptus eum, si Aca- demiam aliquam cõtinuandorum studiorum suorum gratia adiret, maturè deficerent, cõsultum fore iudicat, si commutet præsens vitæ genus in aliud diuersum, quod quidem cum certiore ipsius, quàm ex literis possit sperari, emolumento sit futurum coniunctum. Erat autem suis sumptibus eum missurus Norribergam,

M. HARTMAN. BEYERI.

ribergam, & negociatorem sui similem eum
facturus. Ac iubet ille sanè adolescentem com-
municare hoc consilium cum matre. Verùm
illa, Deum testata, edicit, non posse consenti-
re, & rogat, vt ne filius tale quid vel ipse in ani-
mum suum inducat, vel ab alijs sibi persuade-
ri patiatur. Voui enim votum Domino, in-
quit, cum aliquando vitæ tuæ à peste, in ipsis
ædibus meis iam grassante, metuerem: quòd,
si Deus tibi parceret, mihi que te viuum dona-
ret, sacerdotio te essem consecraturus: quòd
etsi tunc, quorsum pertineret, non satis bene
intellexi: Domino tamen te non subtraham,
sed subducam te potius mihi & œconomix
meæ, in que seruitium Deo te tradam: vt qui ad
malum fueras destinatus, in bono nunc Deo
& Ecclesiæ ipsius, si quidem Domino ita videat-
ur, seruias: ac te quidem, fili, vt non dissentias
magnoperè hortor. Noui enim eo te esse in-
gressus, vt possis maiores in literis facere pro-
gressus, Deoque aliquando seruire. Equidem
quantum in me fuerit, tua studia pro viribus
promouebo, etiamsi tota substantia mea, quæ
non est maxima, tibi sit impendenda. Hos ser-
uones, tali matre dignos, ipse filius sæpe ad
studium Theologiæ animum applicuisset, o-
stendit. Solitus est etiam ipse hunc casum su-
um conferre, cum eo: quod Samuel, à matre
sua

DE VITA ET OBITU

sua Hanna, antequam nasceretur, templo & v-
sibus sacris, destinatus, & postea etiam, ex voto
matris, Domino traditus fuit. Ac profectò ni-
si vna mater consilij amicorum se ita fortiter
opposuisset: perisset ille ministerio, & nego-
ciator factus fuisset. Ergo de consilio matris,
consentientibus etiam marito, propinquis &
amicis quibusque Vvitenbergam Hartman-
nus proficiscitur, egressus annum XVII. quod
fuit anno M. D. XXXIII. sicuti hoc etiam
scripti illius libri aliquot, in quibus dictata
præceptorum illic eo anno & sequentibus
ipse excepit, testificantur. Potuit tunc non ma-
gno sumptu mediocriter vivere: quòd tem-
pora illa essent hoc præsentì multò feliciora.
Parenti tamen eius, tanquam homini priua-
to, qui esset in re non maxima, gravè accidit
sumptum illum diu sustinere. Grandiorem igi-
tur factum præceptores & parentes & amici
commendarunt Senatui: qui & benignè eius
studia iuuit ac fovit. Ille vicissim, vt impensas
videretur non malè collocare, gradum magi-
sterij petijt, quem etiam cum laude obtinuit.
Et quia tunc neque patria ministerio ipsius
opus habebat, & ille diutius in Academia flo-
rentissima laudatissimaque cum præstantissi-
mis viris, præceptoribus suis, vivere satage-
bat: cœpit priuatim iam hoc, iam illud certis
discipulis prælegere & explicare: & ex locata
illis

M. HARTMAN. BEYERI.

illis opera sua, ne diutius vel parentibus vel Magistratui suo, qui iam sumptus in eum non contemnendos impenderant, grauis esset, vixit. Eo tempore conscripsit librum quaestionum Sphaericarum, quem & praelo subiectum, vt auditores multa descriptione non grauerentur, in lucem edidit. Ac fuit hic labor illius foelix, multisque gratus: ita vt per Academias aliquot Germaniae ad annos complures non alia praecipua Sphaerica, quam haec ab ipso conscripta, iuuentuti vulgo proposita fuerint. Duxit etiam Vvitenbergae vxorem Barbaram, Anno XLIII. mense Ianuario. Tandem cum post obitum parentum quaedam in patria, ad res suas priuatas pertinentia, haberet curare: reuertitur illuc, & propinquos suos inuisit, suaque omnia, pro eo quod par est, disponit. Erat tunc status Ecclesiae Francofurtensis satis & plus quam satis perturbatus: vnde optabat Magistratus, vt offerretur sibi Theologus aliquis pius, eruditus, grauis, qui medicinam faceret malis praesentibus. Interea dum haec cogitatio atque cura eos angit, ecce vltro adest M. Hartmannus: quem cum optimates idoneum iudicarent, cui talis provincia commendaretur, ad se eum vocant, de omni rerum & suorum animorum perturbatione explicant, quo sit erga patriam animo explorant, proponunt conditiones certas, ad Senatum omnia referunt,

DE VITA ET OBITU

referunt, utque vtrunque in vocationem consentiatur efficiunt. Ab his redit ille Vitenbergam, & cum D. Martino Luthero, cui haec tenus tanquam præceptor, patrono, & amico, familiarissimus fuerat, de statu Ministerij in patria, deque sui in illud cooptatione, prolixè confert. Probat Lutherus egregiam voluntatem, studium, atque zelum Magistratus: gratulatur Ecclesiæ afflictæ de pastore & medico tam fido ac bono: hortatur vocatum, ut ne deserat Ecclesiam, sed vocationem sequatur: promittit ei à Deo gratiam & invocationis laboribus benedictionem: ceremonias Ecclesiæ, tanquam rem liberam, & conscientias non ligantem, dummodo puritas doctrinæ obtineat, relinquere, quales inueniret, iubet. Acquiescit ille, & de confirmatione sui in suscepto ministerio, quod magna difficultate non cariturum esse prouidebat, etiam atque etiam lætatur. Quia autem instabat hyems, quæ profectioem impediret, ac ille suas res non ita subito omnes componere, seque ad iter parare poterat, atque etiam nundinas Francofurtenses commodissimas sibi ad transferendum œconomiam fore videbat: ante nundinas vernas noluit se illinc commouere. Interim, quæ de vocatione Lutheri ad Generosissimos Comites Mansfeldenses, & ipsius in patria sua obitu, & funeris curatione, omnibus

M. HARTMAN. BEYERI.

bus cognita sunt, acciderunt. quo factum est, ut M. Hartmannum consilij sui minus pœniteret. Itaque concionibus aliquot illic habitis, & reddita coram Ministerio fidei suæ ratione, solenni Ordinationis ritu commendari sibi facit docendi in Ecclesia & Sacramenta administrandi officium. Postea ad nundinas vernas cum vxore & familia profectioem suscipit, inque patriam veniens se suo loco sistit. Fuit hoc anno, supra millesimum & quingentesimum, quadragesimo sexto. Estque M. Hartmannus omninò primus & ob rerum præclarè in Ministerio gestarum gloriam, præcipuus, inter omnes ciues suos studiosos, quorum studia Senatus sua liberalitate, in spem curandi in sua vrbe Ministerij, fouit: quem affirmes non tantùm bene & vtiliter collocasse sumptus, verumetiam patriæ largius, quàm accepit, beneficia rependisse. In ministerium ingressus, talem se ad extremum vsque diem vitæ suæ gessit, qualem necessitas Ecclesiæ & Ministerij dignitas requisivit, & qualem se gere posse, quisque fidelium ministrorum optet. In primisque huc attulit egregium thesaurum cognitionis & intelligentiæ rerum Theologicarum, Vvitenbergæ in schola Lutheri collectarum: verus & sincerus ipse Lutheri discipulus existens, & vsque ad ministerij ac vitæ suæ finem permanens. Instructus fuit artium
& libe-

DE VITA ET OBITU

& liberalium disciplinarum scientia, & linguas, vberius, quàm vocatio eius aut vsus requireret. His accessit vitæ morumque integritas & innocentia, æquabiliter in omnes partes vitæ omnemque conuersationem fusa: qua & ministerium ipsum egregiè ornauit, & sibi magnam peperit & conseruauit authoritatem. In omni porrò functione tantam adhibuit diligentiam, vt in nulla parte ministerij sui desiderari aliquid in sese pateretur. Etenim locum suum nunquam vacuum reliquit, raro uerò eum alijs explendum tradidit: sed negotijs incidentibus uocationi suæ postpositis, ipse potius alijs operam suam liberaliter locauit, quàm officio ipsorum sibi subseruire postulauit. In rerum pro concione tractandarum collectione, meditatione, dispositione, omnique pertractatione tantum operæ posuit, tantum ingenij, tantumque memoriæ usurpauit potius quàm ostendit, quantum alius in dictatione aut scriptione, mox prelo subiiciendas si posset, non conuerteret. Quàm accuratè uerò difaceret: totius auditorij eius testimonia sunt docere. Enim uerò ubi quis attentus auditor uel auscultaret solummodo uerba facientis eius conaretur: non fieri poterat, quin ipse irasceret sibi, si quādo uel unicum uerbum aures

M. HARTMAN. BEYERI.

aures aut calamum ipsius effugisset. Tantum pondus inerat illius verbis: tam nervosa tamque ad rem pertinentia erant omnia. Neque tam in verbis quam in rebus erat multus: atque ita ab omni rerum copia instructus dicebat, ut quæcunque concio illius ab alio aliquo facundo & studiosè verbo sermocinatore, in duas aut tres homilias satis prolixas diuidi potuisset atque deduci. Ab omni ostentatione & gloriolæ alicuius captatione omnis tractatio eius prorsus erat aliena. Quid de perspicuitate, quæ summam diligentiam in dicendo non facile comitatur, dicam? quid de gravitate? quid de dulcedine & suavitate consolationum? quid de motibus? qui aliquando pro rei dignitate & necessitate profectò erant vehementes. & tamen nihilominus ita dicebat cum affectu, ut & docentis, & consolantis, & exhortantis, & quæ opus esset redarguentis verba, à mediocriter expedito scriba, facile omnia possent excipi. Ad fidem eius bonam in docendo, quod attingeret: studio sibi semper habebat textui prælesto satisfacere, & eundem ad certum aliquem usum Ecclesiæ referre, inque omnibus quæ traderet, simpliciter non quæ sua essent, sed quæ auditorum, quærere. Non detrahebat aliquid veritati, nihil textui affingebat, nihil acribus cuiusquam dabat, non commodi aut incommodi sui, non gratiæ aut odii superiorum

DE VITA ET OBITU

riorum inferiorumque, rationem habebat: sed æquabili & proprio ministerij iure cuique loco, & tempori, & personæ, quod ei deberetur, tribuebat. In omnibus denique hoc unum, ut scilicet Ecclesia quàm optimè ædificaretur, qua, ut diximus, perfunctus munere suo fuit, usque ad extremum constans perstitit, & omne officium facere strenuè perrexit, usque ad illud tempus, quo nuper ultimam concionem habuit de cauendis Pseudopphetis, quam quidem non aliter, ac si mortem sibi præfagiret, quasi summarium aliquod doctrinæ, tot annos in hac Ecclesia à se pertractatz, constituit: ac ne quis ab ea recederet, aut pontificiorum vel sectariorum astutia ac dolo ab eadem fineret se depelli, magno cum affectu Ecclesiam monuit. Quod autem plerumque fieri solent, ut quæ ex officio à doctoribus dicuntur & recipiuntur; idem etiam in ministerio suo M. Hartmannus noster expertus est; neque Deum esse voluit: sed quo maioribus donis eum instruxit, hoc magis illum præ cæteris fratribus suis exercuit. Ac sanè qualè Deus in tentationibus requisivit, talem ferè inuenit: ut qui propter tentationem velle, & ne quid tale fieret, paratus esset omni-

M. HARTMAN. BEYERI.

omnibus nervis pugnare, & huc omne ministerium suum, operam, laborem, substantiam, existimationem, corpus, vitam ipsam, impendere. Cùm autem omnis cursus ministerij ipsius satis grauis ei acciderit, tum duo tempora habuit cum primis difficilia & periculosa: alterum Interimisticum; alterũ verò illud quo peregrini nostri peregrinã Religionem & doctrinam huic vrbi inuexerunt. Interimistici Quos enim sanè quàm grauis fuit paroxysmus: habuerat summos admiratores ac patronos: eos tunc mediationis Interimisticæ principes defensores experiebatur. His cum contrarius obuiam procederet, ac staret in acie exercitus Domini firmus, constans & immotus: infra-ctoq; animo, tum corruptelas doctrinæ & signa bestię Romanæ (quæ illa frontibus proter, aq; se & Ecclesia suæ fidei commissa repelleret, tum doctrinam Christi puram illibatamq; repeteret, explicaret, confirmaret, inculcaret, tueretur, ac mordicus retinendam contenderet: bone Deus, quanta indignatio, quanti motus, quantus fremitus ac furor Samaritanæ, tunc est exortus, quanti conatus aduersariorum fuerũt, vt hunc athletam Christi aut mollirẽt blanditijs delinitum, aut clamore & minis obtunderẽt compescerentq; aut con-

DE VITA ET OBITU

tentiosius refrangentem vt disperderent. Verum ille nullo errore commotus summa constantia officium faciebat: in omnem partem quid de se statueretur, expectans. Ac tentauit quidem eum subuertere, subuersoq; illo, cum Religione, quod vellet, facere Satanas: & eodem sanè adduxit, vt is statione & loco suo deiceretur: sed potentior Christus fuit, et vbi ad breue tempus athletam hunc suum Satanæ cribrandum obiecisset, mox repulso isto benignè manū ei porrexit, & altero die post, quàm ministerio exutus fuisset, cum dignitate eum suo loco restituit, & fidem constantiamq; cum largo fœnore ei rependit. Ad alterum tempus quod attinet, mox hoc est prius illud insequutum. Ministerio enim & Ecclesiæ vix iam ex priore motu sese colligentibus, afflictionem nouam attulerunt peregrini: dum se propter Euangelij doctrinam & omnem cultum, hic p Dei gratiam vigentem ac florentem, ad nos confluere, & micas de mensa Ecclesiæ decidētes participare velle simularunt. Audierunt quidem isti ab initio conciones, ac Sacramentis in nostra Ecclesia vsi sunt, non tantum potius, sed ipsi etiam ministri eorum: vt Ecclesiam de plenario suo consensu in eandem cum ipsa Religionem, certam redderent: ac iurafac hac simulatione sua animos hominum occuparunt.

M. HARTMAN. BEYERI.

pârunt, atq; ita & à magistratu templum & à ministerio publicam commendationem sui, tanquam nihil diuersi afferentiû aut quarentium, obrinuerunt, & clâm Sacramentariæ suæ sectæ patronos sibi conciliarunt: tunc diuersum doctrinæ genus paulatim ostendere, tunc peculiare ritus circa mysteria Christi sibi permittere, tunc insolentius dogmata sua peculiariter defendere, & nostram Ecclesiam papismi, aliorumq; fœdissimorû errorum arguere cœperunt. Ea verò res quantum animorum dolorem, & quantam ægritudinem tum Ecclesiæ vniuersæ, quæ se ludificatam videbat, tum ministerio, & in hoc, Chori totius duci, M. Hartmanno, summo domus Dei Zelo flagranti, attulerit: dolendo quiuis sentire secum, quam verbis ad alios efferre, facilius potest. Neq; tamen quia iam duplici acie, altera Papistarum, altera Sacramentariorum, instructus Satan, Ecclesiæ huius doctrinã oppugnabat, iccirco & desperatum de summa rei fuit, aut à congressu cum eo cessatum: sed collectis animis atq; armis aciem hic noster contrariamq; partem instruxit, & quò magis illæ vires suas exeruerunt, hoc magis ipse gladium verbi Dei & fulmina redargutionum vibravit, & in aduersas frontes eorum contorsit: donec ex hac statione in cœlum euocatus, Rembis reliquias belli tradidit cõtinuandas. Rem

DE VITA ET OBITU

enim hic nos absoluere posse non speramus. Atq; hoc est duplex illud tempus, quo potissimum exerceri eum Deus voluit: & in quo ille excelso animo fidum Christi militem, usq; ad extremum spiritum pro nomine Domini pugnantem, atq; adeo verè HARTMANNVM, quod nomen Germanis firmo animo & corpore virum significat, sese exhibuit. De vitæ eius innocentia suprâ dictum est aliquid: neq; nunc aliud addam, nisi quòd talis omninò vitæ morumq; eius integritas fuit, vt aduersariorum nemo vnquam vel ausus fuerit illam calumnijs tentare, sed contrâ in conuersationibus cum nostris hominibus magnificè eam prædicarint, falsi, ornatum nos bonis exemplis habere ministerium. Humilitas animi illius tanta fuit, vt nunquã se alijs quibuscunq; doctrina præstantiorem, maiorem officio, auctoritate grauiorem, rerumq; vsu & experientia, aut qualicunq; dono alio, superiorem habuerit, aut videri voluerit. Est moris in Ecclesia nostra, vt, si quis verbi minister periculose & extremè ægrotat, nominatim de suggestu Ecclesiæ precibus commendetur. Hoc officium ille, cum adhuc rectè valeret, nunquam se postulaturum, aut vt sibi scienti præsteretur permissurum esse, aliquoties ad vxorem testatus est: non quòd preces ab Ecclesia pro se fieri nollet, sed quòd non vellet præ cæteris Eccle-
siæ

M. HARTMAN. BEYERI.

siæ membris publicè nominari, aut sibi, quòd maioris esset obseruationis, vsurpare. Humilitatis animi igitur hoc in illo argumentum esto. Fuit & humanitas eius insignis, vt pauperes etiam, & ignotos, & peregrinos, libenter in ædes suas admitteret, repelleret à se neminè, officia sua omnibus deferret. Ad benefaciendum verò omnibus promptitudo talis ac tanta in eo fuit, vt propinquis, vt ciuibus, vt peregrinis omnibus, cum aliàs sæpe, tum in nundinis, consilium & opem petendi gratia, ad eum ex remotissimis partibus inferioris Germaniæ, Saxoniam, Sæuiam, & ipsius etiam Helnetiæ, cõcurrentibus, semper ipsius fores atq; animus paterent. Ac tribuunt ei certè magnam benignitatis & beneficentiæ laudem omnes propinqui illius, multum semper consilio & opera eius vsi: nec non ciues reliqui, & omnes eorum, quibus vnquam apud se perfugium aliquod præbuit, vulgus. Liberalitatem verò illius in erogandis elemosynis, pauperes nostrates simul ac peregrini, & numerosus cæterus scholasticorum, ludimoderatorum & pastorũ, qui magno numero huc ob Reipub. nomen, quod, quàm sint ministrorum verbi facultates, longè maius est, confluere solent, gratis pectoribus & vocibus comendant. In coniugio suam crucem expertus est, & vicissim sua etiam ex eo percepit commoda. Prima

DE VITA ET OBITU

eius vxor, Barbara anno LIII. altero die ab eo, quo ille post vehementem istum paroxysmum, quem suprà diximus, cum dignitate & commodo suo in integrum est restitutus, nihil bono nuntio recreata, diem suum obiit fuit is IX. Aprilis. Ex hac genuit liberos septem: ex quibus vna filia, Maria, post obitum matris aliquandiu fuit superstes, & postea ipsa quoq; matrem, nō amissam, sed præmissam, sequuta est. Alteram Agatham, ciuem suam, duxit anno eodem, quo prior illa decesserat, Calendis Augusti: ex qua geminam prolem, non tamen gemellos, suscepit. Ea mortua est, anno LXI. mensis Decembris die XIX. relicto post se filio Laurentio, qui & ipse, anno quinto post, mortem cum vita commutauit. Tertiam postea duxit vxorem Catharinam, anno LXII. die mensis Aprilis XXI. Hęc parentem habuit Sebastianum Ligarium Moguntinum, olim eiusdem ordinis & monasterij cum Luthero fratrem, & postea huius Ecclesię ministrum, cui mortuo M. Hartmannus p. m. fuit surrogatus. Atq; hęc octo liberorū mater facta, quinq; ex eis hodiè, ipsa vidualia, superstites habet: Iohannem Hartmannū, Mariam Salomen, Ursulam, Elizabetham, Nicolaum. Amicus & notus fuit multis, multosque ille vicissim sibi notos & amicos habuit: videlicet, ex Vvittenbergensibus, Lutherum, Philip-

M. HARTMAN. BEYERI.

Philippum, Pomeranum, Iustum Ionam, Cru-
cigerum, Forsterum, Maiorem: ex Vvирtenber-
gonfibus, Iohannem Brentium, Iacobum An-
drea, Bidenbachios fratres, & alios: ex Ienen-
fibus, Snepffium seniore, Illyricum, Vvigan-
dum, Hefshufium: ex Lipsenfibus, Nicolaum
Selneccerum: ex Hafsif, Adamum Fuldensem,
Ioannem Pistorium, Hieremiam Homberge-
rum: & Hafsif vicinum, Petrum Lotichiũ, Ab-
batem Solitariensem: ex Brunsuicenfibus, Io-
achimũ Mörlinum, & Martinum Kemnici-
um: ex Hamburgenfibus, Ioannem Aepinũ,
& Ioachimũ Vvestphalum: ex Norinbergẽ-
fibus, Vitum Theodorum, & Hieronymum
Befoldum: ex Ratisponenfibus, Nicolaum
Gallum: ex Argentinenfibus, Ioannem Mar-
bachium, & Valentinum Erythræum: ex Bafi-
lienfibus, Simorem Sulcerum: ex Bipontinis,
Cunmannum Flinspachium: in Hercinia fyl-
ua, Michaelem Neandrum, Abbatem Ilfelden-
fem: Eraffum Sarcerium, & Zachariam Præ-
torium, Iflebienses: Cyriacum Spangenber-
gium, Mansfeldensem: ex Königsteinenfibus,
Ioannem Prætorium, Christophorum Oben-
hinium, & Melchiorem Acontium: & alios per
Germaniam, Daniam & Suetiam multos. Ex
comitibus: Antonium, Georgium, Reinhar-
dum, Philippum, Ludouicum, Ifenburgenfes:
Philippum, Vvaldeccensem: Georgium, Er-

DE VITA ET OBITU

bacensem : Ludouicum , Königsteinensem
Fridericum Magnum à Solms, & huius filios,
Ioannem Georgi ū, & Ottonem. Ex Ecclesiæ
& Reipub. ciuibus domesticos suos & propin-
quos vnicè dilexit : itemq; nos, symmyllas su-
os & fratres in ministerio : & omnes deniq; bo-
nos ac pios. Supra omnes alios tamen intimè
dilexit ac veneratus est, Antonium Ellerum,
nunc Consulem Seniore : Hieronymum à
Glauburgo p. m. Patritium & Iureconsultum
pientissimum : & huius æmulum in pietate &
virtutibus, Iacobum Schuartzkopffium, Iuris
Doctorem : & horum ipsorum familias præ
omnibus alijs cõplexus est. paucis nimirum,
sed his optimis, se familiarissimè coniungens.
Facultates eius ab initio ministerij, cum bo-
nam partem patrimonij insumpsisset Vvitten-
bergæ, & stipendio tenuiore per aliquot an-
nos hic viueret, licet aliquæ fuerint, non ta-
men potuerunt esse magnæ. Auxit autem eas
illi Deus, per labores ipsius in officinis typo-
graphicis : per gratitudinem eorum qui fidem
ipsius in ministerio & alia eius dona ex oscula-
tionem. Valetudine naturâ fuit satis firma.
Aliquot saltem vicibus incidit in morbos gra-
ues & periculosos : ex quibus tamen benigni-
tate Dei, ad ardentissimas Ecclesiæ pro ipso
preces, egregiè rursus conualuit, domesticis
suis

M. HARTMAN. BEYERI.

fuis & auditoribus redditus ac donatus: donec hac postrema vice à Deo prorsus fuit euocatus, ex hac misera & caduca vita, atq; ita omnibus malis liberatus, & in cœlesti quiete constitutus: vbi nunc lætus, à laboribus & omnibus malis, quæ hîc expertus est, respirat, Deoq; canit cum Angelis, Gloria in excelsis. Proximus morbus primum se exeruit per punctior ex destillationibus capitis ortas, vnde calor febrilis vehemens, qui ferè in omnibus morbis ipsum infestauit: ex hoc tandem languor totius corporis sequutus est. Post aliquot tamen dies visus fuit conualescere, & omninò melius habere. Vbi autem calores paulatim redire sensit: in diuerso lecto à priore cubans, questus est de eo ad vxorem. Hac perterrita ingemuit, & quoties tale quid ex te audio, inquit, toties mortis impetu concuti mihi videor. Tunc ille: tu semper abiectio & consternato es animo, quin meministi illud Psalmi: Deus nostra spes & fortitudo: auxilium in tribulationibus, quæ inuenerunt nos valde. Propterea nò timebimus, etiamsi turbabitur terra, & ruunt montes in medium maris, Psalm. 46. ex quo responso vxor magnam consolationem accepit. Per vtramq; septimanam, cum infirmatus fuit, propter dolores capitis pro more suo, admodum rarò & parum locutus est ijs qui eum inuiserunt. Interrogatus igitur

DE VITA ET OBITU

igitur & admonitus de certis rebus, breuiter, sed neruose, respondit. A Domino Matthia Rittero Symmysta admonitus: iactaret curam suam in Domino, & reuelaret ei vias suas, & speraret in eo, ipsum enim esse facturum: dudum inquit hoc facio. Alteri similiter ei consolationes aliquot in memoriam reuocanti, animo se versare centesimum tertium Psalmum, respondit: ac simul verba aliquot, tamen si iam ei lingua officium inciperet negare, ex Psalmo recitat. Consulis verò senioris uxori, Mariæ, cum ea paulò ante abiens ei ualedixisset, àq; Domino ei robur ac vires fuisset imprecata. Christus est virtus mea & robur meum, respondit. Ad vesperam, quam postremam hinc vixit, vxor ei sola assidens, Domine, inquit, video te viribus magis ac magis deficere, & bene multum esse infirmum: angit ne te etiam cura aliqua? Respondet ille, non. Hæc contra: nunquid igitur de liberis non es sollicitus? Deus, inquit, ille curam habebit eorum, ac prospiciet eis: ipsi modò sint probi. In extrema nocte, circa horam primam, vxor in os ei aliquid, quo reficeretur, ingerenti, mitte me, ait, vt dormiam: quia dormituro. Ah Domine, respōdet illa, infirmior es quàm vt possis somnum capere: fortasse in Domino Iesu Christo cogitas obdormiscere & quiete frui. Ad hæc ille: Domini voluntas fiat. Simulita cubans

M. HARTMAN. BEYERI.

cubans paulatim magis defecit, neq; aliud amplius, quàm ITA, quoties nimirum de his quæ ei prælegerentur, an intelligeret ac firmiter crederet, interrogatus fuit, respondit. Atque ita die Dominica, quæ fuit XI. Augusti, manè paulò post sextam Deo patri creatori suo animam tradidit, & in Christo placidè obdormiuit: anno præsentis, qui est supra M. D. septuagesimus septimus: cum annos XXXI. in patriæ sua ministerio verbi functus fuisset. Stantibus nos eo die ex suggestibus eù Ecclesiæ precibus cõmendare, non suppresso eius nomine, vt antea, sed nominatim: Verù auertit nos obitus illius, fortè faciente id ita Deo, quò quod deprecatus ille antea fuerat, in eo exaudiretur. Postero die sepultus est in cœmiterio omnibus ciuibus communi: & fuit sepultura eius honestissima. Funus gestarunt Sartores. Moris enim hîc est, vt qui honestiore loco fuerunt, à tribu aliqua ad sepulchrum deferantur, gestantibus funus his qui iuniores sunt, reliquis verò tribuum ciuibus ac socijs ponè suo ordine sequentibus. Sartores verò, vt animos suos erga ipsum, tanquam optimè de omnibus meritum Pastorem ac Patrem, palàm declararent; non iunioribus hîc, vt aliàs, gestationem funeris demandarunt, sed ipsi Patres, hoc est, qui senio, canitie & auctoritate in ea tribu spectatissimi erant, lugubri habitu

DE VIT. ET OB. M. H. B.

habitu caput contecti, totumq; corpus vestiti,
ipsi accesserunt, funusq; humeris suis suscep-
tū in cœmiterium deportarunt, & sepelitionis
ministris tradiderunt. Cum efferretur funus,
tanta conspiciebatur Senatorum, patriciorū,
opificum, & reliquorum ex omni vulgo homi-
num vtriusq; sexus, multitudo: vt dixisses, non
cœtum hominum sed mundum ad cohone-
standam sepulturam eius confluisse. Fune-
brem concionem de voluntate fratrum ha-
buit Petrus Patiens, senioris sui demortui in
fide & ministerio socius ac frater. Exitus con-
cionis fuit: imitandum esse constantis fidei ex-
emplum in demortuo: gratias Deo agendas,
qui huic Ecclesiæ tam salutare organū tandiu
concesserit: & vt posthac ne deserat Deus hanc
suam Ecclesiam, sed subinde alijs decedenti-
bus alios operarios in messem suam extru dat,
orandū. Habita contione, solenni ceremonia,
qui in luctu erant, domū redūti sunt: atq; ita
funere curato discessam fuit. DEVS Pater Do-
mini nostri Iesu Christi, & ipse Iesus Christus,
caput Ecclesiæ suæ, vna cum Spiritu sancto, fa-
ciat, vt hîc & alibi semper sint ac maneant ido-
cum fructū seruiant, ac gloriā nominis ipsius
debita ratione & ardenti Zelo quæ-
rant & promoueant.
Amen.

IN OBITVM RE-
VERENDI VIRI, M.

Hartmanni Beyer, Ecclesiastæ
Francofurtensis:

ad

CLARISSIMVM VIRVM D. IA-
cobum Schwartzkopff, Iurecon-
sultum Francofurtensem.

HAëtensus ætherios duplicavit Sirius ignes
Aestifer, & rapida torruit arua siti.
Vertice iamq; sedens nudo iustissima tellus,
Amisit flauas sole flagrante comas.
Arescunt taciti raptis humoribus amnes,
Et tumidi vultus occuluere lacus.
Siccârunt gelidos passim riuosq; lacusq;
Phœbus, & Icarij stella seuera canis.
Naiades passis visæ lugere capillis,
Et vaga lugentum flumina more queri.
Quin etiam vatum sacris Aganippides vndis
Nunc, Hippocrene deficiente, timent.
Fallor? an hoc vates animus quoq; deficit æstu,
Arui & largus qui fuit ante vigor?
Arui, ac cythara pariter cecidère lyræq;
Oraq; vix præbent arida vocis iter.

Conan.

DE VITA ET OBITU

Conantesq; rudes in pauca resolvere fauces,
 Carmina, vis rabidi terret aperta canis.
 Nec tenet vlla bonos doctarum cura sororum,
 Sed mihi quisq; gelu clamat & aura veni.
 Aura veni, seu monte lates, seu vallibus imis,
 Et quibus ardores vrimur aura leua.
 At me pampineis æstum vitante sub umbris,
 Et captante vagas frigora propter aquas,
 Vndis fortè mihi tumidis insurgere Mænus
 Visus, & intortis ire voluminibus:
 Illum Naiades, montanâq; numina circum
 Flebant, & rigida flêstis Hamadryades.
 Et flentes lacrymis consolabatur obortis
 Phœbus, & Aonij cætera turba chori.
 Ergo ego: sic nymphæ sæuos restinguitis æstus?
 Ista canis rapidas temperet vnda faces?
 Omnis & in tenues succus abibit aquas?
 Sic ego, cum funesta tremendis aduolat albis,
 Funus & attonito flebile Fama refert.
 Ergo, ait, Aonidum cur manent lumina fletu
 Quere? tua mystes summus in vrbe iacer.
 Qui prius ad gelidum coluit Parnasidas Albim
 Astra docens Phæbi per duodena vias: Hinc

M. HARTMANN. BEYERI.

Hinc & Vindelicae cautus ludibria Sphynxis
Monstraq; Francigenum depulit atra vado;
Totq; fero dictis animas reuocauit ab Orco,
Sola docens Christi verba fidemq; sequi,
Ac totius pepulit grassantem Daemona Maeno,
Et trepidum suetos in pecus ire lupos;
Ille suas Hartmannus oues, & ouile reliquit,
Temporaq; aetatis clausit acerba sua.
Finierat, cum flebiliter matresq; virosq;
Francorum totis plangere cerno vadis.
Hei mihi, torrente cur non conuertor in annem?
Cur miser in lacrymas non ego totus eo,
Semper, ut haec lacrymis & acerbo funera luctu
Prosequar, ut dignè publica damna fleam?
Si qua venit miseris mors importuna dolenda,
Mors etiam nobis ista dolenda venit.
Quippe gubernator tot tempestatibus actam
Saxa abiens inter liquit acuta ratem.
Iamq; notos inter tumidos, crebrasq; procellas
Fluctuat ambiguo nostra carina mari.
Ille salutiferi iaciendo semina verbi,
Monstrabat celi dulce patentis iter.
Nec propria docuit celum probitate mereri
Nec meritis homines fidere mobilibus.

H Tutius

DE VITA ET OBITU

*Tutus in Christo nostræ stat causâ salutis
 Inquit, & in Christi figite morte fidem.
 Ne te conficiat diræ furor iraq; legis,
 Ne lex te fontem cogat amara mori.
 Ille tibi, carnis sortem miseratus acerbam,
 Auxiliatrices applicat ipse manus.
 Nec tibi Natura libeat confidere, fallite
 Et vanis homines ludit imaginibus.
 Talia dum pandit nobis arcana salutis
 Auocat heu patriæ mors inopina patrem.
 Si mea Musa tuis caneret nunc auribus aptas
 Inclyta solliciti laus IACOBÆ foris,
 Carminibus luctus iam consolarer acerbos,
 Pectora ne feruens vreret ægra dolor.
 Nunc vigor ille animum defecit & arida torpet.
 Lingua, tremuit duro lenta dolore manus.
 Nec iam seua queror Canis aut incendia Solis,
 Cor fera torrentis flamma doloris edit.
 Utq; diu doleam, lacrymarum fixa perennem
 Pectore fax vndam temperat, vnda facem.
 Ille quidem celo, Christo ducente, receptus
 Has è siderea despicit arce casas;
 Inter & illustres animas, Iuuenesq; volucres,
 Ocia cum Christo plena salutis agit:*

Sed

M. HARTMAN. BEYERI.

Sed nos iam clades urgent, quas tristia constat

Sanctorum stabili funera lege sequi.

Fortunate senex magnis erepte periclis

Post tua difficiles verga relinquis aquas.

Salve care Deo celi septemplex heres,

Terra tibi satis est hac habitata diu.

Tempus erit, summo quo purus in aethere iunctis

Vincula perpetui nectat amoris amor.

Hanc utinam miseris spes inuictissima Christus

Quamprimum celeri prouocet ore diem.

Henricus Petreus Her-
dess. Scholæ. Francf.
Rector.



DE MORTE VIRI REVER. ET PRAE-
clare docti, M. HARTMANNI
Beyeri, Theologi Orthodoxi
& constantis, cuius
opt. mer.

Querela Patris.

Patria quas civi, patri quas filia debet,
Has utraq; tibi solvimus inferias.
Sucte Hartmanne pio quondam tractare labore
Dogmata ab unius dogmate sumta DEI.
Huc age pro iustis lacrymas, Hartmanne, supre-
Vota hac non cineri sume onerosa tuo. (mis
Nempe pius patriam luctus decet iste, parentem
Quæ te collaudat testis honora suum.
Infelix luctus, patria (ô miserabile fatum,)
Quem, passæ hæc toties, heu creat vna dies.
Quas ego nunc lacrymas, quos nunc ego suspiratus
Conuenisse tuos non reor ad tumulos?
Flectere fata gradus possent funesta iuberi,
Ipsa suos iubeam flectere fata gradus.
Quod si non alio fuerat potis omine pasci,
Tot bona quæ terris eripit, Attra dies?
Attrum

M. HARTMAN. BEYERI.


Atrum ipsum hoc fuerat nimis? esuriemq, dolen-
Sedari hanc alijs non potuisse cibis, (dum est
Exsucca nisi carne tua, atq, ex sanguibus illis
Artibus, ô patriæ flenda lucerna tua.
O lumen vitale, domus quo sacra remidens
Nunquam lucifugas pertimuit genios:
Quin horum hæc aciem perstringens valdius, ipsos
Fortiter extremis inuoluit tenebris,
Quò minùs hi morbumq, suum & collyria norant
Vnius è thecis illa petenda DEI.
O sidus geniale poli, nomenq, beatum,
O mens æthereis nunc sociata choris.
Gaude iterum atq, iterum, pugna tibi laurea cessit
Digna tua, & studijs gloria digna tuis.


Christianus Egenol-
phus Francofort.
P. Laureatus.

FRANCOFVRTI
AD MOENVM APVD
FRANCISCVM BASSAEVM
impensis Nicolai Bassæi
fratris.



Anno M. D. LXXVII.





4

GEORGII CASSANDRI
DE ARTICV-
LIS RELIGIONIS IN-
TER CATHOLICOS
ET PROTESTAN-
TES CONTRO-
VERSOS

CONSULTATIO,

AD

INVICTISSIMOS IMPERA-
TORES AVGVSTOS FERDINAN-
DVM I. ET MAXIMILIA-
NVN II. EIVS SVC-
CESSOREM.

Paulus ad Rom. cap. 14. 17.

*Itaque, que pacis sunt sectemur, & que adifi-
cationis sunt inuicem.*

COLONIAE

Anno M. D. LXXVII.

4

GEORGII CASSANDRI
DE ARTICV-
LIS RELIGIONIS IN-
TER CATHOLICOS
ET PROTESTAN-
TES CONTRO-
VERSIS

CONSULTATIO,

AD

INVICTISSIMOS IMPERA-
TORES AVGVSTOS FERDINAN-
DVM I. ET MAXIMILIA-
NVN II. EIVS SVC-
CESSOREM.

Paulus ad Rom. cap. 14. 17.

*Itaque, quae pacis sunt sectemur, & quae adifi-
cationis sunt inuicem.*

COLONIAE


Anno M. D. LXXVII.

*Compositum longos de Relligione tumultus,
Haud passa, imperio Caesaris ire per,
Cassandrum, nodosa lues. vix, inuida, tantum
(O sacris nimium litibus aqua) dedit.
Ut ne, hoc intentus pacem suadere libello,
Ceu cygnus medio in carmine, deficeret.*

COLONIAE

M. D. LXXVII

PACIS IN ECCLESIA
STVDIOSIS.

 Vanta pietate Ferdinandus
Imperator praestiterit, om-
nes eius actiones ostendunt.
Semper enim cum in id to-
to pectore, tum publicè per Comitìa
& Couuentus, tum priuatim per suos
incubuisse constat, vt, latius cottidie
serpentes, Religionis controuersia,
quoad licuit, exstinguerentur. Quam
obrem, cum videret, eas Concilio
Tridentino in Germania, quam pro
summi Magistratus munere regebat,
nō potuisse sopiri; quod absentes haud
facile parere decretis eorum soleant,
quos aduersari sibi putent; experiri
constituit, num doctorum & pruden-
tium hominum consilijs, eorumque
scriptis, num aliquibus mutuis collo-
quijs, vtilis aliqua earum componen-
darum ratio posset inueniri. Si hoc
breui consequi non daretur: haftenus
saltem studium hac in re suum vtile fu-
turum arbitratus est; qua per vtramq;
Pan-

PACIS IN ECCLE-

Pannoniam, & Boemiam, ceterasque
 suas prouincias hereditarias, de con-
 trouersis illis Articulis doctrinæ for-
 mula promulgaretur, atque reciperetur.
 Qualem autem eius Christianæ fi-
 stola quæ subijcitur, præscripsit, per eam
 Protestantibus concedens, quantum
 salua Catholicæ Religionis auctori-
 tate, necessario permittendum publice
 tranquillitatis in Rep. tuenda causa, vi-
 sum est, quo videlicet, causas grauior-
 ris ab Ecclesia Catholica defectionis
 sic ipse tolleretur: itaque, tantopere ex-
 petendam totius Ecclesiæ pacem, si re-
 liqui Principes simile quidpiam in su-
 is ditionibus instituerent, procurari
 posse demonstraret.

CVM igitur multa, ex nonnullis
 familiaribus, de Georgij Cassandri
 probitate, vitæ genere, & eruditione
 cognouisset Pius Imperator epistolas
 ad tres Ecclesiasticos Principes Roma-
 ni Imperij electores, Ducemq; Cliuen-
 sem, dedit: ad singulos, singulas, qui-
 bus ab ijs enixe poposcit, vt Cassandri
 ad

SIA STUDIOſIS.

ad ſe mitterent, quo ipſe eo vteretur, vel ad publicam vtriuſque Religionis ex ſacris literis ineundam tota Germania concordiam, vel ad eam in ſuis ſaltem prouincijs retinendam. Sed Caſſandro, quod exhaustus plane eſſet viribus, & perquam frequentibus, aut prope continuis articulorum doloribus cruciaretur, efferre domo pedem non fuit integrum; vel, equidem, longiorem vllam peregrinationem ſuſcipere. Idcirco iidem Principes (qui ſuos ad eum, hac de cauſſa, ſinguli miſerunt Conſiliarios: atque in primis Coloniſis, qui coram eum quatuor integris horis ſermonem ea de re Muſſe habuit; ac Treuerenſis, qui per Conſiliarium Rechium; & Dux Cliuenſis, qui per Oliuerium Barzium Cæcellarium; idem magno ſtudio egere, Imperatori reſponderunt; Caſſandrum, ſine maximo certoque vitæ periculo, tam longinquum iter non eſſe facturum: quin potius in via defecturum, ſi tentarer. E re itaq; fore, ſi ad eum eruditus aliquis vir mitteretur: qui cum eo de ijs con-

PACIS IN ECCLE-

trouersijs conferrent, & quidnā ille de
qualibet quoque sentiret, & quam cō-
modissimam ineundā concordā cre-
deret esse rationem, Imperatori renun-
ciaret. In eam etiam sententiam Ele-
ctorum Principum Cassander ipse Cē-
sari rescripsit, Cæsar igitur, hanc ex-
cusationem adicipiens; mittēdum qui-
dem aliquem ad eum non censuit: sed,
quod visum est consultius, iussit eum
(quemadmodum ex iisdem illis, &
Maximiliani secundi filij litteris, quæ
infra scriptæ sunt, adparet) sententiam
de singulis inter Catholicos & Prote-
stantes agitatis Capitibus, suam scrip-
to comprehendere. Hanc ergo ipse
hoc Consultationis Libello, ad Maxi-
milianum secundum Imperatorem,
(qui Ferdinando Patre mortuo idem
illi denuo mandarāt, & vehementer vr-
gebat) paucis complectitur.

QVI liber, vt multi sentiunt præstan-
tes ingenio viri, nō leuem apud Catho-
licos & Protestātes auctoritatē habere
debet. Eam primum promeretur inte-
gritas auctoris summa: & quod neq; fa-
uoris

SIA STUDIOſIS.

nores vnq̄, neque dignitates vllas, neq;
 honores, vel opes ambiuerit. Quare
 cauſſe omnes ei defuere, quò minus li-
 berè ac ſincere de p̄poſitis controuer-
 ſijs iudicaret. Deniq; , quo magni faci-
 endus ſit, ei; in ijs cēſendis maxima ſit
 eruditio tribuenda, omnes ſtudiorū ſuo-
 rum labores (quos, nullo adflictę vale-
 tudinis incōmodo, nulloq; vitæ pericu-
 lo deterrius, quoad vixit, immenſos
 pertulit) ipſe his tantū cōtrouerſijs co-
 gnoſcendis, atq; diligenter examinan-
 dis, cōſacrauit: & omne ſcriptorū huc
 pertinentiū genus (hoc eſt, Gręcos, La-
 tinosq; Patres veteres, tum eos qui vul-
 go ſcholæſtici nominantur: ac recentio-
 res omnes, tã Catholicos, quam Pro-
 teſtantes ijsq; coniuñctos cæteros, qui à
 Pontificia Romanaq; Eccleſia diſſen-
 tiunt) diligentiffime perlegit, euoluit
 & excuſſit. Porrò eorum, qui ipſum, cū
 nihil eiufmodi cogitaret, ab optimo in
 his rebus iudicio pijs illis Imperatori-
 bus tantopere commendarunt, mini-
 mē certē contemnenda eſt ſententia;
 ſed grauiffimi potius de eius doctrina

PACIS IN ECCLĒ-

ponderis vicem obtinet. Atque ij etiam Imperatores, qui ita ipsum, ob praestitos in hac conciliatione labores, tantoque studio, amplexi sunt; dignissimi sane sunt, qui huic quoque libro, & propter singularem pietatem suam, & propter Maiestatem, ipsi equidem auctoritatem aliquã adiungant. Eo praeterea accedit, publicum in clytæ Vbi-
 orum ciuitatis, in qua annos plus minus viginti vixit, cum summa beneuolentia coniunctum testimonium. Tantum enim eius virtuti doctrinaeque tribuit; vt eius funus, & Consules, & Senatus, & Clarissimi Viri, omnes etiam florentis eius Academię Doctores, honorificentissime prosecuti fuerint: & ei, perpetuæ memoriæ causa, per celeberrimum Templi loco perquam honorifico, Tumulus cum inscriptione sit positus. Postremo auctor in hunc librum, quod caput est coniecit, quantum per temporis breuitatem licuit, dilucidè & exactè, quidquid ipse, plurimorum annorũ adsidua & indefatigabili industria, quidquid aduersariorum scriptorum
 mutua

SIA STUDIO SIS.

mutua collatione, quidquid ex diligentissima inquisitione veteris Ecclesiæ doctrinæ, ad quam semper iudicauit atque censuit præsentēs controuersias exigendas esse, paratum perfectumque habuit. Quo fit, tum, quod moriens se in hac, quam idem liber continet, doctrina viuere morique velle, ille apud amicos testatus est, vt hic liber, accurate, & sepositis præiudicijs, & amotis animi perturbationibus esse scriptus videatur: eoque nomine plurimi certe fieri debeat. Etsi autem non potuit, angustia temporis exclusus, tum quod Cæsar eum esse breuem voluit; luculentiores, & magis copiosas sententiæ suæ demonstrationes adijcere; ea tamen inseruit Patrum testimonia, quæ æquis lectoribus, & pacis amantibus, haud obscure sanè ostendunt, quæ fuerit veteris illius Ecclesiæ doctrina præcipua: per quam potissimum controuersias nostras dirimi posse, debereque tolli, credidit. Eas etiam, locis magis necessarijs, probationes adhibuit; quæ magnam forte lucem, illis Articulis recte ac pie

PACIS IN ECCLESIA STUDIO.
intelligendis, & explicandis, cum quidē
sincere quarentibus, adferant. Sed de
his rebus nihil decernimus, aliorum,
in primis penes Catholicam Ecclesiā,
esto iudicium. Nam ipse auctor, & se-
metipsum, & hunc librum, ceteraque
quę scripsit omnia huius auctoritati
proculdubio subiecit.

Hac itaque præfatione certę illę
veręque causę omnibus notę sint; cur
hoc opus, & quibus auctoribus, Geor-
gius Cassander, quoque modo, & qui-
bus adiumentis nixus, conscripserit: &
ultimam hanc, ultimo vite spiritu,
tamquam cygneam, fidei ac
Religionis suę vocem
atque Confessio-
nem edide-
rit.

CL. I. LXXVII.

FERDINANDVS DIVINA
FAVENTE CLEMENTIA ELE-
ctus Romanor. Imperator. Sem-
per Augustus.




DOCTE Fidelis, dilecte. Cum nobis
eximia tua eruditio, ac singularis
pietas, ardentissimumq; iuuanda
Ecclesia Catholica studium magnis
laudibus commendatum fuerit, in certam spem
venimus: tuam praesentiam & operam nobis in
quodam magni momenti negotio ad gloriam Dei
Opt. Mix. ac salutem & beneficium Regno-
rum & dominiorum nostrorum, atque uniuersae
Germaniae pertinente, quod modo praemambus
habemus, h. ad vulgari vsui futuram. Ideoque
abs te clementer postulamus, ut quamprimum ti-
bi praesentes literae nostrae reddentur, dispositis
mox rebus tuis priuatis, non graueris huc ad nos
venire: quo ad duos aut tres menses, prudentia,
consilio, & industria tua uti queamus. Viaticum
accepturus CCC. Florenorum, cura & opera lo-
annis Lang Commissarij nostri Spirae existentis,
& si fieri poterit, aliquot libros etiam Theologi-
cos ad hoc seculum nostrum accommodatos te-
cum adferas. Feceris enim in his rem virtute tua
dignam & nobis singulariter gratam omni erga
te benignitate Caesaria recognoscendam. Datum
in Ciuitate nostra Vienna die xxij. May. An-
no Do-

no Domini 1564. Regnorum nostrorum. Roman-
ny xxxiiij. Aliorum xxxviij.

Ferdinandus

Inscriptio literarum.

Docto nostro & Sacri Imperij Fideli
Dilecto Georgio Cassandro Theolo-
go.



FERDI.

FERDINANDO IMPERA-
TORI ROMANORVM.

R Eddita sunt mihi Maiestatis tue
litera Clementissime Imperator
Duisburgi in Clinia ad tempus
commoranti, vigesima die Iunii per
consiliarium Reuerendissimi & Illustrissimi Ar-
chiepiscopi Coloniensis huc ea de causa missum.
ex quibus literis Sacra tua Casarea Maiestatis
Clementissima voluntatem, ac sanctissimum iu-
uande Ecclesiam miserabiliter afflicta studi-
um libenter intellexi. Atque utinam huic Ma-
iestatis tuae de me iudicio aliqua ex parte respon-
dere ac voluntati ac mandato parere & obsequi
possim: nam quamuis me iuanda & pacifican-
da Ecclesia desiderio & studio flagrare profitear
tamen is animi dotibus quas tanti negotij moles
requirit destitutum sentio. Nam si quis est vis in-
genij, qua sanè est perexigua, eam omnem conti-
nuus languor & creberrimi morbi cum sommo
corporis cruciatu coniuncti, auferunt & debili-
tant, ac omnem studiorum laborem & contentio-
nem prohibent & impediunt. Equidem si quod
mihi tempus iam inde ab aliquot annis a mor-
bis & cruciatibus vacuum fuit, id omne cognos-
cendis huius aetatis controuersis & fontibus he-
rum dissidiorum inuestigandis & rationibus,
quibus hac tempestas Ecclesiae utcumq; sedari, &
grauis.

grauissima hæc dissidia, quibus Ecclesia indiet
quotidiè magis distrahitur & dilaceratur com-
poni, vel certe, ne maior distractio & dilaracera-
tio fiat, occurri possit, conquirendis impendi,
Atque id tandem deprehendisse videor assiduis
istis & ociosis rixis rem eo deductam, ut utraque
pars ad extrema deflexerit. Quare neminem de
his controuersis & ratione constituenda Eccle-
sie rectè iudicare posse, qui non animum ab
omni adfectu & studio partium abducat & equo
sinceroq; animo unicam Dei veritatem à Chrì-
sto proditam, & Apostolorum ministerio per v.
uiuersum orbem diffusam, partim literis config-
natam, partim antiqua vniuersali & perpetua
torum qui Ecclesias post Apostolos gubernan-
dis acceperunt, traditione conseruatam propo-
nat. Quare non alia ratione Ecclesie hoc tempo-
re consuli & succurri posse video, quam si antiqua
illius Ecclesie sententia & iudicium requiratur,
ut ad eius descriptionem & formam, quoad fie-
ri potest, præsens hæc Ecclesia, quæ ab ea propaga-
ta est, instauretur, idque potissimum eius Ecclesie
epuè omnes controuersie de summis religionis
vostre capitibus in concilijs illis grauissimis dili-
gentissime pertractata & explicata fuerunt. Et
Ecclesie gubernatio, restituta iam planè liberta-
te, optimis & saluberrimis regibus & decretis
constituta, Ex qua non modo quid in singulis ar-
ticulis

viculis credendum, verum etiam quid in externis
ceremoniis observandum sit clarissime perspicere
potest. Ea denuum illius Ecclesie est auctoritas,
ut nullus ei Ecclesie titulum detrahere ausit.
Eoque res iam devenit, ut utraq; pars adfiduis vi-
xis fatigata, etiam ea qua ad solas scripturas pro-
vocare solet, ad eius iudicium & arbitrium ad-
pellarit, & in eius sententiam quasi compromissa
rit. Sed hic prolixior esse nolo, cum tua Casarea
Mai. doctissimorum, gravissimorum, pruden-
tissimorum, & religiosissimorum virorum copia
abundet, qui haec omnia longe melius explorata,
& perspecta habent, ut nesciam qui meus usus
inter tantos viros esse possit. Si quid tamen ad
eam rem, quam tua Maiestas sanctè pieq; molit-
ur, ex mea tenuitate conferre possim, id quidem
libentissime in gratiam Catholica Ecclesie, cui
ut debeo, vehementer adficio, sum facturus.
Sed ea est corpusculi huius imbecillitas, ut tam
longam perfectionem absque certo vita pericu-
lo suscipere non possim, cum facilima de causa,
& ob leuissimam offensionem in acerbissimos ar-
thritidis dolores incidam, quater vel quater in
anno recurrentes magnam anni partem in lecto
me detinent & ad omnem animi & corporis fun-
ctionem inutilem reddunt. Id quod Reueren-
tissimo & Illustrissimo Archiepisco Colonien-
satis cognitum est. Quare rogo clement. tuam In-
uictif-

uictissime Imperator ut hanc iustissimam meam
excusationem in optimam partem accipiat, In-
terim tamen si quid absens ad eam rem vel scri-
bendo, vel cum aliquo erudito pio viro qui ea ad
Ma. T. referat, conferendo prestare, possim, nul-
lum laborem, quod in me erit, sum detrectaturus,
Demum unicum pacis auctorem ex intimis ani-
mi affectibus rogo, ut Maiest. T. incolorem
conseruet, & tam pium institutū Spiritus sui fa-
uore prosequatur, eruditissimisq; & optimis vi-
ris, qui T. M. à consilijs sunt, vera rectaq; iu-
uanda & constituenda Ecclesia consilia inspiciet.
xxvij, Iulij. Anno 1564.

Fideliff.

Georgius Cassander,
Theologus.



FERDI.

FERDINANDVS DIVINA
FAVENTE CLEMENTIA ELE-
ctus Romanorum Imperator
Semper Augustus.

HONORabilis fidelis nobis dilecte.
Accepimus literas tuas Dusburgi
die xxviii. Iunii datas, quibus te ex-
cusas, quod propter aduersam vale-
tudinem, qua te maiorem anni partem in-
lecto detineri ostendis, non possis, sicuti nos sum-
mopere cupiebamus, hoc tempore ad nos venire.
Id quod nobis valde molestum accidit, cum pro-
pter magnitudinem negotij, in quo tua decreui-
tus uti opera, tum etiam, quod pro ea benigni-
tate, qua te complectimur dolemus, te uti viri,
cuius pietas doctrina, & ardentissimum iuuan-
de Reipub. studium nobis summopere commenda-
tum est, morbo impediri, quo minus desiderio
tuo iuanda & pacificanda valeas in hac parte
satisfacere. Itaque haud grauatim acquiesci-
mus, humili & nimis necessaria excusationi tuae,
qua utique vellemus tibi non fuisse opus. Cum
vero nobis in hac re absens quoque possis & velis
inseruire vel scribendo, vel cum aliquo erudito
& pio Viro, qui ea ad nos referat conferendo,
nos id ipsum benigno abs te animo suscepimus,
siquidem illud etiam futurum nobis est gratum,
si quod hic fieri volebamus, *A* licet

licet fortassis presentia tua ad rem bene gerendam plurimum momenti allatura fuisset. Est autem illud, quod à te requirimus eiusmodi: Recordamur nimirum super Articulis Augustanae Confessionis, quae a nonnullis Sacri Romani Imperij Electoribus, Principibus & Statibus Anno fratri nostro praclarissime memoria Imperatoris Carolo Quinto Anno Millesimo Quingentesimo Trigesimo exhibita fuit, una cum Apologia eiusdem Confessionis, concordia & unitatis sarcienda gratia, ante hac in Sacro Romano Imperio diuersis locis & temporibus saepius Conuentus, Colloquia & Tractatus institutos fuisse, & vicumq; tales Conuentus & Tractatus non omnino sint sortiti plenum & optatum effectum, interdum tamen inter colloquentes seu disputantes de nonnullis Articulis non postremis quadamtenus conuenisse, reliquorum vero qui adhuc sunt in controuersia, non vsque adeo magnum effectum numerum, nobisque à multis pijs, doctis Catholicis & modestis viris, non exiguam spem factam fuisse recuperanda unitatis & concordiae in Ecclesia, necnon conciliandorum animorum, qui nunc perniciosissima diffidentia & simultate ob Religionis differentiam distracti sunt, si manifesti illi abusus qui hisce nouissimis & calamitosissimis temporibus in Ecclesiam Catholicam irrepserunt, expurgarentur, & e medijs tollerentur, & quadam qua magis sunt Positiui

laris, quam Divini concederentur, ac præterea
quædam disputationes nimis subtiles & abstrusa
quarum cognitio, cum excedat captum rudis po-
puli non videtur usq; adeo illi ad salutem esse nec
cessaria, ad alia felicitiora tempora reijcerentur,
modo in cæteris, quæ ad fidem & mores ac in-
tellectum & usum Sacramentorum, & ceremo-
niarum pertinent, probe institueretur. Cum igitur
nobis ut Imperatori Catholico, pro ratione
divinitus nobis commissi muneris incumbat, se-
dulo curare, ut fideles subditi nostri ex errorum et
heresum laqueis, quibus inferrimum in modum
sunt irretiti, divina benignitate eripiantur,
nonq; censeamus omnem nobis movendum esse la-
pidem, ut tandem huiusce p[ro]p[ri]i voti nostri compo-
tes reddamur. Cupimus proinde abs te compilari
primo quoque tempore Summarium, quoddam
doctrina Catholica, in quo præter antiqua &
indubitata dogmata fidei Catholica in Confessi-
one Augustana comprehensa, qua semper fue-
runt extra controversiam posita, imprimis ex-
plicentur illi omnes Articuli dictæ Augustanæ
Confessionis, qui vel iam hinc inde inter Erudi-
tos veriusq; Partis ad concordiam sunt deducti
vel pro constituenda unitate & quiete adhuc
possunt salua veritate Catholica concedi & in-
dulgeri: adductis præterea rationibus brevibus,
& substantialibus, cur in reliquis, qui forte super-
arunt, Ecclesia Catholica cedere non possit. De-

inde colligantur illi quoque Articuli, qui nunc
quidem ab ijs, qui Augustanam Confessionem
profitentur, contra Religionem Catholicam vo-
cantur in controuersiam, quibus tamen ipsa Con-
fessio Augustana saltem expressè nō contradicit,
vel quos etiam ex parte approbat. Postremo reci-
tentur etiam succinctè alia quaedam opiniones,
partim reprobatae, partim etiam fanatica, qua-
rum nonnulla quidem ante editam Augustanam
Confessionem, multo maior vero pars ab eo tem-
pore citra orbem Christianum inuasere, qua nec
ipsi Confessioni Augustana, multo minus Catho-
lica Religioni congruunt, Ita ut tale summarium
sit quasi Methodus quaedam, ad quam Parochi
& Concionatores in Regnis atque Prouincijs no-
stris existentes, doctrinam suam, tanquam ad
regulam dirigant, atq; accommodent, adeoq; pro-
batam & sanam doctrinam ab adulterina &
perniciosa internoscere atque distinguere, &
quid ipsis tam in Predicatione populi Dei, quam
in Administratione sacramentorum, ac reliquis
Ceremonijs Ecclesiasticis tenendum vel fugien-
dum sit, clare discernere possint. Qua Methodus
quo plausibilior erit, & quo longius fuerit à Con-
tentione remota, eo gratiorem & utiliorem quoq;
faturam diffidendum non est. Desideramus quoq;
tem ut hoc opus absq; omni mora in Dei Nominis
aggrediatis, & perfectum ilico ad nos transmitt-
tas, ita namque extrema postulat Regnorum ac
Domini

Dominorum nostrorum, necessitas, neque dubites
hunc tam insignem laborem Deo, cuius res agi-
tur, acceptum fore, quem nos sano erga te Cesarea
nostra beneficentia recognoscemus.

Nunc vero iussimus tibi à Commissario no-
stro Spiræ existente Georgio Lang numerari Cen-
tum florenos, quos ab eo accipies, gratiam no-
stram de cetero quoque expectaturus. Datum
in Civitate nostra Vienna Die xv. Julij. Anno
Domini M. D. LXIII. Regnorum nostrorum
Romani xxxiiij. Aliorum vero xxxviiij.

Ferdinandus

Ad Mandatum Sacræ Ca-
sæ. Maiest. proprium.

V. Io. Bap. VVeber.

M. Singkhmoser.

Honorabili Docto nostro & Sacri Imperij
Fideli Dilecto Georgio Cassandro Theo-
logo.

MAXI

A 3

ARTICVLVS I.

DE VNITATE DIVINAE Essentiæ in tribus Personis.

IN CONFESIONE AV-
gustana nonnulli articuli, si ad di-
uinas literas, & Catholicam tradi-
tionem expendantur, extra omnem
controuersiam & dubitationem positi sunt: ex
quibus est primus, De unitate diuinæ essentia in
tribus personis, iuxta decretum Niceni Concilij.
Item: Personam non significare partem aut quali-
tatem in alio, sed quod proprie subsistit, qua signi-
ficatione, ea voce vsi sunt Ecclesiastici scriptores.
Hic autem annotandum est, hunc articulum, quāuis
habeat firma & certa testimonia diuinarum li-
terarum, tamen hanc distinctionem, & expres-
sam confessionem, & appellationem personarum
in Ecclesia receptam, & obseruatā esse, ex anti-
qua, & perpetua traditione, decreto Concilij Ny-
ceni, & concordie Ecclesiasticorum Scriptorum
testimonio consignata, ut vel hinc appareat, quæ
uis sit Catholica traditionis, in præcipuis quoque
fidei controuersis.

ARTICVLVS II.

DE PECCATO ORI- ginis.

A

 LTER EST ARTICVLVS
 (ut ordinem in confessione positum
 retineamus) de peccato originis, qui
 & ipse Catholica traditioni consen-
 taneus est, qua confitetur, post lapsum Adæ, om-
 nes homines secundam naturam propagatos, na-
 sci cum peccato & concupiscentia: quòdque hic
 morbus, seu vitium originis verè sit peccatum,
 damnans eos, qui non renascuntur per Baptismũ
 & spiritum sanctum. Quamquam explicatio, seu
 definitio, qua additur voci peccati, nempe: esse si-
 ne metu sine fiducia erga Deum, à nonnullis re-
 prehensa fuerit, existimantibus hæc ad actuale
 potius peccatum, quam ad originis vitium per-
 tinere: sed hæc definitio ingenue excusatur, &
 probatur ab eruditissimo & modestissimo viro Io-
 anne Hoffmeistero, qui in excutiendis & expli-
 candis his articulis Augustana Confessionis,
 præter eximiam eruditionem, summum quoque
 candorem, & moderationem adhibuit, qua mo-
 deratio & equitas, multo plus, ad Ecclesie paci-
 ficationem conducet, quam nonnullorum rigor
 atque seueritas, qui odium potius partium, quam
 concordie studium præferunt. Rectè itaq; Hoff-
 meisterus articulum hunc nil habere ait, cur à
 candidis theologis reyci debeat, maxime si inter-
 pretatio ex Apologia reperatur, in qua testatur
 Auctor, se nõ actus solum, sed etiam potentiam
 seu dona efficiendi timorem, & fiduciam erga
 Deum,

Deum adimere ijs, qui natura ex Adam pro-
 pagati sunt, Nam si originale peccatum, inquit,
 est carentia, seu defectus iustitiae originalis debi-
 ta inesse, & si homo secundum naturam natus,
 ijs virtutibus caret, quibus priuatus est Adam,
 per quem peccatum intrauit in mundum, non
 ineptie loquuntur, hominem nasci cum pecca-
 to, hoc est sine metu DEI, sine fiducia erga
 Deum cum concupiscentia. Veruntamen quia
 haec forma loquendi de peccato originis insolens
 est, satius erit, si ea definitio retineatur, qua in li-
 bro est a Cas. May. oblato Ratisbonae, Nempe:
 peccatum originale esse carentiam seu defectum
 originalis iustitiae debita inesse nunc concupiscentia.
 Eodem quoque modo peccatum originis definitur,
 in definitione Cas. May. quae vulgo: Interim
 dicitur, Nempe peccatum, hoc esse, carentiam
 iustitiae Originalis, cum vitioso concupiscentiae
 habitu, quae spiritui & superioribus animi viri-
 bus perpetuo repugnat. Quo loco iustitia Ori-
 ginalis, magis ex recepta in Ecclesia sententia,
 quam in libro proposito explicatur, eius videli-
 cet hanc esse vim ut per ea homo esset omnibus,
 tum corporis, tum animi viribus rectus, nec agi-
 taretur ullis turbidis & prauis motibus sed in co-
 caro spiritui, & inferiores animi vires, superio-
 ribus, quae tantum ad bonum hortantur, pareret.
 Ex hac explicatione, magis apparet notio peccati
 originis, quod in carentia illius Originalis iustitiae

CONSULTATIO

consistit, addita vitiosa concupiscentia, qua legi
 mentis repugnat, & ad illicitos motus, & actus,
 perpetuo inclinatur, Hac itaq; definitio peccati ori-
 ginis, doctrina veterum, & recentiorum magis
 est consentanea, sed de hoc Articulo agnoscit ip-
 se Eccius, nullam esse controuersiam, ut qui in
 colloquio V Vormaciensi plenè conciliatus, & cõ-
 cordatus fuerit, in hanc, quam diximus, senten-
 tiam.

DE CONCVPISCENTIA manente in renatis.

MAGNA VERO CONTRO-
 uersia haectenus extitit, de vitiosa
 illa concupiscentia quam constat
 etiam post Baptismum esse reliquã,
 sit ne propria ratione peccatum, etiam postquam
 Baptismo remissa est? sed hac vocis magis, quam
 rei contētio esse videtur, Nam primum ex Au-
 gustino, & reliquis Ecclesiasticis scriptoribus cõ-
 uenit, eam concupiscentiam, etiam post Baptis-
 mum reliquam, rem esse malam, contra quam
 pugnadum sit, quam Apostolus legem membro-
 rum appellat, repugnantem legi mentis, qua ab
 Apostolo, & eum sequuto Augustino, peccatũ
 nonnunquam appellatur, non modo, quia peccato
 facta est, sed quod fomes sit, & incentiuum pecca-
 ti, & dominationi mentis resistit. Si igitur pec-
 cati

eati rationem in vitio illo & iniquitate, languo-
 re, infirmitate, ac morbo constituas, cui Spiritus
 resistendum sit, ne actus illicitos gignat, non in-
 epiè peccatum dicitur. Certè insignis quidam
 Theologus apertè asserit, etiàm in regeneratis
 manere peccatum, tametsi non imputetur. Sin
 peccati rationem in ipsa offensa DEI, & reatu,
 cui ex aduerso pœna, & damnatio respondet, si-
 tam intelligas, certum est in regeneratis non esse
 peccatū, utpotè in quibus facta est remissio pec-
 catorum, & reatus omnis solutus. Infirmitas ve-
 rò illa reliqua quamuis mala, & vitiosa sit, ta-
 men ad peccatum non deputatur, nisi illi ad illicitos
 actus inclinanti consentiatur: Ita Augusti-
 nus apertè dicit, Concupiscentiam in renatis non
 esse peccatum, quando illi ad illicita opera non
 consentitur (quam tamen eandem concupiscentiam,
 alibi iniquitatem esse contendit) Ideo
 verò peccatum non esse, quòd ab eius
 reatu homo liberatus sit, &
 nulla damnatione deti-
 neatur.

6
 CONSVLTATIO
 FORMVLA CONCORDIAE DE PECCATO ORIGINIS,
 & concupiscentia inita VVormatiæ.
 Anno 41. Ianuarij inter Eccium, &
 Menfingum, Item Bucerum
 & Philippum Melanthonem.



Atemur vnanimi sentētia omnes ab Adam propagatos secundum legem communem, cum peccato originali, & ita in ira Dei nasci.

Est autem peccatum originale, carentia iustitie Originalis debita inesse cum Cōcupiscentia, Consentimus etiā in Baptismo reatum peccati originalis remitti, cum omnibus peccatis, per meritum passionis Christi.

Manere autem non solum Apostolicis scripturis, sed ipsa etiā experientia docti sentimus, Concupiscentiam, vitium natura, infirmitatem, morbum. De quo quidem morbo, in renatis inter nos conuenit, quod maneat materiale peccati originis, sublato formali per Baptismum. Materiale autem vocamus peccati, quod sit a peccato, & quod ad peccatum inclināt, quod repugnat legi Dei, quemadmodum & Paulus appellat, Ad eandem etiā ratiōnem, in scholis compendio dici solet, Manere in baptizato originis peccati materiale, formale verò rectius est auferri.

Arti-

ARTICVLVS III.

De incarnatione filij Dei.

TERTIVS ARTICVLVS DE
 incarnatione filij Dei, & assumptione
 humanae naturae in utero virginis, ex
 apostolica doctrina & Catholica tra-
 ditione ad nos pervenit, & gravissimorum Con-
 ciliarum Ephesini & Chalcedonensis decretis,
 adversus Nestorium & Eutychen iam olim vin-
 dicatus est, qui error vetustus Eutychetis hodie,
 auctore quodam Melchiore Hoffmanno, ex in-
 feris est resuscitatus, & multorum hominum, alio-
 qui non malorum, animos occupavit: Christum
 videlicet in utero quidem Virginis humanam
 naturam assumpsisse, at non ex substantia virginis
 sed suapte virtute Verbum in carnem esse con-
 versum, quibus divinarum literarum auctori-
 ta-te occurrendum est, quae docent: Christum non
 modo ex semine Davidis esse factum, sed ipsum
 etiam esse florem ex radice Iesse, & fructum lum-
 borum David, sed de hoc Articulo inter partes,
 de quarum conciliatione agitur, probe convenit.
 Quin etiam illi, qui longius ab Ecclesia recessisse
 videntur, praeclearam in hoc negotio Ecclesiae ope-
 ram navarunt. Ex hac autem unione humanae
 naturae cum Divina, quae facta est per incarna-
 tionem, & assumptionem humanae naturae à ver-
 bo, orta est iam olim quaestio (quae nunc vehemē-

ter exarsit) de humana natura in persona Christi, asserentibus nonnullis ipsorum principibus huius cause, & ut regulam fidei asserentibus, humanam in Christo naturam, propter unionem hypostaticam cum Verbo, & maxime propter sessionem ad dexteram, totius Maiest. diuina esse participationem, ita, ut ratione huius unionis, & sessionis humana natura sit ubique, haud aliter, atque ipsa Diuinitas, utraq; natura inconfusa manente, Quae sane sententia, haecenus in Ecclesia Christi inaudita fuit, omnibus tam veteribus Ecclesiasticis, quam recentioribus scholasticis, vno ore profitentibus: Christum esse ubique, secundum quod DEUS est: in certo autem loco, & modo in Caelo, secundum quod homo est, ut diffuse disputatur ab Augustino in Epistola ad Dardanum. Atque ex hac proprietatum distinctione, naturarum quoque distinctionem aduersus Eutychianos concluderunt. Quemadmodum igitur non sequitur, ut quia humana natura natura aeterna unita sit, ideo quoque si aeterna, ita nec sequitur, ut quia infinita, & immensa natura sit unita, ipsa quoque infinita sit, & immensa. Neque verò hac inseparabilis coniunctio diuinitatis, & humanitatis id effecit, ut ubicunque sit diuinitas, ibidem quoque humanitatem esse necesse sit, haec enim ita inter se affecta sunt, ut alterum ab altero excedatur, Thomas contra gentes. In nobis (inquit) natura excedit personam, quia humanitas reperitur extra diuinitatem.

diuiduum suum : verum in Christo excedit persona natura assumptam, quia persona illa ubique est non assumpta natura. Huius rei qualecunque exemplum adferri potest de anima & corde, que in homine non separantur, & tamen non ubicunque est anima, ibi est cor, anima enim est in toto corpore: cor vero in media corporis parte. Neque vero dextera patris, ad quam Christus assumptus est, unquam a quoque sic intellecta fuit, ut ex ea immensitas, vel (ut nunc loquuntur) ubiquitas corporis Christi, seu humane in Christo nature statueretur, sed per eam omnes summam, & precipuam felicitatem vel iudiciariam potestatem, Christo homini collatam, intellexerunt. Illud vero nouum, & inauditum, quod ex hac immensitate humanitatis CHRISTI, presentiam corporis CHRISTI, in sacramento Eucharistie confirmant, quam alij magis & rectius, ad diuinam voluntatem, & omnipotentiam referunt, quemadmodum illi, qui cum veteribus, humanitatem CHRISTI, finitam agnoscunt: contra veteres ex eo presentiam corporis CHRISTI in sacrosancta Eucharistia tollendam sentiunt.

ARTICVLVS III.

De Iustificatione.



QUOD IN QVARTO AR-
 ticulo dicitur, homines non posse iu-
 stificari coram Deo proprijs viri-
 bus, meritis aut operibus, sed gratis
 iustificari per fidem semper in Ecclesia probatum
 & retentum fuit, & hodie quoq; ab omnibus Ec-
 clestasticis Scriptoribus approbatur: ut mirer,
 Cur Apologia dicat, damnari in hoc articulo,
 quod doceantur homines, propter sua merita, nõ
 gratis propter Christum consequi remissionem
 peccatorum. Certe Eccius in quodam scripto, ad
 hunc articulum ita loquitur: Rectè affirmatur,
 homines non posse iustificari proprijs viribus, se-
 cludendo enim gratiam Dei, nec vires nostra ali-
 quid possunt nec opera nostra merentur. Quare
 cum Catholici hodie ita doceant, non sunt heresi
 Pelagiana falso onerandi. Postea ex sententia
 Monachorum ita scribitur. Rectè pronunciat,
 neminem suis proprijs viribus posse iustificari,
 quia enim gratia Dei destituti sumus, nec vires
 nostra aliquid possunt, & ad benè operandum
 sunt infirma, & quicquid bene operantur, hic
 tantum moralem habet bonitatem, ceterum non
 habent, quod Deus agnoscat, & premio eterno
 dignum ducat. Et quum non ignoret aduersa
 pars hanc esse doctrinam Ecclesie, omniumq; The-
 ologorum, vulgo predicant, nos contraria docerè,
 à quo deinceps debent se abstinere. Quòd verò
 additur in Confessione, cum credunt se, in gra-
 tiam

tiam recipi, & peccata remitti propter Christū, merito ut impium reijci nō debet, cum Eruditissimorum virorum, ex ijs, qui Catholici nomen retinent, sententia, & scriptis cōsentiat, ut patet in Enchiridio Christiana religionis, in Concilio Provinciali Coloniensi anno trigesimo sexto edito, qui liber ab omnibus eruditioribus theologis, etiam per Italiam, & Galliam summopere fuit collaudatus, ut qui summam sententia veterum de Christiana religione, (ex quorum scriptis, quasi confirmatus est) pulcherrime referat. In eo itaq; sic legitur: Dicimus hominem per fidem donum iustificationis tum demum accipere, cum & perterefactus, & concussus in poenitentia rursus erigitur per fidem, credens sibi remissa esse peccata propter meritum Christi, qui in se credentibus remissionem peccatorum pollicitus est, et cum novum in se sentit affectum, quō detestans malum, & carnis infirmitati resistens, ad bonum faciendū intus accenditur, tametsi affectus nondum perfectus sit. Post pauca: Fatemur inquit, verum esse, ad iustificationem hominis omnino requiri, ut homo certo credat, non tantum generaliter, quōd propter Christum vere poenitentibus remittantur peccata, sed & quōd ipsi homini remissa sint, propter Christum per fidem. Hac etiam explicatio posita est, in libro Cas. Ma. Ratisbonensi cuius formā loquendi, utpote non satis scholasticam, quamvis Eccle-

us non per omnia probavit, rem tamen ipsam in
 quam Collega eius consenserant, non improbat.
 In eo libro ita scriptum est: Firma & sana do-
 ctrina est, per fidem vitam & efficacem iustifi-
 cari peccatorem. Vocamus autem fidem iustifi-
 motum Spiritus sancti, quo verè penitentes ve-
 reris vite, eriguntur ad Deum, & verè appre-
 hendunt misericordiam in Christo promissam,
 ut iam verè sentiant, quod remissionem peccato-
 rum, & reconciliationem propter meritum Chri-
 sti, gratuita DEI bonitate acceperunt, & cla-
 mant, Abba pater. Rectè itaq; & diuinis literis
 consentaneè dicitur hanc esse naturam iustifican-
 tis fidei, ut sensum illum diuina gratia, quem in
 nobis efficit spiritus sanctus, percipiat: dicit enim
 Apostolus, Spiritum sanctum, quem accipiunt
 credentes, testimonium reddere spiritus ipsorum,
 quod sint filij DEI. Verum si res diligentius con-
 sideretur, hac certitudo fidei, quæ ex hoc Spiritus
 sancti testimonio concipitur, natura, ipsam iusti-
 ficationem, & remissionem peccatorum conse-
 quitur, nam donum est Spiritus sancti, quod ius-
 tificatis infunditur, quo, de remissione peccato-
 rum, & gratuita DEI patris erga se beneuolen-
 tia, certi redduntur. Ad iustificationem autem
 consequendam requiritur talis fides, qua homo
 exemplo Abrahe ad promissionem DEI non ha-
 sitet per diffidentiam, sed præter spem, in spem cre-
 dat: Deum videlicet, credenti in eum, qui susci-
 puit

tauit Iesum Christum à mortuis, qui traditus est
 propter delicta nostra, & resurrexit propter ius-
 tificationem nostram, imputaturum hanc fidem
 ad iustificationem, & peccata non imputaturum,
 & eum, qui mortuus erat peccato, per Spiritum
 sanctum viuificaturum, Huius rei exemplum
 est in sanatione corporaliu morborum, qua in-
 terna sanationis imaginem gerit, ibi enim à
CHRISTO requiritur fides, non qua homo cre-
 dat se iam sanatum, sed qua credat **CHRISTVM**
 ea potentia praditum, ut sanare possit: & confi-
 dat eam esse bonitatem, ut sanare velit, quæ
 fide sanitatem consequuti sunt, ipsam verò sa-
 nitatem, iam sibi donatam sensu perceperunt,
 quare ad eam cognoscendam fide opus non erat,
 In sanatione verò interiori, quæ occulta est, so-
 laque Spiritus sancti inspiratione cognoscitur fi-
 de opus est, qua huic Spiritus testimonio assen-
 diamur. In hac autem doctrina de fide, qua ac-
 cipitur remissio peccatorum & iustificatio, duo
 obseruanda, & cauenda sunt, Primum ut
 pauidis conscientijs occurratur, quæ hoc testi-
 monium Spiritus obscurius sentiunt: Alterum
 ne timor **DEI** excutiatur, securitas alatur,
 beneque operandi studium remittatur. Verum
 quæ in libro illo Ratisbonæ proposito breuiter fit,
 de priore enim sic loquitur: Quoniam perfe-
 cta certitudo in hac imbecillitate non est, sunt
 quæ multæ infirmæ, & pauidæ conscientia,

quæ

qua cum graui saepe dubitatione luctantur, nemo est à gratia Christi propter illam infirmitatem excludendus, sed conuenit tales diligenter admoneri ut his dubitationibus promissiones Dei fortiter opponant, augeri sibi fidem sedulis precibus orent. Ob hanc dubitationem, quae ex consideratione propriae infirmitatis nata, semper haeret etiam in sanctissimis viris: Item quia persuasio hac falsa, & inanis esse potest, in impijs videlicet. Spiritu Dei destituti, ideo nonnulli senserunt, hanc certitudinem non fidei proprie, in qua dubitatio haeticum facit, sed fiducia potius, quae ex sensu quodam diuinae beneuolentiae nascitur, esse tribuendam, cui opposita aliquanta haesitatio, infirmitatem fidei arguit, cum qua haesitatione fidelibus animis est luctandū. Veteres sanè in hoc loco inter spem & fidem non admodum distinxerunt,

Canon: 6.
in Matthæ.
in illud.
Nonne anima plus est
quam Cor.
pus.

ut patet ex Hylario. Ergo regnum (inquit) celorum, quod Prophetae pradicarunt, Dominus noster in se positum esse confessus est, vult absque aliqua incertae voluntatis ambiguitate sperari alioqui iustificatio ex fide nulla est, si fides ipsa fuit ambigua. Certè nemo est ecclesiasticorum, nec è scholasticis quidem, qui non hanc fiduciam, & certitudinem de gratia & misericordia Dei, & glorificatione futura, diligenter urgeat, & dubitationi, ac diffidentiae opponendam doceat. Tradit autem Bonauentura, hanc certitudinem haberi, per quandam bonae voluntatis confidentiam

In 30 dist.
26 Quaestio.
tio. 5.

iam, qua consurgat ex conscientia bona. Consen-
 iunt hac cum verbis Apostol. Glorificatio no-
 stra hac est, testimonium conscientiae nostrae. Itē In epistola
 Ioannis. Nos scimus (inquit) quoniam translati cap. 3.
 sumus ad vitam, quia diligimus fratres, filioli nō
 diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veri-
 tate, in hoc cognoscimus, quoniam ex veritate su-
 mus, & in cōspectu eius suadebimus corda nostra
 Charissimi si cor nostrū, non reprehenderit nos,
 fiduciam habemus ad Deum. Quāuis haec fidu-
 cia, qua confidimus nos in misericordia Dei sal-
 uatos, & regni Dei hereditatem consequutos, nō
 soli huic testimonio conscientiae, sed diuinis quoq;
 promissionibus initi debet, De quo praclare Ber. Sermon. 6.
 nadus. Quis poterit saluus esse dicunt discipuli de dedica-
 saluatori? & ille: apud homines hoc impossibile tione tēpli.
 est, sed non apud Deum. Haec sola fiducia nostra,
 haec sola consolatio nostra, haec tota ratio sp̄ei no-
 stra: sed de possibilitate iam certi, de voluntate
 quid agimus? Quis scit? si est dignus odio an amo-
 re? Quis nouit sensum domini? aut quis consilia-
 rius eius fuit? Hic iam planē fidem nobis subue-
 nire necesse est, hic oportet succurrere pietatem,
 ut quod in nobis latet, in corde patris, nobis per
 ipsius sp̄ritum reueletur, Spiritus eius testificās,
 persuadeat Spiritui nostro, nos esse filios Dei. Idē: In sermoni:
 Tria, inquit, considero, in quibus spes mea tota de fragmē-
 cōsistit: Charitatem adoptionis, veritatem pro- tis.
 missionis, potestatem redditiōis. Adhac Doctores
 buim

huius aetatis, non se dubitationem docere dicunt,
 qua de misericordia DEI dubitetur, & diffidatur,
 sed timorem DEI, quo sollicitudo bene operandi,
 & acceptam gratiam conservandi, in nobis excuetur,
 & augeatur, de quo Apostolus: Cū timore & tremore
 vestram salutem operamini. Eum timorem castum
 & filialem appellant, quē perfecta charitas non pellit,
 sed retinet, & fovet, qui timor semper fiduciam,
 & spem paternam benevolentiam adiunctam habet. Vidē si lubet August.
 Hec cum in Ecclesia Catholica, etiam hodie tractantur,
 non recte potestantes Ecclesiam presentem incusant,
 quod doceat & inbeat, de gratia DEI, & vita aeterna
 dubitare, atque hanc blasphemam (ut aiunt) doctrinam, inter
 precipuas causas ponunt, cur ab ea discedendum
 sibi putent, Etenim quomodo dubitare inbeant,
 qui iubent considerare omnemque hesitationem,
 & diffidentiam ex animo profligare. Quod autem
 attinet, ad timorem DEI, & studiū operandi, quae
 in iustificatis esse debent, recte docet liber: In renouatis
 (inquit) semper crescere debet timor DEI,
 patientia & humilitas, & aliae virtutes,
 cū renouatio sit imperfecta, & hereat in eis
 ingens infirmitas. Item: Christiano cuiq; debet
 esse compertum, non in hoc datum nobis esse
 hanc gratiam, & hanc regenerationem, ut in eo
 gradu inuolutionis nostrae, quem primū nacti
 sumus, ociosi cōsistamus: sed crescamus
 in

in ipsum ꝑ omnia, qui est caput, &c. Rectè quoq;
 docet Enchiridion, loca illa diuina scriptura: (Be-
 atus homo, qui semper est pavidus. Itē: Cū metue-
 & tremore vestram salutem operamini.) non re-
 spicere iustificationem, nec fiducia de misericor-
 dia Dei quicquam detrabere: sed respicere iam
 iustificatos, hi enim si sentiant, se Dei beneficio in-
 nouatos, absit ut posthac sibi viuant, & suis viri-
 bus posthac legem implere contendant, quin po-
 tui sua infirmitatis sibi conscy, toti à gratia Dei
 pendeant, & filiali timore semper solliciti esse de-
 bebunt, ne in vacuum gratiam Dei receperint,
 neue à gratia recepta sua iniuria & arrogantia
 rursus cadant in priores sordes: In quam senten-
 tiam dixit Apostolus, In fide stas, noli altum sa-
 pere, sed time, etc. que sequuntur. Quæ non video
 cur merito à Protestantibus improbari possint,
 nec etiam Theologis catholici nominis, tametsi
 non per omnia scholasticam phrasim referant,
 modo doctrine Catholice non repugnent, &
 Christiane concordie seruiant.

Quod autem Protestantes passim urgent, so-
 la nos fide iustificari tollerabilius est, cum inter-
 pretantur, se in fidei nomine, gratiam que ei ex
 aduerso respondet intelligere, ut idem sit, sola fide
 iustificari, quod sola gratia, nō ex operibus iustifi-
 cari. Item, cum ab hac fide non excludunt pœni-
 tentiam, timorem Dei, fiduciam, dilectionem,
 deniq; obedientiam erga legē Dei propositam, &c.

C

Item

Itē in argumento in Epist. ad Rom. Collos. Fides
 inqt, nil est sine pœnitiā, nisi inane somniū. Ha-
 bet etiā hac locutio, exēpla vetustatis, nā Orige-
 nes in Epist. ad Rom. demonstrat, fide sola absq; ope-
 ribus, aliquos esse iustificatos: Et Hilarius de Para-
 lytico. A Christo (inqt) p̄ fidē remissio est, q̄ lex
 laxare non poterat, fides enim sola iustificat, & c.
 Per hāc aut sola fidē intelligūt haud dubiē solum
 meritiū, & confidentiā operū excludi, ut gratia
 stabiliatur, quomodo Paulus inqt: Si ex operibus
 iustitia non ex gratia & c. Illud aut accuratē obserue-
 tur, si sola fide apud populū homo iustificari dica-
 tur, illud simul inculcetur, fidē tāetsi sola iustifica-
 ri dicatur, tamē solā esse nō posse, sed necessario pœ-
 nitentiā, & vitā melioris p̄positū adiunctam ha-
 bere, ne videlicet inanē quandā & adumbratam
 imaginē fidei, p̄ solida, & expressa fide amplectā-
 mur. Prouidit hoc quoq; Lutherus in visitatione
 Saxonica. Multi (inqt) dū audiūt, ut solūmodo
 credatur omnia ipsis remitti peccata, fingunt sibi
 fidē, & putant se mundos esse, per q̄ sunt temera-
 riy & securi. Huiusmodi aut carnalis securitas,
 peior est omni errore, q̄ ante hoc tēpus nunq̄ fuit,
 hac ille. Quare multis eruditis & pijs viris satius
 videtur, ut in concionibus popularibus vox illa
 sola p̄termittatur, sed scriptura tātū verba vsur-
 pētur, ut gratia salui facti estis p̄ fidē absq; ope
 iustificati gratis, p̄ gratiā ipsius, arbitramur ho-
 minem iustificari, fide non ex operibus legis.
 Hac de fide qua accipitur iustificatio dicta sunt.

De ipsa autem iustitia, qua iustificamur, magna
 hæcenus certamina extiterunt, alijs in sola Chri-
 sti iustitia nobis imputata, alijs in iustitia nouæ
 vitæ nobis communicata, iustificationis formam
 ponentibus, etiã postea à doctissimis viris observa-
 tum sit, ex Apostolica doctrina, & Patrũ tradi-
 dione, utramq; iustitiã, in iustificationis ratione,
 coniungi debere, Et quæ de iustitia, id est, merito
 & satisfactione Christi, nobis imputata, hoc est,
 nobis ac si propria esset attributa, scripturæ satis a-
 pte loquuntur, p̄ eam enim iustitiã, id est meritũ
 & intercessionem sanguinis Christi, peccata no-
 bis remittuntur, id est non imputantur, Ita Apo-
 stelus loquitur Christũ esse perfectionẽ legis, ad iu-
 stitiam omni credenti. Licet eũ q̄ nõ nouit peccatũ,
 p̄ nobis peccatum factum ut nos efficeremur iu-
 stitia Dei in illo. Licet Christũ nobis à patre factũ
 iustitiã sapientiã & sanctificationẽ & redemptio-
 nẽ. Pulchrè hanc iustitiã explicat Bern. Assigna
 ta (inqt) est homini iustitia aliena, q̄ caruit sua,
 & c. Nam si vnus p̄ omnibus mortuus est, igitur
 oẽs mortui sunt, ut videlicet satisfactio vni omni-
 bus imputetur, sicut omniũ portauit, ibidẽ, Iustitiã
 me dixerim, sed illi iustitia q̄ nã ipsa. Finis legis
 Christus, ad iustitiã omni credenti. Deniq; q̄ factũ
 est nobis (inqt.) iustitia à Deo Patre, q̄ ergo mihi
 iustitia facta est, mea nõ est. Idẽ in Cati. Ego quo-
 que misericordias Domini in aternũ cãtabo, nun-
 quid iustitias meas, Domine memorabor iustitia
 tua solus, ipsa enim est mea, nõpe factũ es tu mihi

Epist. 119.

iustitia à Deo, nunquid mihi verendum est, ne non una ambobus sufficiat. Non est pallium breue, quod secundum Prophetam, non potest operiri duos. Et hoc quidem extra controuersiam est, iustitiam illam qua iustificamur consistere in remissione peccatorum, hoc est, cum propter meritum passionis Christi, quam suscepit nostri causa, peccata nobis non imputantur, quod nil aliud est quam ipsum CHRISTI meritum, ad remissionem peccatorum nobis imputari. Atque hoc est, quod Paulus toties inculcat, imputari nobis fidem ad iustitiam, eam videlicet fidem, qua credimus in eum, qui suscitauit IESUM Christum Dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Verum hic rursum necesse est, ut ij qui Protestantes vocantur, reliquis Catholicis in eo consentiant, qui dicunt hanc iustificationem, seu iustitiam, qua iustificamur, non in sola remissione peccatorum, sed etiam in renouatione interiore hominis esse positam, cum per Spiritum sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, & noua creatura efficitur, nec solum dicimur, sed etiam uere iustificamur, & ad opera iustitia facienda preparamur, ut iustificandi uerbum non solum significet absolui à peccatis, sed etiam iustitia donari, & ex impio iustum effici. Porro iustificari hominem non sola imputatione, sed etiam uera iustitia

iustitiæ participatione manifeste declarat ana-
 logia illa peccati & iustitiæ, ex inobediētia & obe-
 dientia unius hominis que explicatur à Paulo,
 cum inquit: Sicut per inobedientiam unius ho-
 minis peccatoris constituti sunt multi: ita per v- Rom. 5.
 unius hominis obedientiam iusti constituuntur mul-
 ti, sicut enim peccatum à primo parente contra-
 ctum, à quo peccatores dicuntur, non in solo rea-
 tu, & imputatione consistit, sed etiam vitij &
 culpe, qua natura depravata & infecta est, rati-
 onem habet: Ita iustitia illa qua nobis per Chri-
 stum restituitur nõ in sola imputatione posita est,
 sed vera quoque iustitia est, qua natura, & volun-
 tas depravata corrigitur & sanatur, Hanc ana-
 logiam pulchrè explicavit Augustinus. Sicut il-
 le inquit, in quo omnes vivificabuntur, præter quod
 se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit,
 dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gra-
 tiam, quam latenter infundit, & parvulis: Sic &
 ille inquit, in quo omnes moriuntur præter quod
 eis, qui præceptum Domini voluntate transgre-
 diuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam
 carnalis concupiscentiæ lue tabificavit in se om-
 nes de Eva stirpe venientes. De hac iustitia lo-
 quitur eodem libro cum inquit: Legimus iustifi-
 cari in Christo, qui credunt in eum, propter oc-
 cultam communicationem, & inspirationem gra-
 tiæ spiritualis, qua quisquis hæret Domino, unus
 spiritus est. Hanc autem gratiam spiritualement, a-

De pecca-
 torum me-
 ritis & re-
 missione.

libi charitatem appellat, ut de natura & gratia,
 cum ait. Per Spiritum sanctum diffundi cha-
 ritatem in cordibus nostris, qua una iusti sunt,
 quicumque iusti sunt, Atque hanc iustitiam ho-
 die pleriq; inhaerentem, scholastici habitualē ap-
 pellant, ex qua altera illa nascitur qua exercitio
 bonorum operum constat, quam actualem nomi-
 nant, Porro utramq; hanc iustitia partem, &
 eam qua in remissione peccatorum, & in satis-
 factione, & innoatione per Spiritum sanctum
 consistit, apertissime complexus est Cyrillus lib-
 bro primo contra Iulianum. Cum prius (inquit)
 deposuerimus tenebras leuitatis Grecorum, a
 mēte nostra, & demoniorum turbis valedixerim-
 us, omnemque ipsorum pompam & cultum
 prudentissimē respuerimus, & cum veritatis
 lumine cordis oculum dilatauerimus, agnoscen-
 tes eum, qui natura & verē omnium nauitatis
 auctor, & maximus Rex, & DEUS est, con-
 fitemur fidem in Patrem, et Filium & Spiritum
 sanctum, & ita ad alterius vita exordium ve-
 annuente iustificamur, per illum enim nobis mi-
 sericors est Pater, iustificante legislatore, & ab
 omni nos crimine liberante, & pœnam præuari-
 cationum remittente & etiam in mente sanctifi-
 cante p̄ Spiritū sanctum, et reformat nos modo,
 quo ipse nouit, ad nouitatē mentis casta, & iusta.
 Quare causa non est cur ij, qui Protestantes vo-
 can-

cantur, hanc iustificationis definitionem defugi-
 ant, quomodo a doctissimis viris est explicata etc.
 Primum quia ipsimet agnoscant hanc renoua-
 tionem, & sanctificationem sem p cum remissio-
 ne peccatorum esse coniunctam, & iustitia qui-
 dem nomen illi tribuunt, sed imperfectam & in-
 choatam vocant. Quod certa quadam ratione
 verum est, hoc est, si in se consideretur, & ad se-
 veritatem divina legis expendatur, qua tamen
 rursum imperfecta est, hoc est Deo grata, & ac-
 cepta, si ex fide, & gratia DEI aestimetur, cum
 eius perfectio propter CHRISTUM per si-
 dem in nobis habitantem non imputetur. Qua-
 propter non defuerunt, ex ea quoque parte qui
 iustificationem his duabus paribus definiunt:
 remissione peccatorum, & regeneratione, seu
 sanctificatione, in quibus Ioannes Aepinus, ma-
 gna apud suos auctoritatis. Quin ex Margari-
 ta illa Theologica, tria. Remissionem peccatorum,
 acceptionem ad vitam aeternam, & dominatio-
 nem spiritus sancti, Et Andreas Fricius, vir e-
 ruditissimus, & concordia, ut apparet, & mode-
 rationis amantissimus, quamvis Protestantium
 partis studiosior videatur, hanc tamen sententi-
 am de iustificatione ingenuè agnoscit. Concedi-
 mus (inquit,) non sola CHRISTI imputatio-
 ne, sed verè realiter inherente nobis iustitia,
 nos esse iustos: Item. Non nego nos verè in-
 stos esse, iustitia nobis inherente, hancq; iustitiam

In defensi-
 de Iust.
 Christianis

praclarum esse Dei donum affirmat, qua regemur
 & qua noua Christiani hominis vita con-
 stet, Verum quia illa in hac vita coepta, & im-
 perfecta est, multasq; habet admixtas maculas,
 propter abhorrens peccatum, ideò nobis Christi
 imputatur iustitia perfecta, & numeris omni-
 bus absoluta, propter quam & peccata nobis re-
 mittuntur & vita aeterna donatur, haec ille, &c.
 Item cum fatemur Veteres cū de iustificatione
 agunt, iustificationis nomine non solum remissio-
 nem peccatorum, sed vera iustitia collationem
 intellexisse, qua in dono Charitatis per Spiritū
 sanctum in nos diffuso consistit, ut ex locis supra
 ex Augustino allatis, & alijs multis manifestum
 est. Tertio, quod in Ratisbonensi conuentu, hic ar-
 ticulus iustificationis ad eam quam diximus for-
 mam conciliatus est, in quam illorum Colloquio
 res consenserunt, quam conciliationem Bucerus
 quoq; accuratè tractauit, & ad eam subindè pro-
 uocat. In eo autem conuentu ita articulus iste ex-
 plicatus legitur. Id quòd tamen nulli contigit, vi-
 delicet, ut remissionem peccatorum accipiat,
 nisi etiam simul infundatur charitas sanans vo-
 luntatem, & voluntas sanata, (quemadmodum
 ait Augustinus) incipiat implere legem. Fides
 ergo uia est, qua & apprehendit misericordiam
 DEI in Christo, & credit iustitiam, qua est in
 Christo, sibi gratis imputari, & qua simul polli-
 citationem Spiritus sancti, & Charitatem acci-
 pit

pit, & sic iustificatur, iustitiã accipit, & habet per Christum etiã inhaerentem, sicut dicit Apostolus, Absoluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, tamen anima fidelis, huic non innititur, sed soli Christi iustitia nobis donata. In qua explicatione mihi video, quòd etiã gratia DEI studiosissimus desiderare possit.

ARTICVLVS V. DE MINISTERIO VERBI EX- terni & Sacramentorum.

IN QVINTO ARTICVLO docetur, vt fidem consequamur, institutum esse ministerium docendi Euangelium, & porrigendi Sacramenta, nam per verbum, & sacramenta, tanquã instrumenta donari Spiritum sanctum, qui fidẽ efficiat, vbi, & quando visum est DEO. Quòd de ministerio verbi dicitur, quo & in nondũ credentes fides efficitur & in credentibus augetur, & confirmatur, controuersiam non habet, est enim consentaneum dicto Apostoli: Fides ex auditu est, auditus autem per verbum DEI. Quamquam quod docent, per verbum DEI dari Spiritum sanctum, non satis conuenit, cum diuini literis que tradunt, Spiritum sanctum nõ dari, nisi iam credentibus: Imò per fidẽ accipi Spiritum sanctum, id quod in Apologia quoq; agnoscunt,

In Epistol.
Joã. tra. 4.

scunt. Sed esto intelligamus per ministerium verbi effici in hominibus fidem, quæ donum est Spiritus sancti. Hoc modo addendum est, externi istius verbi ministerium, quamvis necessarium, inuile tamẽ esse, nisi intus Pater per unctiõnem Spiritus doceat, quod pulchrè dictum est ab Augustino ad illud Vnctio docebit vos. Nolite putare, quæquam hominem quicquam discere ab homine, admonere possumus per strepitum nostræ vocis, si non intus sit qui doceat, manifestè inanis sit strepitus noster. Sed hoc indicasse videtur confessio, cum ait: Ubi & quando illi visum est, quo significatur omnem virtutem verbi & Sacramentorum ex DEI voluntate, & interna operatione pendere, De usu igitur externi verbi tenendum est. Quamvis solo afflatu interiore Spiritus, DEVS salutem nostram operari poterit, externum tamen verbi ministerium adhibere voluisse, quod non hominis, sed DEI verbũ dicitur, ita tamen ut vim omnem suam ab interno motu Spiritus sancti accipiat, Quare merito illi reprehenduntur, qui neglecto organo divinè traditi salutis vias sectantur. Quemadmodum nec illi probandi sunt, qui ita auditui externi verbi affiguntur, ut internam operationem Spiritus minus attendant. Idem quod de virtute, & usu sacramentorum intelligendum est, Quod autem in hoc articulo dicitur per sacramenta quoque, tanquam per instrumenta dari Spiritus

Spiritum sanctum, qui fidem efficiat, non satis
 considerate dictum videtur, nisi per illud confir-
 mationem & incrementum fidei intelligas, aut
 nisi ad infantes referas, (quos ut ait Augustin⁹.)
 Sacramentum fidei fideles efficit, Quamuis id
 eorum quoq; dogmati aduersaretur, qui tradunt
 etiam infantibus adesse motum fidei, qua gra-
 tiam Baptismi apprehendant, sin ad adultos, sim-
 pliciter referrent, non modo cum uniuersa Ec-
 clesia, sed secum ipsi pugnarent, qui in omni vsu
 Sacramentorum in adultis, ut digne percipiatur,
 fidem antecedere debere docent, Quod in Appen-
 dice Anabaptista, & alij damnantur, qui senti-
 unt Spiritum sanctum contingere sine verbo ex-
 terno per ipsorum operationes & opera, non vi-
 deo, quid in eo reprehendi debeat: neq; enim hic
 simpliciter eos, de operibus preparatorijs loqui
 puto, ut sunt opera pœnitentiæ, quibus homines
 ad remissionem peccatorum, & iustificationem
 percipiendam, preparari diuina litera, & Eccle-
 siastica scriptura testantur (de quibus alius erit
 dicendi locus) hæc enim sine auxilio, & motu
 Spiritus sancti, & sine inuicis aliquibus fidei, or-
 dine & modo diuinitus instituto, per externi
 verbi prædicationem, in qua SPIRITUS
 sanctus potenter operatur, contingunt, in-
 xa illud Apostoli: Fides ex auditu est: cre-
 do autem eos loqui, de ijs operibus quibus
 homines

homines sanatici neglecto verbi externi ministro, per (nescio) quas exercitationes, se Spiritum sanctum elicere, qui agenda, & credenda inspiraret, falso existimarunt.

ARTICVLVS VI. DE BONIS OPERIBVS fidelium.

SEXTVS ARTICVLVS MAGNA ex parte cum Catholica professione conuenit, omnes enim tam Veteres, quam recentes communiter docent, fidē debere bonos fructus parere, ut quae sine operibus mortua sit: Item, Quod oporteat bona opera facere a DEO mandata. Quod subiicitur propter DEI voluntatem, non verò ut confidamus, per ea iustificationem coram DEO mereri bona opera ex fide facienda, rectè & Ecclesiastica doctrina consentaneè dicitur, omnes enim vno ore profitentur, remissionem peccatorum & gratiam iustificationis neminem suis quamuis in speciem bonis operibus mereri. Notum enim est illud Augustini: Bona opera sequuntur iustificationem, non precedunt iustificationem. Illud tamē bonis operibus, ex Spiritu sancto, & fide per charitatem efficace factis tribuendum est, quod iis à diuinis literis, & Ecclesiasticis Scriptoribus tribuitur.

De fide, &
operibus.

buitur, nempe, quod quæ ratione à Spiritu sancto
 in nobis, & per nos fiunt, quamuis in se imperfe-
 cta sint: tamen ex gratia & cooperatione fidei
 Deo grata esse, & ad iustitiam quoque deputari,
 quomodo à Phineè dicitur, quod opus illud inter
 fectionis, ex zelo diuina legis susceptum, deputa-
 tum sit illi ad iustitiam, Et Iacobus dicit: Homi-
 nem ex operibus quoque iustificari non ex fide tan-
 tum: quia iustitia illa fidei, hanc quoque iustitiam,
 pia iustæque actionis adiunctam habet. Item, fa-
 tendum est hæc opera quæ a iustificatis fiunt, ad
 salutem, id est, regnum DEI, & vitam æternam
 consequendam esse necessaria, iuxta illud: Si vis
 ad vitam ingredi serua mandata. Item: Non
 omnis qui dixerit Domine domine intrabit in
 regnum DEI, sed qui fecerit voluntatem patris
 mei: Item, si compatimur, & conglorificemur,
 & si commortui sumus, & conuiuemus, si susti-
 nuerimus, & conregnabimus. Patientia vobis
 opus est, & cum voluntatem DEI peregeritis re-
 portetis promissionem: Ad hæc, Pacem sequimur
 ni cum omnibus & sanctimoinam, sine qua ne-
 mo videbit Deum. Id quod ingenue agnouit Bu-
 cerus, Si deus (inquit) iudicaturus est unumquodque
 secundum opera sua, certe bona opera in vera fi-
 de, & charitate facta ad salutem sunt necessaria,
 Ut suis deus respectu bonorum operum, tempera-
 riam, & æternam mercedem largitur, non qui-
 dem ex dignitate operum in se, sed ex gratia pro-
 pter

De neces-
 sitate bo-
 norum ope-
 rum.

2. Tim. 2.

Heb. 10.

Bucerus in
 deliberat.
 Lyplica an
 no 39.

De meritis
bonorum
operum.

August. in
Enchiridio.
cap 107. li.
50. homili-
arū Homi-
lia 14.

pter meritum Christi, qui hac ipsa opera in suis
operatur, & sua in illis dona coronat, ut inquit
Augustinus, Nec hoc igitur inficiendum est, hu-
iusmodi opera vitam aeternam mereri, non illa
quidem ex sua dignitate, sed ex divina accepta-
tione, promissione & pacto: Nam & divina liti-
ra, huiusmodi operibus mercedem vite celestis
permittunt, qua tamen eadem vita aeterna, alia
ratione gratia dicitur, quod ipsa bona opera, qui-
bus hac merces tribuitur, Dei bona sint. Idem
quoque Bucerus professus est ad Abrincensem.
Non negamus (inquit) eos bonis operibus iustifi-
cari, (sicut ait Iacobus) Quia reddet unicuique
secundum opera sua, &c. sed nec de meritis pu-
gna est, ea nulli reijcimus, etiam vita aeterna, di-
xit enim Dominus: si quis sua causa quicquam
reliquerit id eum hic recepturum centuplū, & in
futuro seculo vitam aeternam. Idem in disputatis
Ratisbonae Anno, 1546. Si sancti Patres (in-
quit) aut alij intelligāt p mereri, facere ex fide gra-
tia Dei bona opera, quibus Deus mercedē promissit,
& repēdet, hoc sensu usurpare illud verbū mini-
me damnabimus, Quo aut sensu, hoc vocabulam
meriti, & merendi vsi sint, obscurū non est, nem-
pe ut per illud gratia Dei, ex qua merita omnia
oriūtur, nil detrahatur. Quare nil est, cur aut Eci-
clesiastici, ab hac loquendi forma, & sententia in
Ecclesia iam olim vsitata, discedant, aut Prote-
stantes eam tam odiose repudiēt, & condemnent.
Quod

Quod in Confessione adducitur locus Am-
 brosy in Epistolam ad Romanos, ad probandum
 sola fide hominem iustificari cum ait : Hoc
 etiam constitutum est a DEO, ut qui credit in
 CHRISTVM saluus sit sine opere sola fide,
 gratis accipiens remissionem peccatorum. Hic
 observandum B. Ambrosium de ea iustificatione
 loqui, qua in Baptismo, & regeneratione con-
 tingit, cum impij nulla habita antea vita, &
 peccatorum scelerum ratione, si modo resipiscant,
 & Evangelio credant, per Baptismum remissio-
 nem omnium peccatorum, & donum Spiritus
 sancti accipiunt, id quod eius verba, in Commem-
 orarijs isdem manifeste declarant. Beati (inquit)
 sunt, quibus sine labore, & opere aliquo remittun-
 tur iniquitates, nulla requisita ab his penitentia
 opera, nisi tantum ut credant: Paulus autem post
 significat, hac ad penitentium personam non per-
 tinere, cum constet (inquit) Penitentes labore
 & gemitu remissionem peccatorum acquirere:
 Propheta beatos nuncupat, quibus sine labore
 vel opere aliquo, per lauacrum remittuntur,
 & reguntur & non imputantur peccata. Post
 Baptismum itaque & regenerationem si quis
 gratiam DEI abiecerit, & donum excusserit,
 & post acceptam innocentiam gravioribus sce-
 leribus, & Deum, & Ecclesiam eius offenderit,
 illi, & difficiliorem ad recuperandam grati-
 am, & reconciliationem vitam esse ineundam, cum
 ipsis

ipsis diuinis literis vetustas vniuersa consentit,
 Certè exemplū Corinthij ipsius in p̄mptu est, in
 huiusmodi enim peccatis, maiore planctu, gemitu,
 lachrymis, Cōfessiōe, satisfactiōe, & alijs vere
 p̄nitentiæ signis opus est, nō quin gratis per vni-
 cum Christi meritum, & illa donentur, sed quia
 quo maior offensa est, hoc maiora & grauiora
 P̄nitentiæ opera ad internum animi dolorem,
 & veram respicientiam significandam requiruntur.
 Quae de re videri possunt, quae ab Hoffmei-
 stero, adhūc ipsum articulum eruditè, & copi-
 osè disputantur. Quare Protestantes hoc loco
 scrimen aliquod agnoscant, inter iustificatiōem
 impij prorsus, & alieni ab Ecclesia CHRISTI,
 quae fit in Baptismo, & eius qui in societate Eccle-
 siae cōstitutus, & mēbrum Christi effectus, legem
 Dei violauit, & à societate hac membrorum
 CHRISTI segregatus, rursus per p̄nitentiā
 Ecclesiae mēbris coniungitur, Non quin vtraq;
 gratis (ut diximus) per Christum intercessione
 sanguinis Christi contingat, sed quod ad eam im-
 petrandam maiore studio, & labore immitendum
 sit, quo fit ut nonnulli ex Veteribus hanc iustifi-
 cationem post lapsum, non sola fide effici, sed ad
 eam P̄nitentiæ quoq; actiones requiri dicant,
 ut est manifestum apud Arnobium in Psalmi
 Qui nondum, (inquit) redempti sunt, non per so-
 lam fidem, quia iam crediderunt, sed per p̄ni-
 ten-

uentiam perueniunt ad misericordiam redemptoris, hac ille quidem: tamen rursus exempla suppetunt, ubi quoque iustificatio qua est post regenerationem, sola fide constare dicitur, ut est illud Bernardi: *Quisquis pro peccatis compunctus esurit ac sitit iustitiam, credat in te, qui iustificas impium, & solam iustificatus per fidem, pacem habebit ad Deum.*

In Cantico,
sermō. 22.

Verum ne cui hac Poenitentiae opera, quae ob grauiora scelera post lapsum requiruntur, aut in desperationis aut falsae fiduciae periculum impellant, eorundem Patrum salubris & Euangelio prorsus consentanea doctrina adiungenda est, cuiusmodi est illud Chrysostomi: Proinde & tu, quibus rebus prouocasti Deum, per has rursus facito propitium, prouocasti illum pecuniarum rapina? per easdem eum reconcilia, prouocasti illum maledicentia? vicissim lingua placato puras emittens preces, hac non egent multis diebus annis, sed solo animi proposito unico die perficiuntur, discede à malo, virtutem amplectere, pollicetur te post hac ista non commissurum & istud sufficiet ad excusationem, ego testificor ac fidei in teo fore, ut si nostrum quisque, qui peccatis obnoxius recedens à pristinis malis ex animo, vereque promittat Deo, se postea nunquam ad illa rediturum, nil aliud DEUS requirat, ad satisfactionem ulteriorem, benignus enim est, & quemadmodum vulturieri cupit eniti factum: ita & ille cupit extendere suam misericordiam,

De B. Philo-
logonio.

D

tionis

tionibus contractioribus. Cum quanto timore & quantis lacrymis à peccato secedere debet anima multis afflictà peccatis, & qua spe ad Dominum possit accedere. Principio debet damnatam pristinam vitam odio prosequi, deinde comminationem eterni iudicii, ac supplicij per timorem Dei doctrinam complecti, certa, quod mundarum peccatorum sit per sanguinem Christi, in amplitudine misericordie, & multitudine miserationum DEI, qui dixit: Si fuerint peccata vestra sicut purpura, velut niuem illa dealbabo, atq; ita ad Deum accedens psallat dicens: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, & non latificasti inimicos meos super me, Quod autem in his operibus, fiducia remissionis peccatorum collocanda non sit, pulchrè quoq; attestatur & monet Gregorius: Non in fleibus (inquit) & actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatiõe confidimus. Quare & hæc doctrina prætermittenda non est, quam summo consensu Veteres omnes tradunt, fiduciam remissionis peccatorum etiam eorum, quæ post regenerationem admittuntur, & spem veniæ & vite eterne, in sola Dei misericordia, & merito Christi esse collocandam, quomodo præclare dictum est ab Augustino: Omnium (inquit) peccatorum, sub hoc onere corruptibilis carnis, & in vita istius infirmitate gementium, spes vna est, quod aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum. Sed

In Ezechia
Homil. 1.

August. cōtra 2. epist. Pelagianorum lib. 3. cap. 5.

SED UT TOTA HAEC DE FIDE, & operibus disputatio melius intelligatur, illud tenendum est, triplicem tum in Euangelicis literis, tum in Ecclesiasticis scripturis iustificationem extare, prima, qua prorsus infidelis, & alienus ab Ecclesia CHRISTI per fidem, & fidei sacramenta, in Christo regeneretur, atque ea est, qua proprie ut diximus, ab Ambrosio sola fide, id est sola Baptismi gratia obtineri dicitur: Altera est, qua amissa per peccatum iustitia recuperatur, ad quam obtinendam Poenitentiae sacramentum est institutum: Tertia est, qua ex dono iustitiae nobis infuso, & communicato in se operamur, DEI voluntati paremus, & ad eius imaginem paulatim renouamur, de qua est illud Ioannis: Qui iustus est, iustificetur adhuc, de qua & illud Iacobi intelligitur: Abraham ex operibus iustificatum esse, non ex fide tantum, id est, non eo tantum iustum habitum à Deo, quod crediderit, sed ex eo quoque, iustum habitum fuisse, quod ex ea fide, Deo iubente obtemperauerit, ita, ut fides cooperata sit operibus eius, De hac quoque iustitia, qua in obedientia diuinorum mandatorum posita est, ex qua Zacharias, & Elisabetha iusti fuisse coram Deo dicuntur, illud ab uniuersa Ecclesia diligenter asseritur, & DEI misericordia per intercessionem sanguinis CHRISTI consistere, cum per se ipsa impura, & imperfecta

Lib. 1. cōt.
Pelagian.

Sermon. I.
de omni-
bus sanctis.

fit, de qua multa & praeclara antiquitatis testi-
monia adferri possunt, ut est illud Hieronimi:
Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur,
& iustitia nostra nō in proprio merito, sed in Dei
consistit misericordia, Et ab Augustino de Ci-
uitat. DEI, lib. 29. recte concluditur: Iustitiam
nostram potius remissione peccatorum constare,
quam perfectione virtutum. Huc pertinet illud
Basiliy ex cōcione de humilitate. Hec est (inquit)
integra & perfecta gloriatio in Deo, quando ne-
quidem propter iustitiam suam quis effertur, sed
agnoscit sibi deesse veram iustitiam, fide autem
sola in Christum iustificari. Valet autem hic Ba-
silio sola fide iustificari idem, quod sola misericor-
dia iustitiae nostrae imperfectionem nō imputan-
te. Ita Bernardus: Quid potest (inquit) esse om-
nis iustitia nostra coram Deo, nonne iuxta Pro-
phetam, velut pannus menstruata reputabitur?
quapropter obnixè cum Propheta clamantes,
Ne intres iudicium cum seruo tuo Domine, tota
humilitate ad misericordiam recurramus, qua
sola potest saluare animas nostras. Nec ab hac
sententia abhorrent Scriptores scholastici, &
recentiores Ecclesiastici qui omnem vim meriti
huius iustitiae, in sola gratuita DEI acceptione,
& liberali promissione constituunt, cum & hac
ipsa qualiscumq; iustitia, donum sit DEI, & iure
seruitutis Deo debeat. Videatur Thomas in 1.
2. Quaest. 114. Art. 1. Meritum hominis apud
Deum

Deum esse non potest, nisi secundum praesuppositio-
 nem diuinae ordinationis &c. Praclare hac de
 re differit Durandus in 2. Dist: 21. Quest: 2. &
 ex recētioribus Theologis Adrianus de Traiecto
 postea Pontifex Maximus, in 4. sententiarum:
 Sunt (inquit) merita nostra veluti baculus arū-
 neus, cui dū quis innixus fuerit, cōfringit, per-
 forat manum innitētis, & quasi pannus menstru-
 ate sunt omnes iustitiae nostrae, lugiter igitur su-
 per pannum bonae vitae quem iustitiae operibus
 teximus, stillamus saniem diuersorum criminū.
 Quae igitur ex eis poterit esse fiducia ad Deum,
 qui neminem diligit, nisi ex toto corde conuer-
 sum? Rectē igitur suasi Saluator: Cum feceritis
 omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite serui in-
 utiles sumus, Item è schola Parisiensi Iodocus
 Clithoueus in Canonem ad illud. Non aestima-
 tor meriti: Quid meriti (inquit) apud Deum,
 poterimus obtendere, cui debemus omnia? Cum
 feceritis (inquit) omnia &c. quid nobis de bonis
 operibus poterimus applaudere, cum vniuersae ius-
 titiae nostrae, sint quasi pannus menstruatae ante
 Dominum? Nulla igitur in Deum nostra sunt
 merita, cui debita sunt omnia quae praestamus, cū
 nō ex nobis, sed sola sua bonitate, si qua bona sunt
 opera nostra, accepta sunt, & grata, à quo ut
 precipuo Auctore profecta sunt, Hac ideo ascri-
 bere visum fuit, ut praesens Ecclesia à calumnia
 vindicetur, qua nimium huic iustitiae, & merito

bonorum operum tribuere, & in CHRISTI merito ingrata, & contumeliosa esse traducitur, & ut Protestantes hac Confessione considerata in hoc præcipuo Capite in quo de Iustificatiõe coram Deo agitur facilius, & libentius Ecclesia unitati accedant.

Hac etiam dicta sint ad vigesimum Articulum, in quo de bonis operibus copiosius agitur, cuius longæ disputationis summa hæc est: Nulla bona opera præstari posse sine fide CHRISTI. Itē: opera nostra non posse nos reconciliare Deo, aut mereri remissionem peccatorum, & gratiã, qua in re, non modo diuinas literas, sed antiquos omnes & recentes Ecclesiasticos scriptores consentientes habent, notum est illud Apostoli: Sine fide impossibile est placere Deo. Item: Quicquid non est ex fide, peccatum est, Quam sententiam Augustinus generalem esse contendit. Sine me (inquit) Christus nil potestis facere, Et sicut patres non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic & vos, nisi in me manseritis.

Lib 4. Cõt.
Julian Et
de nuptijs
& Concu
piscent, ca.
2. & 3.

DE OPERIBVS IMPIORVM.

QVARE DE OPERIBVS IMPIORVM uno ore pronunciant omnes, nil illis inesse meriti & virtutis, ad gratiam DEI, qua iustificantur, conciliandam, eò quod nõ oriuntur ex fide & gratia, qui fons est bonorum operum, & quia non referuntur ad verum Deum, qui

finis est, ad quæ omnia bona referri debent, ideoq; non solum inutilia, sed etiam mala, & peccata plerumq; dicuntur, ut August. in Psal. 31. Bona opera extra fidem cõfert cursui celerrimo extra viam, & ad sextum. Si nihil (inquit) possunt habere boni meriti peccatores, certè mala sunt merita, & peccata, quacung; peccatores operantur etiam que videntur in specie bona. Idem de Natura & gratia, Nam necesse mortua opera faciat, donec gratia Dei renouet. Prosper in Epigrammatis.

Omne etenim pietatis opus nisi semine
rectæ,
Exoritur fidei, peccatum est.

ITEM LIBRO DE VOCATIONE
gentium, Sine cultu enim veri DEI, etiam quod videtur esse virtus, peccatum est, nec placere vllus Deo, sine Deo potest. Chrysostimus: Nil extra fidem bonum est, ac ut quadam similitudine utar, similes mihi videtur, qui operibus bonis florent, & DEUM pietatis ignorant reliquos mortuorum pulchrè quidem indutis. Vide Basilium serm: 2. De Baptismate Capit. 1. An possibile, an acceptum DEO sit, eum qui peccato seruit, facere iustitiam? Adfert questionis explanationẽ ex Veteri Testamẽto, dicẽte Deo: Peccator q; vitulũ mihi immolat, p inde est

atque qui canem mactat, & in Novo Testamēto dicit Dominus: Qui facit peccatum seruus est peccati, & nemo potest duobus dominis seruire. Propterea hortandum est, ut faciamus arborem bonā, & fructus eius bonos, & repurgemus primum, quod inter poculum est & patinam, et tunc quod extra erit, mundum erit totum.

Augustin: aduersus Iulianum lib. 4. Cap. 3. Quicquid boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri deberet, etsi officio videatur bonum, ipso non recto sine peccatum est. Quod autem operibus nemo remissionem peccatorum mereatur, disertè etiam Scholastici scriptores agnoscunt, ut ex eorum scriptis manifestum, quæ virtus merendi non communicatur, nisi viuus

Vide Caic.
tanū Tom.
3. opuscu-
lor Tract.

116

CHRISTI membris quibus iam peccata remis-
sa sunt,

DE OPERIBVS PRAE-

paratorijs.

RESTAT NVNC MEDIVM QVOD-
dam genus operum quod fit ab ijs qui iam aliqua agnitione peccati compuncti sunt, & semina quedam, ac initia fidei conceperunt, nondum tamen plenam iustificationem, & gratiam sunt consequuti, quæ opera preparatoria vocari solent. De his quoque operibus contentio nulla erit, si ad Veterum mentem, ac etiam saniorum scholasticorum Diuinis literis congruentem, negotiū explicetur: omnes enim agnoscunt, opera huiusmodi

modi esse dona DEI per Spiritum sanctum, quibus ipse eorum quos iustificare constituit, animos mouet, disponit & preparat, & quasi subigit, ad hanc iustificationis gratiam consequendam, cuius rei exemplum adfertur Cornelij Centurionis, de quo Augustin. de predestinat. sanctorū. Solet dici, ideo credere meruit, quia vir bonus erat & antequam crederet, Quod de Cornelio dici potest, cuius erant acceptæ Elemosina, & exaudita orationes, antequam credidisset in Christum, nec tamen sine fide aliqua donabat, & orabat: Quicquid igitur, & antequam in Christum crederet, & cum credidisset bene operatus est, totum Deo dandum est, ne forte quis extollatur: Et contra Pelagianos disputans, qui adducebant illud Prouerbum, Hominis est preparare cor &c. Non bene (inquit) intelligendo falluntur, ut existiment cor preparare, hoc est bonum inchoare, sine adiutorio gratiæ DEI, ad hominem pertinere. Ideo quippe scriptum est: Hominis est preparare cor, quia homo preparat, non tamen sine adiutorio DEI. Et in iisdem libris legitur, Preparatur voluntas à Domino, Hanc sententiam scholastici sequenti constanter docent, nullam huiusmodi preparationem utilem esse, nisi præueniente auxilio Diuinae gratiæ, Quare huiusmodi gratiam præuenientem appellat, eaque opera valere ad impetrandam iustificationis gratiam, & remissionem peccatorum, non autem ad eam

Capit. I.

merendam, & efficiendam, Item huiusmodi opera operari ad iustificationem, non autem iustificationem operari, verba ipsorum adferre longum esset. Vide Thomam 1. 2. Quest. 109. Art. 6. In preparatione voluntatis ad consequendum gratia donum, oportet presupponi aliquod auxilium gratuitum DEI interius animum mouentis, ideo quod homo conuertatur ad Deum, non posse fieri, nisi Deo ipsum conuertente. Hanc sententiam sequuntur eiusdem Thomae sectatores, à quibus sententia Scoti reijcitur, existimantis hominem ex puris naturalibus, & auxilio generali, posse se ad gratiam de congruo preparare, & respondetur: Neminem facultate humana posse sufficienter se ad gratiam disponere, nisi speciali auxilio subnixus ea dispositione, quam infallibiliter, & certa lege subsequitur gratia. De hac quoque preparatione gratia pulchre dissertit doctissimus Theologus Parisiensis: Hominem nondum credentem, sed sibi derelictum in solis vitiate natura talentis se ad accipiendam fidei gratiam preparare non posse, nam absque gratuito auxilio DEI crucem mortemque CHRISTI reuelantis, intusque docentis, atque trahentis nemo incipit credere. Idem Doctores cum dicunt DEVM homini, quantum in se est facienti, super ijs qua illi ad salutem sunt necessaria, nunquam deesse, intelligi debere de homine quod in se est faciente, iam caelitus attracto, ad accipiendam

Ioan. Drey
donis de
Concord.
lib. arbitrij
& praedesti-
nationis.

piendam gratiam DEI. Hac certè esse pietati consentanea, nemo negare potest, Et ijs obijci possunt, si qua a nonnullis fortassis Sophystis in commodius dicta leguntur.

ARTICVLVS VII. DE ECCLESIA.



SEPTIMVS ARTICVLVS, qui est de Ecclesia diligenti opus habet consideratione, nam ex eo omnis hac distractio, que hodie est in Re-pub: Christiana originem ducit. In hoc itaque articulo quedam non improbanda, quedam verò annotanda & corrigenda videntur. Recte itaque docent: Vnam esse sanctam Ecclesiam perpetuo mansuram, nam hæc professioni fidei Apostolica, & Constantinopolitana consentanea sunt. Videntur autem his verbis (perpetuo mansuram) Catholicam seu vniuersalem designasse. Quamquam vocabulum Catholica, non tam perpetuitatem temporis, quam vniuersitatem locorum significat, ideo enim Vniuersales potissimum Catholicam dictam volunt, quod per vniuersum orbem diffusa sit: Apostolis enim mandatum fuit, ut irent in mundum vniuersum, & prædicando Euangelio & Sacramentis administrandis, vnam sibi que consentientem Ecclesiam, ubique per totum orbem

Vide Optatum lib. 2, constie

orbem constituerent. Quod addunt: Ecclesiam esse congregationem sanctorum, nec illud merito reprehendi debet, ideo enim sancta dicitur Ecclesia, quod ex sanctis, id est Baptismo sanctificatis, & consecratis constet, praesertim cum in sequenti Articulo Hypocritas, & vitiosos, ab hac externa Ecclesiae societate non excludant, idque latius in Apologia explicent. Quod autem subijcitur, ad veram Ecclesiae unitatem satis esse consentire de Doctrina Evangelij, & administratione Sacramentorum: non satis est, ad schismaticos ab Ecclesiae societate segregandos, nam Donatus agnoscit Donatistas suae aetatis hereticis non annu-merandos esse, verum odio quodam iniusto se à communionem eius, quae est per uniuersum orbem, Ecclesiae segregasse: Requiritur ergo, ad hanc unitatem Ecclesiae praeter doctrinam, & morum similitudinem, etiam unitas animorum, hoc est, ut cum ea Ecclesia communionem, & societatem agnoscas, quae ab Apostolis in uniuersa terrarum orbe constituta, & per successionis traducem, ad nos usque propagata est. In hac sane unitate animorum potissimum spectanda est obedientia, quae debetur Ecclesiarum Praefectis, qui inde usque ab Apostolis per successionem Ecclesiam DEI gubernant, & verbo vitae pascendam susceperunt, qui & si non semper eadem fide officium suum praestiterunt, in illis tamen quae officij sui sunt, optemperari illis necessum est, tam in auditu verae doctrinae

doctrina, tum in legitimo usu sacramentorum, tum in disciplina, & correctione Ecclesiastica, quomodo Prophetas, Christum & Apostolos, ministerio Pontificum, sacerdotum, & Phariseorum usos legimus, sic tamen, ut huic mandato CHRISTI pareamus, qui ita iubet Scribas, & Pharizeos sedentes etiam in Cathedra Moysi audiri, ut tamen à fermento ipsorum tum vitiate doctrinae, tum vitæ corruptæ cauere moneat.

Hanc tertiam notam necessario requiri, etiã huius Cõfessionis auctor postea agnouit, qui multis in locis ubi de signis Ecclesiæ agit, tertio loco addit Obedientiam debitam ministerio Evangelij, seu Catholice Ecclesiæ, additq; in quadam disputatione eos, qui ab eo ministerio Catholice Ecclesiæ discedant, esse impios & maledictos, & confirmat hanc obedientiam his locis Pauli: Non sint inter vos schismata, non deserentes cõgregationem. Item: Obedientes ijs qui presunt vobis. Non igitur satis est, si per fidem de filio DEI aliquo modo capiti cohereas, nisi etiam per hoc uniculum pacis, corpori eius, quod est Ecclesiæ, connectaris, totus enim Christus (ut præclare Augustinus) & caput, & corpus est: Quare quicunq; de ipso capite scripturis sanctis consentiunt, ut eorum communio non sit in toto (quocunq; diffunditur) sed in aliqua parte separata inueniatur, manifestum est, eos non esse in Catholica Ecclesiæ.

Porro ad hanc unitatem retinendam, in pri-
mis opus est scire, qua sit vera Catholica, & Apo-
stolica Ecclesia, qua Christi corpus, & sponsa di-
citur: Itē qui sint huius Ecclesiae Praepositi, qui-
bus Spiritus sanctus Ecclesiam ordine post Apo-
stolos regendam commisit.

Ecclesia vera quid.

Hanc autem Ecclesiam manifestam esse oportet, nam ut recte inquit Augustinus: Quomodo
confidimus ex diuinis literis accepisse nos Christi
manifestum, si non accepimus, & Ecclesiam
manifestam. Est igitur illa vera Christi Eccle-
sia, quam constat ab Apostolis per uniuersum or-
dem constitutam, & per successione traducem
ad nos usq; propagatam: habet enim hac pro-
missionem a Christo, quod ab ea nunquam sit re-
cessurus, sed Spiritus sui praesentia in perpetuum
eam sit conseruaturus: Ego (inquit) vobiscum
sum, usq; ad consumationem seculi, ego rogabo
patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut ma-
neat vobiscum in aeternum. Et quamuis praesens
haec Ecclesia, non parum in morum, & disciplina
integritate, adde etiam in doctrina sinceritate,
ab antiqua illa unde orta, et deriuata est, disti-
deat, tamen eodem fundamento Doctrinae, & Sa-
cramentorum diuinitus institutorum firma sem-
per constitit, & communionem cum antiqua illa
& indubitata Christi Ecclesia agnoscit & col-
lit, quare alia & diuersa ab illa esse non potest,
tamen

tametsi multis in rebus dissimilis sit, manet itaq;
Christi Ecclesia & sponsa, quamuis multis erro-
ribus, & vitis sponsum suum irritauerit, quam-
diu a Christo sponso suo non repudietur, tametsi
multis flagellis ab ipso castigetur.

De virtute
excommu-
nicationis.

In excusa-
tione quo-
rundā Arti-
culorum.

Hac olim Lutherus, & qui eū initiō sequeban-
tur, ingenuè agnouerunt: Ita enim loco quodam
scripsit: Manet mater, quia manet Ecclesia,
manet autem Ecclesia, quia manet CHRI-
STVS sponsum eius. Quare idem alibi: Quam-
uis Romæ male agatur, nullam tamen causam
tam grauem esse, aut futuram unquam, qua me-
rito se quis ab illa separare debeat, Imò quanto
peius Romana Ecclesia habet, tanto magis illi est
occurrendum, & succurrendum eiq; magis inha-
rendum, nam discessionibus nil profici nec Chri-
stum propter Diabolum deserere debere, hac ille,
et quidem sententia Veterum valde consenta-
neè, qui docent: Propter paleam non relinquen-
dam arcam Domini: neq; propter pisces malos
rumpenda retia Domini: neque propter hædos
in sine segregandos, deserendum gregem Domi-
ni: neque propter vasa facta in contumeliam,
migrandâ de domo Domini. Quare ut iusta sit
causa reprehendendi ex officio multa que in hac
Ecclesia committuntur, nulla tamē iusta causa esse
potest ab ea recedēdi, & eā hostiliter insectandi,
nā si dicat Prefectos huius Ecclesie psequi rectè
docentia

docentes & monentes, id & si verum esset, non
 tamen Ecclesie, sed eius gubernatoribus, quos alii
 quando hostes DEI esse contingit, tribui debe-
 ret, nam (ut inquit Augustin.) sunt & inuis
 hostes Dei quorum pectora obsedit Spiritus An-
 tichristi, & tamen gerunt spiritualia & diuina,
 multi quoque solo sacramento sacerdotes sunt, sicut
 fuit Pontifex Cayphas persecutor unius & verissi-
 mi Sacerdotis, qui quis ipsi non sint veraces, quod
 dant tamen verum est. Quare nec Propheta nec
 Christus nec Apostoli societatem populi DEI,
 in celebratioe eorundem sacramentorum deser-
 uerunt, tametsi ab impijs Pontificibus & perse-
 cutoribus, Ecclesia eo tempore fuerit ad mini-
 strata, & consortio sceleratorum hominum ma-
 culata, quamuis eorum vitia grauiter redargu-
 erint. Itaque clamando, & dissentiendo inde exi-
 bant, hoc enim est exire, hoc est immundum non
 tangere. Quamobrem frustra obijciuntur a non-
 nullis non tollerandi errores, & immania scelera
 Romanorum Pontificum, & Episcoporum, ex
 quo consequens esse volunt, Ecclesiam Pontifici-
 am, seu ut appellant, Papiasticam non esse veram
 Ecclesiam CHRISTI. Verum nil tam graue in
 Pontifices nostros dici potest, quod non in Pon-
 tificibus, & sacerdotibus Iudaici populi conueniat:
 quorum tamen improbitas non effecit, quo minus
 verè DEI populus esset, qui eorum gubernationi
 subycebatur, adhuc quamuis illi, qui Pontificis
 errores

errores & scelera sequuntur, viua Christi membra esse nequeant: possunt tamen in Ecclesia esse cum veris Christi membris, quemadmodum Liana cum tritico in eodem agro: & palea cum granis in eadem area. Item Pontificum & eius sectatorum vitia non impediunt, quo minus illi, qui eorum legitimam potestatem agnoscunt, & secundum eam rectè iubentibus obtemperant, ad sanctam illam vere Ecclesia communionem pertineant. Rectè itaque aliquando Lutherus: Potestas (inquit) Ecclesia cum sit CHRISTI potestas, licet pro nostris peccatis plerumque tradatur Pilatis, Herodibus Annis, Cayaphis, violentissimisq; alijs Tyrannis: nostrum tamen est, eam summis semper studijs reuereri & excolere exemplo Christi. At dicent aliqui se non exiisse, sed iniuste repulsos fuisse, quod ut concedatur, non tamen unicum pacis cum vniuersa Christi Ecclesia erat abruptum: sed animo & voluntate unitatis studium retinendum: quemadmodum Cyprianus cum se suosque à Stephano urbis Romæ Pontifice, & Episcopis, ac clero Italia iniuste damnari putaret, non tamen a consortio & societate illius Ecclesia recedendum sibi putabat, et habebat ille quidem haud leuos discessionis causa, cum Stephanus Episcopus urbis Romæ eum a sua communionem, quod in ipso erat, repelleret, & Episcopos ad ipsum ex Africa Legatos, nec ad sermonem communis colloquij admitteret, &

E

praci-

preciperet uniuersa fraternitati, ne quis eos in
 domum suam reciperet, ut venientibus non so-
 lum pax & communio, sed & tectum & ho-
 spitium negaretur: insuper & Cyprianum ip-
 sum Pseudo CHRISTVM, & dolosum opera-
 rium diceret. Hac scribit Firmianus Episcopus
 è Cappadocia ad Cyprianum, cuius Firmiani
 meminit Eusebius historia Ecclesiastica libr. 1.
 Cap. 3. & 4. ad quem & ceteros eius regio-
 nis Episcopos Stephanus scripsit: Non esse com-
 mnicandum ijs qui ad hereticos transeunt
 rebaptizant: Cyprianus tamen in illo sententia-
 rum dissidio pacis & unitatis vinculum constan-
 tissimè retinebat, causamq; suam non cum acer-
 ba insectatione aliter sentientium, sed summa
 animi modestia defendebat, cum tamen tot per
 Africam, & Orientem Episcopos idem secum
 sentientes, & facientes haberet, Paulinus quo-
 que Nolanus Episcopus vir religiosissimus, cum
 de Clericorum Romana Ecclesia in se inuidia,
 & odio, & Urbici Papæ superbia quereretur,
 qui eum à suo consortio segregare dicebantur,
 usque adeò mutuo aduersus eos odio commotus
 non est, ut summa modestia scripserit, se domino
 gratias agere, qui & sibi miserrimo suo pecca-
 tori dederit dicere: Quoniam oderunt me gra-
 tis: Quod (inquit) ad me pertinet, cum ijs etiam
 qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum:

si quis enim vult contentiosus esse, hoc nostra con-
 suetudo non recipit. Horum modestiam, &
 mansuetudinem si qui hodie quoque imitaren-
 tur, etiam si ab Ecclesie societate seclusi videren-
 tur, & in aliquo errore per ignorantiam versa-
 rentur, non putarem tamen ab interna illa Ec-
 clesie societate, quam animo, & voluntate co-
 lerent, alienos esse habendos. Sed illos excusari
 posse non video, qui cum initio inconsiderato
 fortassis Zelo, publica sententia damnati fue-
 runt, postea tum in doctrina, tum in ritibus
 nonnulla innovarunt, & ut animi ab alienatio-
 nem, & (si dicere fas est) odium suum aduersus
 Romanam Ecclesiam declararent, quedam in
 eius doctrina, & ritibus tamquam impia, blas-
 phema, & idolatrica damnare, & insectari co-
 eperunt, quae non illis propria, sed cum Veteri illa
 Ecclesie indubitata CHRISTI sponsa com-
 muna fuerunt, & hanc ab eius Ecclesie societate
 abstinendi causam obtulerunt, quo facto non
 tam ab hac Ecclesia, quam ab illa Veteri, cui
 hac Ecclesia in iis rebus coniuncta & sociata
 est, separasse se videntur. Quin & eo ventum
 est, ut illi quoque vera & Catholica Ecclesia
 titulum, & possessionem adimere, sibi que
 soli Ecclesie nomen, & proprietatem arroga-
 re sint ausi, quod schismatis proprium est.
 Adde etiam, quod ut eam odiosorem redderent,

& ad defectionis societatem alios quoque prouocarent, multa falso illi Ecclesie attribuerunt, quod certè charitatis officio manifestè aduersatur: Non negarim tamen multos initio pio studio, ad acriorem reprehensionem quorundam manifestorum abusuum impulsos fuisse, & precipuam causam huius calamitatis, & distractionis Ecclesie illis assignandam, qui inani quodam fastu Ecclesiastica potestatis inflati, rectè & modestè admonentes superbe & fastidiosè contempserunt, & repulerunt. Quare nullam Ecclesie firmanam pacem sperandam puto, nisi ab his initium fiat, qui distractionis causam dederunt. hoc est, ut illi qui Ecclesiastica gubernationi præsunt, de nimio illo rigore aliquid remittant, & Ecclesie paci aliquid concedant, ac multorum priorum votis ac monitis obsequentes, manifestos abusos ad regulam diuinarum literarum, & Veteris Ecclesie, a qua deflexerunt, corrigant: Deinde proximè erit, ut qui vitantes vitia longius in contrarium abrepti sunt, culpam quoque suam agnoscant & ad sanitatem redeant.

De Pontifice Romano.

Quod autem ad unitatem huius externa Ecclesie requirunt obedientiam unius summi Rectoris, qui Petrum in regenda Christi Ecclesia, & eius ouibus pascendis successerit, non est à consensu prisca quoque Ecclesie alienum. Certè Ambrosius, sua aetate Episcopum Romanum

totius Ecclesie CHRISTI Rectorem vocat: con-
stat etiam olim, quatenus extat memoria Eccle-
sie, praeipuum semper auctoritatem in vniuersa
Christi Ecclesia Episcopo Romano, ut Petri &
eius Cathedram obtinenti, delatam fuisse, quod
innumeris testimonijs, & antiquissimorum &
grauissimorum, tam ex Graecis quam Latinis vi-
rorum abunde demonstrari potest, ut: Irenaei,
Tertulliani, Optati, Hieronimi, Ambrosij, Ba-
siliij, Chrysostimi, Augustini, quibus & Hystoriae
Ecclesiasticae & Conciliorum Decreta consenti-
unt: neque unquam credo controuersia apud nos
ea de re extitisset, nisi Pontifices Romani hac au-
toritate ad dominationis quandam speciem
abusi fuissent, eamque extra fines à Christo, & Ec-
clesia praescriptos, ambitionis & cupiditatis cau-
restatis, quam adulescentes inuitio ultra modum au-
serunt, de ipsa Pontificis potestate, quam vniuer-
sali consensu totius Ecclesiae obtinuerat, male sen-
dendi: imo ab ea prorsus deficiendi occasionem
dedit, quam putarem illam recuperari posse, si
eam ad limites à Christo, & Veteri Ecclesia pra-
scriptos reuocaret, atque iuxta Christi Euange-
lium, & maiorum traditionem ad Ecclesiae tantum
edificationem uteretur, quare initio de hac pote-
state satis modeste Lutherus sensit & scripsit,
quamuis postea absurdissimis quorundam adu-
latorum scriptis offensus, & efferatus in eam

In princ. ad
Tim. 3. ad
illud. Vt sci-
as quomo-
do oportet
atque in do-
mo Dei ver-
sari. Eccle-
sia DEI
viii.

atrocium inuictus sit. Sed qui Christiana concordia studiosi erunt, & animo ab omni contentionis actu abducto rem ipsam considerarint, libenter ad Ecclesie unitatem & pacem conseruandam eam potestatem agnoscant, quam ille perpetuus Ecclesie consensus tribuit.

In hoc quoque de Ecclesia articulo additur, non esse necesse ad Ecclesie unitatem, ubique similiter esse traditiones & Ceremonias ab hominibus institutas: quod certè fieri possit, si de particularibus ritibus, qui pro temporum & regionum diuersitate variantur, intelligas, de quibus loquitur ad Casulanum Augustinus cum ait: Sit ergo una fides uniuersa, qua ubique dilatur, Ecclesia, etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diuersis obseruationibus celebretur, quibus nullo modo, quod in fide verum est impeditur, quod breuius dicitur à Gregorio ad Leandrum: In una fide nil efficit Ecclesie sancte consuetudo diuersa. Verum hoc meminisse oportet, eam fuisse perpetuam Ecclesie sententiam, & eos ritus & consuetudines, quae antiquitus toto terrarum orbe seruantur, inuolabiliter esse retinendas. Si quid (inquit Augustinus) horum per orbem frequentat Ecclesia, quin id ita sit faciendum disputare in solentissima insania est. De particularibus quoque obseruationibus, quae iam longo usu inueterarunt, ita sentiunt, non eas pro cuiusque libidine temerè violandas, sed religiose pro more

more cuiusque Ecclesie colendas & retinendas. De his Hyeronimus ad Licinium: Traditiones (inquit) Ecclesiasticas, praesertim quae fidei non efficiunt, ita obseruandas, ut à maioribus tradita sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. Et Augustinus ad Ianuarium: Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos uiuitur, societate seruandum. Scribit quidem Augustinus nimiam illam consuetudinem variarum consuetudinum oblata occasiōe resecandam esse, etiamsi fidei non videntur aduersari, quia religionem quam CHRISTVS liberam esse voluit, seruilibus oneribus premant: sed de ijs loquitur, quae pro Regionum & hominum moribus innumerabiliter variantur, ita ut plerumque ratio, cur obseruentur, non constet: non autem de ijs, quae in Concilio statuta vniuersali consuetudine sunt confirmata. Quod si itaque aliquibus in locis, ritus aliquot lenioris momenti, quae Religionis puritati officere videbantur, publico consilio tollantur, & noui aliquid instituantur, quod neque fidei neque moribus aduersetur, sed habeat aliquid ad adhortationem vita melioris, nō debet hoc merito vnitati quicquā obesse: modo mutatio illa sine insigni perturbatiōe fieri possit, & conuulsiō animorū per vinculū charitatis & in

Epist. 119.

Ad Philip
pum Ducē,
Cattorum.

sumus fidei capitibus consensio, & in publicis ritibus vniuersali consuetudine roboratis, concordia retineatur: At omnis insignis mutatio, tam particularium, quam vniuersalium rituum, quae ipsam Ecclesiae pacem penè totam immuet, dissensionem quoque, & distractionem animorum parere solet. Quare à temeraria nouatione, vti nunc tam abstinuissent reliqui, quam Philipp. Melanthon ab ea sedulo dehortatur. Non tamen dubium est, certas quasdam traditiones, & constitutiones esse certis de causis, & pro tempore institutas, quae mutatis temporibus, & cessantibus causis abrogari & tolli possint, imò & debent, de quo Innocent. in Con. generali: Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana, praesertim cum vrgens necessitas, vel euidens utilitas id exposcit. Porro hanc abrogationem humanarum seu posituarum (ut vocant) constitutionum fieri posse tradunt, vel per reuocationem eius qui legis condendi habuit potestatem, vel per consuetudinem oppositam. Nam constitutiones huiusmodi, ut moribus vitiis approbantur: ita etiam moribus vitiis in contrarium abrogantur, praesertim cum accedit consensus interpretatus, (ut vocant) atque hoc modo, atque his de causis multas constitutiones non solum recentiores, sed etiam antiquiores, & Apostolicas paulatim exoleuisse videmus, videlicet, quae vel

vel nunc usum habere desierant, causa legis cessante: vel quia ex illarum omissione, quam observatione plus utilitatis Ecclesie accedere iudicabatur, ut de Apostolica traditione suffocati, & sanguinis, in Latinis praesertim Prouincijs patet: Item, de nocturnis vigilijs: de statis Baptistis temporibus, de communione Infantium. Quod si demonstrari potest, aliqua his postremis temporibus, vel per imperitiam & negligetiam, uel etiam ambitionem & auaritiam instituta, & recepta esse, qua non modo utilitatem nullam, sed etiam noxam Ecclesie adferant, ea quin primo quoque opportuno tempore mutanda sint, negari non potest. Quare Bucerus confirmat, se in hac questione, De traditionibus, de huiusmodi tum noxijs, & noxijs inuentis, & institutis loqui: non de ijs qua Sancti patres & Ecclesie auctoritas tradidit.

Quod autem in Apologia aiunt, de spiritali unitate se loqui, ad quam nulla seu uniuersalium seu particularium rituum obseruatio conferat, utpote qua constet iustitia fidei coram Deo, non satis recte, & sibi ipsis consentaneè loqui uidentur. Primum enim de externa societate hic sermone haberi manifestum est, à qua ne mali quidem alieni sunt, in qua sanè societate necessarius est Sacramentorum usus, sine quibus tamè, si necessitas eorum usum prohibeat, interna illa, & spiritalis unitas consistere potest. Item,

Bucerus
aduersus
Latonium
pag. 224.
in Dialog.
Germa. de
præpa. ad
Concili.

non video, quomodo illa, & interna societas consistere possit, si publicam Ecclesiam consuetudinem in obseruatione tam uniuersalium quam particularium rituum uiolens, & condemnes & institutis maiorum pertinaciter repugnes, quod certe contra officium charitatis, qua maxime internam hanc unitatem consistere, certissimum est. Quod aiunt, se non leuibus de causis adductos fuisse, ad hanc articulum ponendum uidelicet, & quod multa stulta opiniones de traditionibus irrepserint in Ecclesia, ut, quod cultus sint necessarij ad iustitiam coram DEO, certe haec causa, non satis graues sunt, ad quasuis traditiones, qua usum in Ecclesia habere possint, negligendas, & aspernandas, cum & de Sacramentis ipsis à CHRISTO institutis false opiniones oriri possint. Quod autem addunt, nonnullos tradidisse esse necessarios cultus ad promerendam iustificationem coram DEO, nec ea causa etiam si uera esset, quicquam efficeret, cum aliquorum culpa non esset uniuersitati Ecclesiae imputanda: quin & illud falsum esse existimo, aliquos docuisse externos illos ritus & Ceremonias esse cultus necessarios ad promerendam iustificationem coram DEO, quam omnes in communicatione diuinae gratiae, & remissione peccatorum constituunt, nec aliud istis ritibus tribuitur, quam quod eorum externa obseruatio, de uero & interno cultu nos admoncat, & ad eam manu ducat, &

si ex vera in CHRISTVM fide, & obedientia
Ecclesia CHRISTI, cui CHRISTVS ob-
temperari precepit, eam apud DEUM laudē
habent, quam cetera pietatis opera. Id autem
ingenuē omnes consentunt, in ijs fiduciam salutis
non esse collocandam.

ARTICVLVS VIII.

DE SACRAMENTORVM adminiftratione.

QUOD IN OCTAVO AR-
ticulo dicitur, de usu Sacramento-
rum, licere vti sacramentis, qua
per malos ministrantur, totius Ec-
clesia confessioni consentanea sunt: atque hoc
tantum hic considerandum est, in quos hanc vir-
tutē diuinitus sibi inditam sacramenta exerant.
Est autem Communis hac Ecclesie hodieq, sen-
tentia, qua adulto, vt dignē & utiliter percipi-
at Sacramenta, opus esse fide, & pia quadam ani-
mi affectione, vt falsum appareat, quod illi im-
pingitur, quod doceat Sacramenta prodesse sine
fide, & bono motu utentis: hoc interim tamen
docent, ex virtute Sacramentorum quam habēt
ex diuina institutione & pacto, peculiarem
quandā gratiam conferri rectē utentibus, eamq,
amplio-

ampliorem, quam ipsius utentis fides, & deuotio
 mereatur, Item Baptismum in infantibus gratia-
 nis usu destitutis, conferre regenerationis gratia-
 am, ex ipsa sacramenti uirtute, tametsi proprio
 fidei motu careant, quomodo de Circumcisione
 dixit Augustinus, ipsum per se sacramentum
 in infantibus ualuisse. Atque hoc est, quod Scho-
 lastici dicunt, Sacramenta conferre gratiam ex
 opere operato, hoc est ex uirtute, quam ex Chri-
 sti instituto, & pacto insitam habent, non ex ope-
 re operatis, hoc est, ex merito suscipientis vel ad-
 ministrantis, Quare longissime hic Protestantes
 ab uniuersali Ecclesia intellectu, imo uero a com-
 muni sensu recesserunt, cum ad tuendam hanc
 propositionem: Non sacramentum fidei, sed fi-
 des sacramenti iustificat. (qua propositio in adul-
 tis aliquo modo locum habere possit.) eam ad in-
 fantes etiam transtulerunt, quando infantibus
 dum baptizantur, proprium fidei motum tribu-
 unt cum Ecclesia illis propria fide destitutis, com-
 munem Ecclesie fidem, in cuius corpus recipiun-
 tur, tribui & communicari doceat, quam per o-
 ra gestantium profitentur, quapropter hic error
 omnino reffellendus est, ut qui primus Anaba-
 ptistarum errori occasionem dedit, cum enim
 Lutherus assereret satius esse non baptizare in-
 cluderet, rite baptizari paruulos, ideo uere illos
 credere. Illi contra hunc in modum ratiocinati
 sunt:

*Sunt: atqui manifestum est eos non credere, nō
sunt igitur baptizandi.*

ARTICVLVS IX.

DE BAPTISMO IN- fantium.



VI NONO LOCO SE-
quitur articulus, De Baptismo par-
vulorum nil habet, quod merito im-
probetur, nam quod asserunt Bap-
tismum ad salutem necessarium, & damnant eos
qui affirmant infantes sine Baptismo posse salva-
ri, prisca quoque Ecclesia iudicio, & diuinarum
litterarum verbis consentaneum est, quo Bap-
tismi gratiam, fide & voto Baptismi, si eius conse-
quendi facultas desit, obtineri & representari
posse censeat, quod etiam nō pauci Doctissimi vi-
ri his temporibus ad infantes transtulerunt, ut
quemadmodum illis fides Ecclesia & offerentiū
pro fide propria deputatur; ita voluntas, & vo-
tum consequendi Baptismi, eiusdem Ecclesia &
potissimum Parentum pro ipso Baptismo a Cle-
mentissimo patre acceptetur, qui voluntatem pro
facto ducere, & neminem ad impossibile obliga-
re, nec gratiam suam externa actioni Sacramen-
torum simpliciter alligari voluerit, & credi-
bile sit, quod externo Ecclesia ministerio sine
culpa

culpa deest, id summum Pontificem **CHRISTUM**, de sua summa potestate, & inexhausta bonitate suplere, atque hoc sanè modo gratia regenerationis non penitus à Baptismo seungitur, sed ad eam gratiam consequendam Baptismi Sacramentum saltem voto, & desiderio perceptum necessarium indicatur.

De Ceremonijs Baptismi.

De signis autem & Ceremonijs Baptismi, quae antiquitus receptae, per uniuersum orbem recepta consuetudine usurpantur, docendi sunt homines diligenter, hac non tanquam necessaria adhiberi, ut sine illis Baptismus inutilis, & inefficax sit habendus: sed quemadmodum verba à **CHRISTO** praescriptis, alia quoque verba docendi, & adhortandi causa adiungimus, ut ceremonia à **CHRISTO** instituta, qua simplicissima est, alias quoque Ceremonias, ut sacramenti huius dignitatem & vim commendatis, tamquam verba quaedam visibilia coniungi, sed hic dissidij causam nullam futuram puto, cum videam optimos viriusque partis, in eandem sententiam convenire. Vide, qua de ijs scripserit Iulius Pflugh vir inprimis reuerendus, in Institutione Christiani hominis, & Buccerus in de liberatione Lypfica. Anno 1539.

De confirmatione.

Huic Sacramento Baptismi coniunctum est alterum Sacramentum religiosissime semper in Ecclesia observatum, (quod Confirmationis, Chrismatis, obsignationis, Sanctificationis Spiritus, & impositionis manuum nominibus designatur) quod impositione manuum et consignatione Chrismatis, quo spiritus sancti donatio administratur, p̄fici, & p̄ solos Episcopos administrari consuevit, quemadmodum in Apostolica ecclesia soli Apostoli, in quorum vices Episcopi successerunt, baptizatis manus imponebant, ut ad eorum preces spiritum sanctum in donis visibilibus acciperent. De hoc quoq; dissidium nullum futurum sperē, si ab ipsis Episcopis ea qua decet gravitate administraretur, nam neq; in conventu Ratisbonensi de eo controversum legitur. De tempore quoq; Confirmationis, video bonis viris viriusq; partis nō displicere, si eius usus ad aetatem paulo adultiorē differatur, quod quamvis praeter antiqua Ecclesiae cōsuetudinem sit, (infirmatio sacri Chrismatis accedebat) tamen exemplo nō prorsus caret, nam & Corporis & Sanguinis Domini communio, haud secus virique Baptismi, & confirmationis Sacramento adiungebatur, qua & ipsa corporis & sanguinis Domini, ut illa Chrismatis, cōfirmatio dicta sunt, ad q̄

cames

tamen dominici corporis & sanguinis Confirmationem, nunc communi Ecclesie consensu, in Ecclesijs potissimum Latinis, non nisi adultiore etate pueros admitti videmus, quod quò minus in Confirmationis quoque Sacramento obseruetur, nil prohibet: vel hanc certè ob causam, ut parentibus, susceptoribus, & Ecclesiarum Praefectis occasio detur pueros de fide, quam in Baptismo professi sunt, diligentius instituendi, & admonendi. Huiusmodi sanè institutionem seu Catechismi explicationem in pueris fieri debere, & Veteres praecipunt & Recentiores quoque ex utraque parte consentiunt. Vide Augustin. sermon. 116. in ramis Palmarum, & Valafridum de Ruar. Ecclesiasticis Cap. 26. Item qua scripsit Ruardus Louaniensis Tomo. 2. ad illud Cailuini ex institut. Cap. 19. Et tamen non est Pastoribus Ecclesiarum permittendum, ut nullam habeant rationem erudiendae pueritiae in vere pia doctrina, sed exigendum est ab illis, ut Catechismum diligentissime doceant, haec (inquit Ruardus) admonitio sancta est & pia, quam obseruari omnes desideramus.

De discrimine Baptismi Ioannis & Christi.

Quid inter CHRISTI, & Ioannis Baptif-
na intersit, hoc modo aliquando exposuit
Lutherus

Lutherus in disputatione de Baptismate legis,
 Ioannis, & Christi, habita anno 1520. art 3. Ba-
 ptisma legis, membra, vestes, vasa lauabat, figu-
 rante spiritu externorum operum sanctitatem,
 & legis velamen: Baptisma Ioannis reuelata fa-
 cie legis, omnes peccato immergit, & auidos gra-
 tie facit, vt Baptisma legis penitentiam non
 prestabat, sed magis desperationem, donec ad
 Baptisma Christi pertingebat. Videtur Chri-
 stus Ioannis Baptisma non euacuasse, sed addito
 verbo vite sue seu promissionis perfecisse, ob q̄
 causam baptizati a Ioanne, denuo baptizandi
 fuerunt baptismate CHRISTI. Hanc sen-
 tentiam vetustati satis consentaneam sequutus
 est initio Philipp. Melancton in locis com-
 munitibus, sed postea sectatores Lutheri, ab ea di-
 scesserunt, & Ioannis & CHRISTI Baptisma,
 solo officio personarum, non autem substantia
 & virtute distinguenda esse, docuerunt, atque
 hinc ab Anabaptistis in eas angustias coacti sūt,
 vt locum illum Actorum 19. de duodecim Dis-
 cipulis à Paulo baptizatis varijs, absurdis & in-
 ter se pugnantibus interpretationibus dilacerare
 ac per se clarum, & apertum obscurare, & in-
 tericare coacti sint, alijs baptismata Ioannis de tota
 doctrina, non de aque baptismo, intelligentibus,
 per Synecdochen videlicet, quasi totum in par-
 te, sine ipsa parte intelligi possit: alijs Baptisma
 in nomine CHRISTI, de solo Spiritu Baptis-
 mo,

mo, quod sit impositione manuum interpretanti-
 bus, cum alibi manifestè Baptismus in nomine
 Iesu, non nisi de aqua Baptismo dicatur, quem
 baptismus postea hic Spiritus, seu donatio Spiritus
 sancti in donis visibilibus, per impositionem ma-
 nuum sequutus sit, alij vero cum illos bis aqua in
 etos fuisse, negare non posse viderent, non verè lo-
 annis Baptismo, sed a falso aliquo Ioannis disci-
 pulo, pretextu nominis Ioannis, inani baptismo
 baptizatos fuisse, comminiscuntur, cum locus
 hic, si ex vetustatis sententia de Baptismo Io-
 annis & CHRISTI retineatur, plenissimus
 sit, quamuis enim iterum, hi baptizati fuerint,
 non tamen iterum iterato Baptismo (ut loquitur
 Augustin.) non enim baptisma Ioannis, CHRIS-
 TI baptisma fuit, sed ut ante præcursor DO-
 MINICI Ioannes: sic & Baptisma eius præ-
 mium Dominici baptismatis fuit, ut inquit Hy-
 eronimus.

ARTICVLVS X. DE COENA DOMINI.

HIC ARTICVLVS QVI EST
 de Coena domini, seu de Sacramen-
 to Corporis & sanguinis CHRIS-
 TI, non vno modo in hac Confes-
 sione positus fuit, nam in prima editione Latina
 sic legitur: de Coena domini docent, quod corpus &

& sanguis CHRISTI, verè adsint, & di-
 stribuantur vescentibus in Cœna Domini, &
 improbant secus docentes: Germanica verò
 editio ita habet ad verbum conuersa: De cœna
 domini sic docetur, quod verum corpus & sang-
 uis CHRISTI veraciter sub specie Panis
 & vini in Cœna præsens sit, & ibi distribuatur
 & sumatur, In alia verò aditione hoc modo: De
 Cœna Domini docent, quod cum pane & vino,
 vere exhibeantur corpus & sanguis CHRIS-
 TI vescentibus in Cœna Domini: In Apolo-
 gia vero his verbis, hic articulus exponitur,
 Docent quod in Cœna domini, vere, & substan-
 tialiter adsint corpus & sanguis CHRISTI,
 & verè exhibeantur cum illis rebus, qua vi-
 dentur panè & vino, his qui sacramentum ac-
 ciptunt, & hunc articulum, hoc modo proposi-
 tum, non improbatum fuisse, à Cosa. Maie-
 stas Apologia testatur. Quamuis autè qui diuersam
 à sectatoribus huius Confessionis sententiã à Cal-
 uino instauratam tuentur hac cum sua sententiã
 probe conuenire contendunt, utpote qua nullam
 carnalem, seu substantialem præsentiam corporis
 & sanguinis Christi cum symbolis panis & vini
 (que pariter à malis & bonis percipiatur,) statui
 existimant, tamen in posterioribus suis scriptis
 satis aperte huius Confessionis Sectatores suam
 mentem explicarunt, videlicet Corpus & San-
 guinem CHRISTI in pane & vino sumi,

In articulo
 finalcaldi-
 cis de sacr-
 altaris sen-
 timus qd pa-
 nis & vinu
 in Cœna
 sit verum
 corpus

& sanguis Christi, & non solum porrigitur & sumitur à bonis Verum etià à malis Christianis.

non fide tantum : sed etiam ore corporis, tam ab indignis quam à dignis. Verum in omnibus his formis, quibus Augustana Confessio exprimitur, huic controverſia locus relinquatur : Sicut corpus, ex sanguis CHRISTI praesens, in ipſo tantummodo vescendi usu? quod iam aperte ab omnibus docetur, et in Confessione Saxonica disertis verbis exponitur. Docentur (inquunt) homines sacramenta esse actiones divinitus institutas, & extra usum institutum res ipsas non habere rationem Sacramenti, sed in usu instituto, in hac Communione verè, & substantiàliter adesse CHRISTUM, & vere exhiberi sumentibus corpus, & sanguinem CHRISTI, cum ecclesia non praesens modo, verum etiam antiqua & Catholica semper senserit, & docuerit, hoc sacramentum non in sola actione & usu consistere: sed post ipsam Consecrationem, (qua fit Dominicis verbis, & invocatione divini nominis) de panis & vini substantiis fieri corpus, & sanguinem Domini, neque benedictionis virtutem amitti: etiamsi ad usum praesertim infirmorum servetur, cuius rei plurima testimonia in promptu sunt, ut est illud vulgatum Irenaei: Qui est à terra percipiens vocationem Dei, non iam communis panis est: sed Eucharistia, duabus rebus constans, terrena, & coelesti. Et lib. 5. in praefatione, Quando ergo & mixtus calix, & factus panis percipit verbum DEI, fit Eucharistia corporis

Lib. 4. c. 34.

corporis, & sanguinis Christi. Iustinus in Apolo.
 2. Quemadmodum per verbum DEI incar-
 natus est Christus Salvator noster, & carnem
 & sanguinem pro nostra salute assumpsit: ita
 quoque cibum ex quo sanguis & caro nostra per
 mutationem aluntur, cum per preces verbi
 ab ipso benedictus fuerit, ipsius incarnati I E-
 SV carnem, & sanguinem didicimus esse. Am-
 brosius de his qui initiantur mysterijs cap. 9. Ipse
 clamat Dominus Iesus hoc est corpus meum. an-
 te benedictionem verborum celestium alia spe-
 cies nominatur, post consecrationem corpus Chri-
 sti significatur. Ipse dicit sanguinem suum. ante
 consecrationem aliud dicitur: post consecratio-
 nem sanguis nominatur, & tu dicis Amen. hoc
 est, verum est, quod os loquitur, mens interna fa-
 teatur, quod sermo sonat, affectus sentiat. Augu-
 lib. sententiarum Prosperi. Nec similiter com-
 prehendimus has duas species quemadmodum
 ante consecrationem comprehendebamus, cum
 fideliter fateamur, ante consecrationem panem
 esse, & vinum quod natura formavit: post conse-
 crationem vero carnem Christi, & sanguinem
 quod benedictio consecravit. Cyrillus ad Colossy-
 rum: Nec dubites an hoc verum sit, eo manife-
 ste dicente: Hoc est corpus meum & c. Insanunt
 ergo dicentes, mysticam benedictionem à sancti-
 ficatione cessare, si qua reliquia remanserint in
 diem subsequentem, non enim mutabitur Sacro-

sanctum corpus Christi: sed virtus benedictionis, & viuificatiua gratia iugis in ipso est. Hunc consensum Catholica Ecclesia, de presentia corporis & sanguinis Christi, primarij Evangelice disciplina Professores aperte aliquando professi sunt. Luther: in sermon: de Sacramento, aduersus fanaticos spiritus vulgo. (Schwermeggenstern) Quando (inquit) nos verba illa loquimur supra panem & vinum, adest ibi vere eius corpus, & sanguis, est tamen simplex verbum & vox. Item Brentius in syngrammate: Verbum (inquit) ad panem fert id quod in se continet, continet autem verum corpus Christi corporale, proinde fert, & corpus ad panem. Ibidem: Proinde (inquit) si verbum corpus & sanguinem nobis presens offerat, quid prohibet, cur non ad panem referat, quod in se continet, quando verbum, hoc est corpus meum, ad panem dirigatur? Philippus quoque Melancthon in Epistola ad Palatinum, & Graguellam in Comitibus Ratisbonae Perspicue (inquit) testari sumus, nos amplecti, & inueniri omnem consensum Catholica Ecclesia, & in Coena domini consecrato pane & vino, vere & realiter adsint, & sumantur corpus, & sanguis Christi, haec quidem illi: quam sententiam nonnulli ex ijs hodie superstites, extreme detestantur, & Papisticae magiae attribuant. Hoc tamen verum sum concedendum est, quamuis hoc sacramentum Eucharistiae ratione presentiae corporis & sanguinis

nis Christi ex ipsa consecratione, verum sacramentum corporis, & sanguinis Christi efficiatur, tamen si virtutem, & efficaciam spectes, qua Christo unimur & incorporamur, hoc sacramentum ut reliqua sacramenta, in ipso usu, & actione (quæ est sumptio seu manducatio & potio,) perfici, quæ externa sumptio, sacramentum est interna & spiritalis manducationis, & potionis corporis & sanguinis CHRISTI, qua fit ut CHRISTO uniamur & incorporemur. Hoc idem à Theologis quibusdam Scholasticis asseritur, atque hac ratione à veteribus quoque hoc Sacramentum nominibus actionem significantibus appellatur, ut sunt: Synaxis, Communicatio, Perceptio Corporis, & sanguinis Domini.

Vide Henricum de Gorghem de effect. Missæ pro-
pos. 5.

De transubstantiatione.

De transubstantiatione verò si cui hæc vox noua insolens videatur, certè inspicari non poterit, apud vetustissimos & Grauissimos Ecclesie Scriptores, voces (Conuersionis, transformationis, transformationis, transelementationis) passim reperiri. Quamuis autem de modo huius conuersionis varie extent sententia, tamen omnes in hoc caput conueniunt, ut intelligant tantam mutationem fieri, qua (quæ ante terrestris tantum & communis panis erat) dominicis verbis & inuocatione Diuini nominis virtute & operatione diuina cõsecratur & efficitur Eucharistia

& Sacramentum veri corporis, & sanguinis
 Christi, visibili quidem modo ad Patris dextrā
 sedentis: sed inuisibili, & incomprehensibili mo-
 do hic corpore & sanguine suo presentis, consi-
 detur & exhibetur in cibum & potum spiritua-
 lem ad salutem, & immortalitatem eorum, qui
 eo cibo & potu dignè vescuntur. Hanc autem
 carnem, & sanguinem Christi in sacramento
 Eucharistie pariter à bonis, & malis mandu-
 cari, & bibi: sed modo & fine seu effectu diuerso,
 ab his ad iudicium & mortem, & ab illis ad sa-
 lutem, & vitam: à solis verò bonis, verè, hoc est,
 utiliter, & salubriter manducari & bibi corpus
 & sanguinem CHRISTI, ut qui soli in Chri-
 sto maneat & Christus in ipsis. Hanc breuiter
 comprehensam totius antiquitatis sententiam
 esse puto, atq; utinam id effici possit, ut huiusmo-
 di explicatione contenti, à superuacaneis, & ad
 fidei ac pietatis nihil pertinentibus questionibus
 abstinemus, atq; in hac veteris Ecclesie senten-
 tia omissis odiosis rixis, qua exorta sunt, acquies-
 camus, quod sanè nisi fiat, nullum rixarum, &
 dissidiorum, de hoc Sacramento unitatis, sinem
 video, nam ut Anabaptisticam, & Zuwenck-
 feldianam, item Helueticam sententiā omitta-
 mus, qua & ipsa in Carollostadianam, Zuingli-
 anam, Caluiniānam, et Lascanam quodammodo
 diuisa est ipsi saxonicarum Ecclesiarum discipu-
 li, & Lutheri sectatores, in tres diuersas & inter se

se pugnares sententias sunt distracti, & tamen oēs
 ex *Luthero* originem ducunt, & ex eius scriptio
 cause sue presidium petunt. **Luther*: in Captiuit:
 Babylon, Credo firmiter non modo, Corpus Christi
 esse in Coena, sed Panem esse Corpus Christi. In con
 fessione maior: Omnino confitendum est, quod qui
 hunc Panē manducat, & morsu frangit, illud ipsum
 manducat, & morsu frangit quod verum, & ipsissimū
 Christi Corpus est Ibidē Non equidem multum cen
 tendo, an panis substantia maneat vel minus quam
 vis Panē manere cum *Viclepho*. Econtra cum *So
 phistis* quoq; sentio, quod & Christi corpus presens
 addit, & quod duæ distinctæ substantiæ vna substan
 tia esse possent *Nicolaus Gallus* Con. *Philipp. Me
 lancthon*, ad Comitem Palatin: Afferimus, & con
 firmur cum *Christo Domino*, corpus Christi non
 modo esse in, cum, sub Pane, sed quod panis sit cor
 pus Christi ipsum, Itaq; vnum cū ipso predicatio
 ac Identica. Nam quidam hanc enunciatio
 nem: Panis est corpus Christi identicam esse, &
 panē essentialiter esse corpus CHRISTI conten
 dūt, idq; simpliciter, et cur aullū tropū, q̄ quidem
 prima fuit *Lutheri* explicatio, q̄ *Zuingli* oppug
 nauit, & ei⁹ sectatores hodie oppugnant, atq; ex
 ea, vel papistica (ut appellant) trāsubstantiationē
 (q̄ tamen eius locutionis auctores, non agnoscūt)
 vel absurdum consequi demonstrant, nempe, pa
 trerorum ex eo sermone, quo simpliciter panis cor
 pus Christi esse asseritur, hoc absurdū colligit. Si
 (inq̄) panis est corpus Christi, ergo aliqd q̄ non
 est

In Cap.
 Quia cor
 pus de con
 sec. disti. 29

est natum de virgine, & sic aliquid inanimatum est corpus Christi, ergo est animatum, & inanimatum, ergo non solum de virgine habuit originem. Ait quidem Irenaeus, Panem, in quo gratia acta sunt, corpus esse Domini, sed is hac circumloquutione Eucharistiam totam intelligit duabus rebus constantem, terrena, & Coelesti. August. sermo, ad Infantes, panem dicit corpus CHRISTI, sed (ut ita loquar) intellecturaliter, respectu videlicet intellectus, quo in pane, qui exterius videtur, interius corpus CHRISTI esse creditur. Si quando verò a Patribus hac loquendi forma usurpetur, ut dicant, Panem esse corpus Domini, agnoscunt recentiores quoque Ecclesiastici scriptores, eam esse figuratam, ut qua signum, rei signata, sed presentis nomine denotetur, Scholastici quoque, hanc enunciationem Panis est corpus Christi, eo modo loquendi intelligunt, quo res in aliud commutata, prioris substantiae nomen retinet, ut: Aqua est vinum, Virga est Serpens. Accedit tamen horum sententia quam proxime ad palinodiam Berengarii posteriore in qua confitetur panem, & vinum, post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & c. & verum sanguinem, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum, & virtutem sacramenti, sed etiã in proprietate naturae & veritate substantiae, quam sententiã in priorum Confessione expressit his verbis, Panem & vinum, qua

que in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguis Domini nostri IESU CHRISTI esse, & sensualiter non solum sacramentum, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri, qua verba quamvis a Luhero alicubi probentur: tamen prudenter vidit & monuit auctor Glossæ in lib. Decret. Hac verba nisi sane intelligas in maiorem incides heresim, quam ipse Berengarius habuit. Alij vero novam, quandam, & inauditam, presentiam corporis, & sanguinis CHRISTI in pane, & vino Dominica cœna commenti sunt, quam ex Maestate humana in Christo natura a diuina natura sibi communicata, petendum esse acerrimè contendunt: Affirmant enim corpus CHRISTI, virtute unionis, & sessionis ad dexteram Patris, haud aliter, atque ipsam Diuinitatem, cui unita est, esse ubiq³, atq³, eam ob rem in Cœna Dominica nullã nouã presentiam effici, sed q³ ante presens erat, sumẽdũ atq³, fruẽdũ donari. Exẽpla adferunt de puero in cunis, vino in Cantbaro pecunia in marsupio, hordeo in sacco, ideoq³ propositionem hæc, (Hoc est corpus meũ) idẽ valere cũ hac, (Panis est corpus meũ) prorsus negant, videlicet ne figuratã locutionem admittere cogantur, imo eam in diuinis literis nusq³ reperiri asserunt, atq³, adeo falsã & absurdã esse, nisi cõmoda interpretatione subleuetur cũ hac. (Hoc est

est corpus meum) simplex, & aperta sit, neq; tro-
 pi alicuius subsidio indigeat. Quamuis ydem illi
 aliquando contrarium docuerint, & hunc loquen-
 di modū (Panis est corpus Christi) ut qui Chri-
 sti verba (hoc est corpus meum) declarat, vsur-
 pauerint, & in ys synechdochen agnouerint. Imo
 sunt inter istos, qui cum hanc expositionem ver-
 borum Christi (Hic panis est corpus Christi) ve-
 ram esse censeant, atque inusitatam eam predi-
 cationem admittant: non tamen in eo genere lo-
 quendi tropum esse agnoscunt, quamuis tropi si-
 militudinem habeat, itaq; hoc genus docendi non
 τροπιχεν sed τροποιδεν vocant. Porro illi asser-
 tores huius maiestatis, & vbiq; humani-
 tatis in Christo natura, absq; adeo eam ad constituens
 dam in Cœna dominica corporis & sanguinis
 Domini presentiam, necessariam esse asserunt, ut
 qui eam negent, aut magici Papista (qui certo
 murmure verborum se Christi corpus è celo eli-
 cere putant) aut impij Zuingliani (qui nō cor-
 poris, sed diuinitatis tantum presentiam credūt)
 habendi sunt, eo quo suo decreto, magnam partem
 eorum, qui cum ipsis Augusta. Confessi. pfitentur
 condemnāt, & à sua societate repellunt, atq; hac
 quoq; opinio ex Luthero patrociniū querit. *
 Idem in sermone de Sacramento Cœne Dominicæ, contra fanaticos: Cre-
 dimus quod Iesus Christus sit, iuxta humanitatem super omnes
 creaturas collocatus, & omnia impleat, quemadmodum Pau-
 lus ad Ephesios scribit. Et quod Christus sit Dominus omnium
 rerum, non tantū secundū diuinitatē, sed etiam secundū huma-
 nitatem, & habeat omnia in sua manu, & sic vbiq; præsens. †

Tertia sententia est eorum, qui singularem presentiam corporis, & sanguinis Christi in Cœna statuunt, totamq; rationem facti, ad voluntatem, & potentiam facientis, hoc est, Omnipotentis Dei referunt: cum enim persona Christi vere Deus sit, & infinita essentia & potentia, nil esse absurdi, si credamus eum corpus suum et sanguinem, omnibus in locis, ubi mysterium hoc expressus instituto peragitur iuxta suum Verbum, incomprehensibili modo, præsens cum sacris symbolis, sistere, & exhibere. Hi genus hoc loquendi (Panis est corpus Christi) non rejiciunt, imo Christi verba hoc modo intelligenda esse constanter asserunt, idque declarare hæc verba Pauli: Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? &c. Non tamen identicam prædicationem asserunt, neque in ea locutione tropum prorsus aspènantur, modo is tropus presentiam vera carnis Christi non tollat, quàm pleriq; Synecdochen vocant, qua ex parte totum intelligitur, quamvis alij inusitatam prædicationem malint, itaq; hanc propositionem (Panis est Corpus CHRISTI) huiusmodi interpretatione expli- cant, ut per eam intelligatur in pane, cum pane, esse corpus Christi, qua loquendi forma apud Veteres quoq; reperitur, atq; ydem isti Ubiquitatis questionem rejiciunt, eamq; ad hanc questionem nil pertinere affirmât, atq; adeò quidam ex illis, illam Ubiquitatem humane nature in Christo,

Paulus Eberus in assertionione de Cœna Domini Vide Guilhel. Parisiensem par. 2. de Sacramento Eucharistiz.

Nicolaus
Hemingio
in Dania,
in suo Cate-
chismo In-
terr. Quid
censes de il-
lis q̄ dicūt
humanita-
tē Christi ef-
se vbiq; cū
in diuina-
tes Resp.
itē vt erro-
rē corū ni-
tent, q̄ ne-
gāt nos ve-
rē corpus
seu sangui-
nē Christi
participa-
re in cōna
incidūt in
hunc horri-
bilē errorē
vt dicāt hu-
manitatē
Christi esse
vbiq; cum
diuinitate.

seu corporis Christi grauissimi erroris condē-
nant, vt quam naturarum confusio, vel diuinitas
tis diuisio consequatur. Paulus Eberus de Cōna
Domini, sequitur, haud dubie nequaquam huma-
nam naturam, ita exaquare diuina natura de-
bere omnium illarum proprietatum attributio-
ne, quae diuina natura soli conueniūt, vt dicatur
humanam naturam in Christo, seu carnē Chri-
sti seu corpus Christi esse infinite essentia, vbiq;
omnia implere, atq; hi etiam sententiam suam
apertis Lutheri scriptis confirmant, Lutherus
Tom. 8. Ienensi. Quod ad corpus attinet CHRIS-
TI, quando tantum vult, potest esse vbiq;
vel in omnibus locis, quare alia est ratio sui cor-
poris, & nostri, de Ubiquitate non est dispu-
tandum, in hac controuersia, longe alia res
est &c. Idem in Confess. maior: Dicit se in con-
trouersia sacramentaria non velle cum quoquā
contendere, de Ubiquitate, in quibus disertē ait:
ubiquitatis quæstionem, ad hanc controuersiam
non pertinere. Hac sanē sententia, quam
proximē ad antiquum, & Catholicum, Ec-
clesia CHRISTI consensum accedit, nam
non veteres modo, sed etiam recentes hanc præ-
sentiam corporis Christi ad voluntatem, & præ-
sentiam instituentis referendam, & po-
(videlicet) diuina natura seu Spiritus, qui car-
nē sibi unitam, viuificam efficit, omnipotenti
sua virtute, eam carnem eumq; sanguinem non
quis

quidem sibi exaequat, ut ubicunque sit natura
 divina, ibi quoque, carnem seu humanam naturam
 esse necesse sit: sed ubicunque, vult, iuxta Christi
 ipsius veri Dei, & hominis institutionem & pro-
 missionem praesentem eam Ecclesiam suam exhibere. Neque
 etiam eum loquendi modum adspiciam, ut dica-
 tur, panis seu forma panis, esse corpus CHRISTI,
 eumque figuratum esse non inficiantur, eo videlicet
 genere loquendi, quo signum rei signata nomine ac-
 cipit, non modo absentis, sed praesentis rei signum in-
 telligatur quomodo sanguis dicitur, esse anima, quod
 in sanguine anima sit, itaque, sanguis signum sit praesentis
 animae. Hoc autem in hac tertia sententia
 patissimum requiritur, ut addatur hanc carnem
 & sanguinem cum sacris symbolis praesentia esse
 non modo in ipso usu, hoc est, manducatione, &
 potione, sed in ipsa mystica benedictione, cum pro-
 verbum CHRISTI, & invocationem divini nomi-
 nis, terrena elementa benedicantur & sanctifi-
 cantur. & in corpus & sanguinem Christi, mystice
 & ineffabili modo transferuntur, atque hac vir-
 tutem mystica benedictionis, qua Christi corpus
 praesens efficitur, non mutari, tamen si symbola ip-
 sa ad legitimum usum ad tempus asserventur,
 neque ipso abusu, si quis admittatur, id effici, ut
 sacramentum non sit, & verum CHRISTI
 corpus, sed ut indignè tractetur, haud aliter atque
 tum ab indignis sumitur, neque enim abusus rei
 substantiam tollit. Quamvis autem inter hanc primam

opinionē. si commoda interpretatio accedat, haud
ita multum interfit, cum utraque certam definitio
tamque corporis CHRISTI in sacris symbolis
praesentiam statuatur, media tamen haec non modo
cum his, sed cum antiquorum omnium, & recentiorum
pene sententia pugnat, sunt enim haec prorsus
Christi praesentia esse in S. Cæna, etiamsi extra eam
ubique praesentia non sint. et: Corpus & sanguis
Christi non aliter esse praesentia in S. Cæna,
quam quia ubique etiam extra S. Cænam praesentia
sint.

ARTICVLVS XI. DE CONESSIONE.

IN VNDECIMO ARTICULO hoc nouum est, quod Confessoriam à sacramento Pœnitentiæ separant, cum eam Ecclesiastici constanter inter pœnitentiæ partes numerent, quam autem docent absolutionem priuatam, quæ fit in priuata Confessione, retinendam, merito probatur: At quod subiiciunt, enumerationem omnium delictorum non esse necessariam quadam ex parte recte habet, videlicet, si intelligatur de ignotis, & non occurrentibus peccatis, item si intelligatur de nimis auxilia inquisitione omnium citata

eumstantiarum, quae in multis conscientia carni-
 ficinam gignit, quam nemo moderatus approbat,
 verum si referatur ad eam enumerationem pec-
 catorum, qua grauiora omnia peccata diligenter
 expenduntur, & tanquam spiritalia vulnera
 spiritali medico reuelantur, de ea quoque reti-
 nenda dubitandum non est, & Protestantes in
 suis articulis ad librum propositum, huiusmodi
 enumerationem non aspernantur, quia (inquiunt)
 multi, propter ambiguos casus opus habent confi-
 lio, ideo hortandi sunt homines, ut addant enu-
 merationem, ut inuari consilio, aut excitari ma-
 gis ad poenitentiam, & de multis rebus admoneri
 possint. Extant quoque Veterum testimonia,
 quae huiusmodi enumerationem etiam occulto-
 rum criminum probent, ut est illud Originis in
 Lucam: Vnde & nos si peccauerimus debemus
 dicere: Peccatum meum notum feci tibi, & ini-
 quitatem meam non abscondi, dixi, annuntiabo
 iniustitiam meam contra me domine: si enim hoc
 fecerimus, & reuelauerimus peccata nostra non
 solum DEO, sed & his qui possunt mederi vul-
 neribus nostris atque peccatis, delebuntur pecca-
 ta nostra ab eo, qui dixit: Ecce delebo ut nubem
 iniquitates tuas, & sicut caliginem peccata tua,
 Idem in Psal. 31. Fortassis (inquit) sicut hi qui
 habent inclusam intus escam indigestam aut hu-
 moris aut phlegmatis, stomacho grauiter & mo-
 lestè conuenientia, si vomuerint, releuantur, ita

Homil. 17.

G

etiam

Cap. 10.

etiam si qui peccauerunt, siquidem retinent in se peccatum, intrinsicè urgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate vel humore peccati: si autem ipse sui accusator fiat, dū accusat semetipsum & confitetur simul euomit, & delicta, atq; omnem morbi digerit causam. Notum est illud Hieronimi in Ecclesiastic. Si quem serpens diaboli occultè momorderit, & nullo eum conscio peccati veneno infecerit si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiã, nec vulnus suũ fratri, & magistro voluerit confiteri, magister, qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat agrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Equidem credo de hac re controuersiam nullam fuisse futuram, si non salutaris hac confitendi medicina ab imperitis & importunis medicis, multis inutilibus traditi iunculis infecta, & contaminata fuisset, quibus conscientijs, quas extricare, & leuare debebant, laqueos iniecerunt, & tanquam tormentis quibusdam excarnificarũt. Quapropter huic rei occurreretur si pythantum, & prudentes viri huic utilissimo, & sanctissimo audiende Confessionis, & absolutionis impertienda ministerio præficiantur, qui hominum conuersatione facile fiet, ut Confessio, quæ hæctenus multis onerosa & molesta visa est, ut plena spiritalis consolationis, ab omnibus ultrò expectatur.

ARTI.

ARTICVLVS XII.

DE POENITENTIA ET
satisfactione.

IN ARTICVLO DVODE-
cimo, qui est de Pœnitentia, ea pars,
que lapsis post Baptismum contin-
gere posse peccatorum remissionem
docet, quocumque tempore conuertantur, Ca-
tholica doctrina, aduersus Nouatianos consen-
tanea est. Hic autem primum obseruandum
est, sermonem hic fieri non de quavis pœniten-
tia: sed de ea, quæ post regenerationem ob gravi-
ora peccata suscipi solet, cum videlicet dolen-
tes verè de peccato, post confessionem & satis-
factionem Ecclesie reconciliari solent, quare
tenenda est hæc distinctio Beati Augustini: Tres
sunt actiones Pœnitentia, Vna est que nouum
hominem post Baptismum parturit: Omnis
enim qui iam voluntatis suæ factus est arbiter,
cum ad sacramenta accedit fidelium, nisi eum
peniteat veteris vitæ, nouam nõ potest inchoare.
Alteræ est, cuius actio per totam istam vitam,
perpetua supplicationis humilitate subeunda est,
quia vitam æternam nullus desiderat, nisi cū vitæ
huius temporalis peniteatur. Tertiæ actio pœni-
tentia est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ
legis Decalogus continet, de quibus Apostolus:

De Pœnitē
tiæ medic.
Cap. 31.

1.

2.

3.

Quoniam qui talia agunt regnum DEI non possidebunt. In hac ergo Pœnitentia maiorem in se quisq; seueritatem debet exercere, ut à se ipsa iudicatus non iudicetur à Domino, atq; hæc tertia sola nostri est instituta, q̄ Ecclesiasticis sacramētis annumerari consuevit, quamuis nonnulli etiā ex ordine scholasticorū non familiarem siue priuatam pœnitentiam, neq; quamuis publicam, sed solemne tantum, sacramentū dici affirmant, quæ pœnitentia in eiectione ab Ecclesia, in cinere & cilicio peragi solet, & à qua in canonibus proprie pœnitentes appellantur, ea est, quam iterari non posse Veteres scribunt, ut est apud Ambrosium. Quod subiicitur in lib. Confessionis Augustinæ, constare hanc pœnitentiam contritione & fide, quæ sequi debeant fructus digni pœnitentiæ, in hac Pœnitentiæ partitione hoc nouū est quod fides pœnitentiæ partibus adiungitur prætermissa Confessione, & contritione postponitur, idq; ideo fit, quo contritionis notio præter receptā Ecclesiæ sententiā explicatur, nō enim contritiōis nomine intelliguntur terrores, seu horrores incussi conscientia agnito peccato, sed ex his terroribus contritio nascitur. Contritiōis autē nomine intelligūt dolorē de peccato, ppter offensam Dei cū proposito abstinenti, qui dolor gratia Dei informatus, & nō modo ex terrore diuini iudicij, sed ex fide diuini verbi, & fiducia cōsequēde veniæ pfectus sit. Si autē contritiōis nomine qualiscunq; dolor, de

Simon. de
Tornaco.
lib. de sa-
cramentis.

Vide de
Pœniten.
Dist. 3.

P. Lōbard.
lib. senten.
4. Dist. 14.

admisso peccato, ex terrore legis incussus intelligatur, talis dolor cū veram & salutarē pœnitentiā antecedit, inter pœnitentiæ partes nō solet nominari, & attritionis potius, quam contritionis nomine vocari consuevit, Quamuis & huiusmodi cōtritio pœnitentiæ quoq; seu resipiscētiæ nomine significatur, cui, ut salutaris & efficax sit, fidem suæ fiduciam misericordie accedere debere necesse est, ut exempla Cain, & Iudæ manifestè declarant, itaq; falso Ecclesiæ presentis Doctōribus obijciatur, quod mentionem fidei in pœnitentiā præmittant, vide Hostiensem in summa de pœnitentiā & remissione, ubi inter causas pœnitentiæ ponit spem quæ à fiducia aliena non est, eamque triplicem: veniæ, gratiæ, & gloriæ, adfert. que ad eam rem præclara ex Ecclesiasticis scriptoribus testimonia, ut est illud ex Augustino: Merito spes valida mihi in Christo est, quod sâ dexteram tuam, & interpellat pro nobis, alioquē desperarem, multi enim & magni sunt languores mei, multi sunt, sed amplior est misericordia tua. Item: Ille tuus vnicus redemit me sanguine suo, nō calumniantur me superbi, quoniam cogitabo precium meū. Item ex Bernardo: Peccavi peccatū grande, turbatur conscientia: sed non perturbatur, vulnerū enim domini recordabor. Ex eodē, Quid tamen ad mortem, quod nō Christi morte solvatur? Quid? quod scholastici, in iustificatio-

is motum requirunt: alterum in peccatum per
 contritionem seu detestationem: alterum in Deo
 per fidem, qua divina vocationi assentimur
 & obediunt, quo apti, & dispositi reddamur ad
 iustificationis gratiam consequendam, ad quem
 liberum arbitrium non proprie cooperetur, sed
 obediat ad consensum: quia gratia non datur nisi
 si volenti, & assentienti. In hac autem contriti-
 one, duo potissimum errores, falso impinguntur
 presenti Ecclesie, unus est oportere contritionem
 esse sufficientem: alter contritionem, mereri
 remissionem peccatorum. Quod priorem partem
 attingit, docent scholastici, (quibus potissimum
 hic error tribuitur,) dolorem in contritione esse
 duplicem: alterum esse dolorem sensus, qui qua-
 liscunque sufficiat, cum non sit in nostra potestate:
 alterum esse dolorem intellectus seu ratio-
 nis, qui est displicentia & detestatio peccati, pro-
 pter offensam, quam hactenus oportet esse maxi-
 mam, quod sit de admissione maioris mali, & de
 amissione maioris boni. Rectè autem movent,
 non debere hominem se tentare super his, &
 confessione nec priuatim nec publice debere sim-
 plicibus tendere laqueos tentationis: sed hoc tan-
 tum à poenitente requirendum esse, si poenitet, & si do-
 loreus insufficientis sit, an vellet dolorem sufficien-
 tem habere, & si non habeat, hoc ipsum sibi displice-
 re, & hoc ipsum sufficere, iuxta illud: Concupiscit
 anima mea desiderare iustificationes tuas, & se-
 curus

Bonaue. in
 4. Distic.
 Quaest. 1.
 Alexand.
 de Hales
 in 4. Quaest.
 68. art. 3.
 Petrus de
 Palude in
 4. Distinc.
 17. Quaest.
 10.

eundem illud: *Adiuua Domine incredulitatem meam.* De posteriore parte constanter negant etiam hodierni scriptores, doceri in Ecclesia contritionem mereri remissionem peccatorum, cum constanter omnes doceant, remissionem peccatorum nullis hominum meritis obtineri, sed gratis conferri propter unicum meritum CHRISTI, de qua re, idem ille Hostiensis: *Nontamen intelligas (inquit) quod ipsa contritio peccata dimittat: sed in ipsa contritione, gratia DEI donat omnia liberaliter.* Unde Ambrosius: *Verbum, id est, filius Dei tollit peccata: & Augustinus: Nemo tollit peccata, nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi.* hac Hostiensis.

DE CONFESIONE.

De Confessione qua altera Pœnitentie Sacramentalis pars communiter in Ecclesia ponitur, superiori articulo dictum est: restat tertia pars. Nam ut pulchrè inquit Paulinus in vita Ambrosij, Pœnitenti non sufficit sola Confessio, nisi subsequatur emendatio facti, ut pœnitens non faciat pœnitenda, humilet animam suam sicut David sanctus, qui postquam à Propheta audiuit: *Dimissum est peccatum tuum: humilior factus est in emendatione peccati, ita ut cinerem tamq̃ panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret.* De hac satisfactioe nō iātus erit conquerendi locus, si ex Ecclesia sententia hunc

in modum doceatur, quod sola passio & mors
 unigeniti filij DEI sit satisfactio, & propitiatio
 pro peccatis nostris, siue eo, quod ex origine con-
 traximus, siue ijs, quae ante vel post regenerationē
 ex carnis infirmitate commisimus, quae satisfactio
 offertur, & applicatur nobis ministerio Eua-
 gelij, id est, verbi & Sacramentorum: accipitur
 autem fide, quae & ipsa Dei donum est, Quamuis
 autem virtute huius satisfactionis CHRISTI,
 & culpa & poena aeterna peccato debita deleat-
 tur, certum est tamen Deum à poenitentibus ob-
 grauiora praesertim delicta, lacrimas, ieiunia,
 preces, Elemosinas, & reliqua verè poenitentis
 animi indicia, ac deniq; totius vita in melius im-
 mutationem, ac emendationem requirere, quod
 cū facimus Deo satisfacere pro peccato dicimur,
 nō quod precium dignū & sufficiens diluēdis pec-
 catis offeramus: sed q̄ officia illa praestemus, quae
 Deus a peccatore, cui filij sui satisfactionem im-
 partiri velit, requirit, quin & huiusmodi Poeni-
 tentiae fructibus seu satisfactionis operibus Deus
 placari, peccata redimi, & extinguī dicuntur:
 tum quia si ex motu, & afflatu Spiritus sancti
 fiant, ad impetrandam remissionem peccati fa-
 ciant, & poenas, quas afflictorus erat DEVS,
 auertant, & peccati inherētis reliquias extenu-
 ent, ac minuunt, videlicet qua ratione Elemosinis
 dicuntur redimi peccata, ac ieiunijs, ac precibus
 Deus placari, Huiusmodi autē actiōes quibus Dei
 volun-

voluntati satisfacere dicimur, duplices sunt, aut
 sponte assumptæ: aut ab Ecclesia Præfetto in-
 unctæ, quæ propriè ad pœnitentiæ Sacramentũ
 pertinent, & rursus duplices sunt: aut publicè,
 pro publicis: aut occultè pro occultis peccatis sus-
 ceptæ. Quapropter in veteri Ecclesia, ut segniores
 excitarentur, pœnitentibus ob graviora scelera,
 certa tempora & officia definita fuerunt, quibus
 non solum coram DEO interiorem animi pœ-
 nitentiam excitarent, & exercerent: sed etiam
 Ecclesia, verè se atq; ex animo peccati pœnitere,
 declararent, atq; ita manus impositione Episcopi
 & Cleri Ecclesia reconciliarentur, & ius com-
 municationis acciperent, atq; hæc præscripta of-
 ficia, Canonica satisfactionis seu pœna vocaban-
 tur, quæ ut paulatim imperitia Episcoporum &
 Pastorum in abusum: ita quoque negligentia,
 & segnitie tam Pastorum quam populi prorsus
 in desuetudinem venerunt, nisi quod in privatis
 Confessionibus, aliqua eius rei vestigia remanse-
 rint, cum pœnitenti aliqua pietatis opera, sed
 privatim indicuntur, publica vero satisfactionis
 obscurum tantum vestigium in homicidis recon-
 ciliandis aliquibus in locis relictum est, quem
 tamen publicæ satisfactionis priscum & Apo-
 stolicum morem, ob publica & graviora pecca-
 ta restituere vitale, ac propemodum necessarium sit,
 in quo potestas Ecclesiastica clauium in ligando
 & soluendo, id est pœnitentiam indicendo, a com-

De medio
Pœnitentiæ
& in Enchi-
rid. Cap. 5.

communione separando, & rursus indugenda
absoluendo, seu reconciliando manifestissime
cerneretur. Neque verò, ea fuit mens veterum,
ut remissionem peccati, quæ sit a DEO, ad
prescriptum huius temporis spaciū alligarent,
sed ut hac disciplina Ecclesiastica, homines ad
Pœnitentiæ dignos fructus faciendos admo-
rentur, & Ecclesiæ auctoritas, in ministerio re-
mittendi peccata, retineretur. Ita enim Au-
gustinus, In actione Pœnitentiæ ubi tale crimen
commissum est, ut qui commisit, à Christi corpori-
re separaretur, non tam consideranda est mensura
temporis quam doloris: cor enim contritum, &
humiliatum DEUS non despiciet. Verum quia
plerumque dolor alterius cordis occultus est, nec
ad aliorum noticiam per verba aut alia signa
procedit, cum sit coram illo, cui dicitur: Gemitus
meus non est absconditus, abs te, rectè constituuntur
ab us, qui Ecclesijs præsumunt tempora pœni-
tentia ut satisfiat etiam Ecclesiæ, in qua remit-
tuntur ipsa peccata: extra eam quippe non remit-
tuntur. Hoc autem interest, inter actionem Pœ-
nitentiæ, seu exomologesin veteribus usitatam,
& eam quæ nunc usu recepta est, quod olim nisi
his operibus, ab ecclesiæ Præsente iniunctis ritibus
peractis, absolutio & reconciliatio & communi-
onis ius, per manus impositionem non concedebatur,
ut ex multis Tertulliani, & Cypriani locis
constat: Itaque actiones illæ Pœnitentiæ, cum ex fi-
da

de, & animo verè dolente, & afflatu Spūs sancti, auxilio gratiæ diuinæ hominis animum præuenientis fierent, ad remissionem quoq; peccati impetrandā, & Dei offensam placandā valere putabatur, non quod eam dignitate sua mererentur, sed quod ijs animus hominis ad gratiæ diuinæ susceptionem præpararetur, quo modo de operibus preparatorijs supra dictum est. Hodie vero statim, a facta confessione, manus pœnitenti imponitur, & ad communionis ius admittitur, & post absolutionem opera aliqua pietatis, quæ ad carnis castigationem, & reliquarum peccati expurgationem faciunt, iniunguntur, quod ipsum utiliter fieri potest, si periti ecclesiæ ministri opera adhibeant: de quo satisfactionis genere scholastici constanter docuere eam non rite fieri, nisi gratiæ & remissionem culpæ ac pœnæ aeternæ consequatur, quæ remissio fiat solo merito Christi, & ministerio sacerdotis, eamq; satisfactionem potissimum valere ad pœnas temporarias mitigandas, & reliquas peccati, ut diximus, expurgandas. Vnde est illud scholasticorū axioma: Nulla est satisfactio nisi præcesserit cōdonatio. De hoc satisfactiois genere, aliquando non incommode scripsit Lutherus art. 5. assertionum: Ecclesia mater pio affectu præuentura manum Dei, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam ne incurrat flagella, dei, sicut Ninivita o pibus suis spontaneis præuentur manum dei. Porro si quis saniorum scholasticorum de satisfactioe sententiā cognoscere velit,

In 3. dist.
20.
Quæ. 4. Et
in Quartū
Dist. 15.

eam breuiter ex Bonauentura ascribemus, vide licet in peccato duo esse spectanda: Iniuriam siue offensam qua fit auersione a Deo, & damnū siue lesionem pro offensa qua infinita sit, neminem purum hominem satisfacere posse, sed sola misericordia Dei eam remitti per mediatorem a Deo constitutum, qui solus pro ea offensa satisfacere potuit, quapropter in sola fide passionis Christi omnem culpam remitti: pro damno verò, siue libidine deordinata, que finita est, emendam aliquidam & pœnam a Deo requiri, quam homo adiuuante gratia, & eius defectum supplente Passione Christi, utcunq; prestare possit, hanc semiplenam vocari, ut illam alteram plenam. Plura de Pœnitentia dici possint, sed hæc sufficere puto, ad ostendendum non esse causam, cur Vetus vel presens Ecclesia impietatis accusetur quasi hæc Doctrina contritionis, & satisfactionis aliquod merito Christi, & gratuita remissioni peccatorum detrahatur, neque rectè Ecclesiam infirmulari, quod doceat satisfactiões Canonicas esse necessarias ad redimendas pœnas aternas, nisi intelligas pœnas aternas redimi, quando his pietatis officijs pœna aterna, que impœnitentes & in sceleribus perseuerantes manet, euitetur, quomodo à Prospero dictum est. Quod, qui in se pœnam voluntaria animaduersionis exercent, temporarijs pœnis mutabunt aterna supplicia. Imo verò Paulus, an non disertè inquit? Quod si nos ipsos

ipſos iudicaremur, non utique iudicaremur, dum
iudicamur aut, à domino corripimur, ne cum hoc
mundo damnemur: itaq, ex Pauli ſententia, hac
noſtri caſtigatione, & caſtigationem diuinam,
& damnationem eternam euadimus: Nullo ve-
ro modo id ſcholasticis impingi poteſt, q̄ aperte do-
cent, condonationem gratuitam culpa & pœna a-
terna ſatisfactionem antecedere, ut quæ ad tēpo-
rarias tantum pœnas relaxandas, valeat: quod
autem has temporarias pœnas, quibus peccati ſor-
des in animo nondum perpurgato hærentes, eluun-
tur, etiam ad futurum ſeculum referat, in eo gra-
uiffimos, & antiquiffimos auctores, & longiffi-
mum Eccleſia uſum ſequuntur, nihilq, quod me-
ritò paſſionis Chriſti, quo ſola pœna & culpa ater-
na condonatur aduerſum ſit, et ut impium meri-
tis, & damnari debeat, aſſerunt, quamuis ab imperi-
tis, & ſuperſticioſis hominibus, multa ineptia, &
ſuperſticioſa afficta, & ſimplici populo perſuaſa
ſint, quæ grauore Concilio prudentiorum Paſto-
rum diſſimulari, & paulatim in deſuetudinem,
& obliuionem adduci debeant, Qua de re infra
quoq, dicendi locus erit cum in articulo de Miſ-
ſa pro ſpiritibus deſunctorum agetur.

De Indulgentijs.

Ex hoc rituſ Canoniarum pœnarum, quæ
publicè pœnitentibus ad certi tēporis præſcriptū
impo-

*imponerentur, nata sunt Indulgentia. Fas enim
erat, Episcopis animaduersa vel diligentia vel
impotentia, & infirmitate poenitentia huma-
nius, & mitius cum illo agere, & de tempore
illo, & rigore poenarum aliquid detrabere &
imminuere: quae poenarum Canoniarum immi-
nutio, & relaxatio, Indulgentia dicebatur, quae
hodie ad priuatas quoque satisfactiones tradu-
cta est, & ab Episcopis ad solum Pontificem Ro-
manum, plenum indulgentiarum tribuendarum
ius delatum, circa quarum usum, & praxim
optimi quique correctionem, & praxim
sieri desiderarunt, ut quae, parum dextrè tra-
ctata huius dilacerationis Ecclesiae, praecipuam
occasionem dederè. Hic optandum esset, ut Pon-
tifices, publice paci aliquid concedant.*

Vide Con-
cil. Niceni
Cap. 11. Et
Ancyani
Cap. 5.

ARTICVLVS XIII. DE VSV SACRA- mentorum.

ARTICVLVS 13. DE SACRA-
mentis multo magis ad concordiam
faciet, si verbis libri ad compositi-
onem Religionis Ratisbonae propositi
exponatur, quae & dictione, ad formam huius
Confessionis proximè accedunt, & quae in ea for-
ma desiderantur, ex sententia Uniuersalis Ec-
clesiae.

deſte pulcherrime ſupplent, ſicut ipſe Eccius
 libro aliquot locis iniquior, hic illum rectè &
 Catholice ſentire aſſerat. ſic autem habet
 liber: Conſtat ſacramenta duabus potiſſimum
 de cauſis diuina auctoritate inſtituta eſſe, Una,
 vt eſſent ſignacula, & velut reſſera quedam
 huius magne congregationis, qua eſt Eccle-
 ſia: nam (vt Auguſtinus inquit,) in nullum
 nomen aut verum, aut falſum coagulari homi-
 mines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel ſa-
 cramentorum viſibilium conſortio colligantur.
 Quamobrem Dominus IESUS CHRISTUS
 leui iugo ſuo, & leui ſarcina nos ſubdens, Sa-
 cramenti numero pauciſſimis, obſeruatione fa-
 cillima ſignificatione preſtantiſſimis, ſocietatem
 noni populi colligauit: Altera vt ſint certa & ef-
 ficacia ſigna, voluntatis & gratia Dei erga nos,
 & proinde non ſigna, vt tantum ſignent, ſed vt
 ſanctificet & nos de accepta gratia certiores effi-
 ciant, vtq; in nobis fidem excitent et ad mutuam
 dilectionem, ſanctos, & Chriſtianos mores prouo-
 cent, & inhortentur. Porrò Sacramenti pleniſſi-
 ma definitio eſt Hugonis de ſancto Victore: Sa-
 cramentum eſt materiale quiddam ex inſtitu-
 tione ſignificans, & ſimilitudine repræſentans, &
 ex ſanctificatione continens gratiam ſpiritua-
 lem: quod aliter dici poteſt, Sacramentum eſt ſi-
 gnatum a Chriſto inſtitutum, ad ſignificandam
 & con-

& conferendam gratiam spirituales, quam similitudine quadam representat. Quod dicitur in Confessione, fidem in usum sacramentorum accedere debere, extra controuersiam est, si ad adultos referatur, & si intelligatur, fidem requiri non quidem ad veritatem Sacramenti, sed ad utilitatem percipientis, alioqui verè dixit Augustinus: Non interest cum de Sacramenti integritate, & veritate tractatur, quid credat & quali fide imbutus sit ille qui accipit Sacramentum, interest quidem plurimum ad salutem, sed ad Sacramenti quæstionem nil interest. Quod ad infantes attinet, & de opere operato, supra ad octauum articulum dictum est.

DE NUMERO SACRAMENTORUM.

Iamdudum ordo postulabat, ut de Sacramentorum numero aliquid diceretur, sed in ijs negotiis esse puto, quod & olim Lutherus scripserit, non damnare usum & morem in Sacramenti Ecclesia nunc vsitatum, neque se negare neque damnare Septem sacramenta, licet ea ex scripturis probari non posse existimauerit, & Philippus Melancthon in locis suis communibus posterioribus scripserit, se non rixaturum cum quoquã de numero Sacramentorum, & in conuentu Ratisbonensi nullam, ea de re controuersiam fuisse legitimam.

De Capti
Baby. Et in
Respon. in
Ar. Extract.
ex Captiu.
Babylon.

In hoc certè controuersia nulla est, duo esse precipua salutis nostrae Sacramenta, in quibus principaliter salus constat, & percipitur, quomodo loquuntur Rubertus Tuitiensis, & Hugo de sancto Victore, nempe sacrum Baptisma, & Sacramentum corporis, & sanguinis Domini, Baptismati tamen ab Isidoro, & cum sequuto Rabano, & Hugone de sancto Victore, Sacramentum impositionis manuum seu Chrysmatis, & confirmationis adiungitur, quo fit, ut apud paulo vetustiores inter Sacramenta proprie dicta nunc duo Sacramenta ponantur, ut Baptismus, & Eucharistia: nunc tria, cum Baptismati Chrysmatis confirmatio adiungitur, nunc verò quatuor, cum corpus & sanguis Domini, in duo Sacramenta secantur, quod aperte fit à Rabano, qui lib. 1. de institutione Clericorum quatuor disertè Sacramenta numerat, reliqua verò Sacramenta, nullo numero ab illis antiquioribus scriptoribus comprehensa legimus, nec temerè quemquam repperias ante Petrum Lombardum, qui certum aliquem & definitum Sacramentorum numerum statuerunt, ad quem numerum statuendum potesteros mysterium huius etiam in diuinis literis celebratissimi numeri, induxisse videntur, Cum verò iam aliquot seculis, praesertim apud Latinae ecclesiasticae, ad hunc septinarium numerum in scripturis diuinis celebrem redegit, merito eius rei

H

causa

De Victor.
verbi Dei
lib. 12. cap.
11. Hugo.
part. octa.
ua cap. 2.
de Sacra-
mentis.

causa contentendum non est, praesertim cum reli-
 qua illa actiones sacrae, quae his praecipue sacramen-
 tis annumerantur, & de diuinis literis testimo-
 nia habeant, & à veteribus sacramenti nomi-
 ne peculiari quadam ratione ornata legantur,
 quamuis & extra hunc numerum quadam sunt in
 Ecclesia celebrata signa, quae & ipsa latioris vo-
 cis notione, Sacramenta nonnunquam dicuntur.
 Et de his quoque septem sacramentis certum
 est, ne ipsos quidem scholasticos existimasse, om-
 nia ea, aequè proprie sacramenta vocari. Nam
 & de confirmatione quidam scripserunt, grati-
 am confirmationis, non esse uniuocè gratiam cum
 illa ut quae ideo tantum instituta sit, ut habitum
 fidei fortiolem reddat, non autem, ut habitum
 digniorem reddat vita aeterna. De Matrimo-
 nio verò, non modo Petrus Lombardus negauit
 in eo gratiam conferri, sed longè post eum Du-
 randus disertè inquit, Non esse matrimonium
 uniuocè sacramentum, sicut alia sacramenta
 nouae legis, nam nec conferre gratiam non habent
 ii: non esse itaque sacramentum proprie, & stri-
 ctè dictum.

Holcot.
 apud Pe-
 trum de Ali-
 aco. in 4.

In quartū
 Dist. 2.
 Quaest. 3.

ARTICVLVS XIII.

DE ORDINE ECCLE-
 siastico,

QUOD

QUOD DECIMO QVAR-

to Articulo docetur, de ordine Ecclesiastico, neminem debere in Ecclesia docere nisi ritè vocatum, merito probatur. Iam quoad Sacramenti nomen attinet, in Apologia aiunt, Si ordo de ministerio verbi intelligatur, haud grauatim vocaturos se ordinem Sacramentum, cum habeat mandatum Dei, & promissionem: quamquam quod de ministerio verbi dicunt, quo minus ad vniuersum ministerium Ecclesiasticum referri debeat, nil prohibet, quod ministerium in lib. ad compositionem religionis proposito his capitibus comprehenditur: potestas predicandi verbi, consecranda Eucharistia, administrandi sacramenta, ordinandi omnia in Ecclesia ad aedificationem & coercendi rebelles, ac criminosos, cui toto articulo in hoc sacramento ordinis, nil in cōuentu illo Ratisbonensi oppositū lego. Desiderauit hoc tantummodo Eccius, vt explicaretur in quibus ordinibus manū impositio adhibēda sit, scil. in diaconatu, Presbyterio, & Episcopatu, quamquam an Episcopatus inter ordines ponēdus sit, inter Theologos & Canonistas nō cōuenit. Cōuenit aut̄ inter omnes olim Apostolicorū etate, inter Epōs & Presbyteros discriminē nullū fuisse, sed postmodū ordinis seruādi, & schismatis enitādi causa, Episcopū Presbyteris fuisse p̄positum, cui soli Chyrotomia, ordinandi potestas seruata sit. Cōstat etiā sacros

ordines proprie dici Diaconatum, & Presbyteratum, ut quos solos primitiua Ecclesiam in vfu habuisse legatur, id quod testatur Urbanus Papa, & annotauit Chrysostomus, & Ambrosius Epistola Pauli ad Timotheum priorē, ex eo quod Episcopi ordinationi statim diaconi ordinationē subiiciat, ad minores vero ordines quod attinet, qui olim quinq; se ordine consequentes memorari consueuerunt, hi sanē praesente tempestate, neglectu omni disciplina & politia Ecclesiastica, prorsus confusi sunt, & eorum officia propemodū cessarunt, etsi vestigia quaedam in frequentioribus Ecclesijs in pueris & Adolescentibus, minorum quaedam Ecclesiastica officia obeuntibus cernuntur, Subdiaconi verò, & Diaconi officio ut plurimum Presbyteri funguntur, utile tamen esset pueros aliquot communibus Ecclesia sumptibus ali, ad ministerium Ecclesiasticum destinatos, qui tamquam tyrones, ad grauiora in Ecclesijs officia instituantur & exercentur, requirit item in libro proposito Eccius mentionem Vnctionis, de qua, si caetera rectē habeant, contentione non futuram spero. Illud autem ad omnem, quae de hoc articulo existere possit, cōtrouersiam praecidendam imprimis conducterem puto, si multitudi illa, & turba inutilium sacerdotum minuatur neq; alij eligantur vel ordinentur, quam quibus ad ministerium Ecclesiasticum opus est, hoc est, praeter Episcopos, per singulas Ciuitates ampliores

pliores, territoria (qua dioceses dicuntur) Presbyteri seu Pastores, qui singulis Ecclesijs, (quae nunc parochiales vocantur) praesint, cum uno aut altero coadiutore, qui alibi Capellani, alibi Visitatores dicuntur, qui & in officijs Ecclesiasticis Diaconorum vices obire poterunt, ut iam ferè receptum videmus, quapropter iam olim, ex quo tempore singulis titulis sine Ecclesijs sui ministerii assignari coeperunt utiliter, cautum est, ut nemo absolute, & sine titulo ordinetur, neque satis est, inanis tituli nomen praefere, sed talem esse titulum oportet, qui necessarij alicuius ministerij munus adiunctum habeat. Item, illud cauendum erit, ut idonei tantum, ad Ecclesiae ministerium & potissimum verbi diuini praedicandi munus eligantur, qui non verbis tantum, sed etiam exemplis populo praere possint, & non ea, quae recte docere videntur, contraria actione destruant, & enertant: nil enim nocentius, tum in Republica, tum in Ecclesia quam cum qui alios docent, eadem culpant & faciunt, recte itaque Innocentius: In integras praesidentium salus subditorum, & quomodo poterit sal fatuum insulsa condire, & in Decretorum lib. recte praecipitur, tales ut ad ministerium eligantur Clerici, qui digne possint Dominica Sacramenta tractare, melius enim esse Domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inuites. His consentit Innocentius 3. Sanctius

Concil.
Calcedon.
Can. 6.

est (inquit) maximè in ordinatione sacerdotum paucos bonos, quam multos malos habere ministros, quia si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam prolabuntur. Sunt autem in his ordinibus Ecclesiasticis, dignitatum & officiorum quidam gradus, ut inter Presbyteros, Archipresbyteri, & Episcopi: inter Episcopos verò, alij Patriarchæ, alij Primates, qui olim Archiepiscopi, alij Metropolitæ, qui nunc Archiepiscopi dicuntur: inter Diaconos verò, Archidiaconi, &c. qua distinctio nō modo utilis, sed ad politiam Ecclesiasticam conseruandam propè necessaria est, si modo quod fieri potest, caueatur, ut unusquisque officio suo, quod illi dignitatis suæ ratione ex prima institutione incumbit, satisfaciatur, ut illi ceterè meritò reprehendendi sint, qui odio abusu suum, in his ordinibus, & dignitatibus uniuersum hunc ordinem, quem Hierarchicon appellant, ut nunc unum Antichristi sublatum volunt. Hi sanè non modo Ecclesiastica paci, sed etiam Ecclesiastica Politia, qua in tanta regionum, & prouinciarum multitudine, & amplitudine, sine hac ordinum, & graduū distinctione vix retineri potest, pessimè consulunt. Nec minus illi accusandi, qui inani titulo inflati, eoque ad Dominatum quendam, vel etiam ad cupiditatem, & auariciam abutentes, neglecto quod Ecclesie debent officio, hominibus etiam non malis, huic Ecclesiastico ordini detrahendi, & ab eo deficiendi occasiōem dederunt.

ARTICVLVS XV.

DE RITIBVS ECCLE-
siasticis.

DECIMO QVINTO ARTI-
culo peculiariter agitur, de traditi-
onibus, & ritibus Ecclesiasticis, de
quibus supra articulo septimo ali-
qua ex parte dictum est: sed quoniam rursus in
hoc loco de his disputatur, pauca quae pro tempo-
re sufficere putabuntur, hic dicemus.

Hic Articulus, alijs locis ab auctore distinctus
explicatur. Constituit enim tria genera constitu-
tū humanarū quorum primū est, cum praeci-
tur aliquid, quod nō potest sine peccato praestari,
quae traditiones auctoritate diuina sunt violāda,
quae praecipitur Deo magis obediendum quam
hominibus, ut de propagatione Missarum, cultus
sanctorum. Hoc genus traditionū notatur in hoc
articulo, cū ait: eos ritus seruandos, q̄ sine peccato
praestari possunt, indicans aliquos esse ritus in Ec-
clesiā, qui sine peccato seruari nequeāt: q̄ si verū
est, nemo Christiane, & Euangelica puritatis
amans huiusmodi traditiōes, & ritus pbabit, sed
quae adferuntur exēpla, de ijs separatim mox erit
dicendi locus. Fatendū enim est, tum in instituto
caelibatus, tū in celebratiōe Missarum, tū etiā in
cultu sanctorum, quaedā irrepsisse, quae correctiōis
indigent: attamē in ijs ipsis, si moderatio ex mente

In 14. ad
Roma in
Confess.
Saxon.

Ecclesia seruetur, nihil inesse impietatis constabit. Secundum genus traditionum ponitur, quae constituuntur de rebus adiaphoris, & habent vilem finem politicum, de quibus in hoc articulo Confessionis dicitur, seruandos illos ritus, qui profunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in Ecclesia. sicut certa feria, cantiones, admonendos esse homines de talibus ritibus, ne conscientiae onerentur, tanquam talis cultus ad salutem sit necessarius. In hoc non dubito, quin saniores omnes accedant, praesertim si hoc addas quod alibi ab ipsis conceditur, peccare eos qui petulantur, & cum scandalo has ceremonias seruientes Euangelij ministerio violant, In Confessione Saxonica, & Luther: de lib. de Concil. & Ecclesia. reprehendit eos, qui ceremonias, quae profunt ad disciplinam & ordinem gubernationis in Ecclesia, superbe & contumaciter contemnunt, nam eos ausuros etiam contemnere sua piores leges, siue diuinas siue humanas. In tertio genere collocantur etiam traditiones, de rebus indifferentibus, quibus accedit opinio cultus meriti aut necessitatis, quae opinio accedens ex adiaphoris faciat impias, quare illas esse violandas, ut opinio illa corrigatur. Ita Philipp. in 14. ad Roma. exempla ponuntur, delecti ciborum, statuta ieiunia &c. haec commemorantur in hoc articulo, cum dicitur, Admoneri homines quod traditiones humanae institutae ad placandum Deum & promerendam gratiam, & satisfaciendum pro peccatis, aduersentur Euangelio, & doctrina fidei

Hoc certè traditionum genus, non video, cur tam accuratè à superiore genere distingui debeat, nã si dicas illas esse vtililes ad ordinem in Ecclesia seruandum, certè & hac vtilitatis, et disciplina causa instituta sunt, & vsum non contemnendum, habere possunt, si legitimè seruentur. quare si de tracta falsa opinione necessitatis, & iustitia illarum seruari possint, cur minus idem hisce constitutionibus conueniat, causam non video? cum præsertim vtriusque generis ceremonia natura sua indifferentes esse concedantur, hoc tantummodo est discriminis, quod hac facilius ad superstitionem, & abusum trahi possint, quem sane nemo vero Catholicus probat. Quod autem videntur eo nomine has traditiones à superioribus separare, quod hæc institute sint ad placandum Deum, promerendam gratiam &c. & quasi opinio cultus, & meriti necessario his adiuncta sit, non satis sententiam Ecclesiasticorum obseruasse, vel certe dissimulasse videntur, nam ut supra quoque ostendimus, nemo his obseruationibus ieiuniorum, tenuioris Viæ seu discriminis ciborum hoc tribuit, quod ex se mereantur gratiam aut remissionem peccatorum, aut quod in illis collocanda sit fiducia vel opinio iustina, sed ut hac disciplina caro in obsequium spiritus redigatur, ut facilius legi Dei obtemperet &c. ita enim Theologus qui legi Italus acutus, & eruditus: Patres (inquit) orthodoxi & ministri Ecclesie non ordinant ri-

tus, ceremonias, decreta, & constitutiones, ut
 per illa paretur, & proprie acquiratur iusticia
 quam DEUS nobis gratuito communicat per
 Christum: sed potius, ut omnia fiant cum decoro,
 atq; ut facilius contineantur homines in studio
 religionis, & nobis quasi pedagogia quedam
 sint ad Deum Patrem & in dominum nostrum
 Iesum Christum: hæc ille: in quam sententiam
 reliquos omnes convenire video. Quæ verò de o-
 pinione necessitatis obijciuntur, quasi huiusmodi
 constitutiones Ecclesie, de ieiunijs, & discrimi-
 ne ciborū legibus divinis exequentur, satis vel ex
 ipsis scholasticis scriptoribus refellitur. Tradit
 enim Gabriel Biel, antecedentium se scholastico-
 rum interpres fidelissimus ex sententia Thomæ,
 præcepta ecclesie positiva, non eodem modo obliga-
 re quo præcepta divina vel natura. Nā præcepta
 divina sunt de ijs, quæ ordinantur ad virtutes, &
 ijs præcipiuntur, q̄ per se neq; semper sunt bona sed
 possunt esse mala &c. Quare intentio legislatoris
 nec est, nec esse debet, ut semper observetur præ-
 ceptum: itaq; ob causas rationabiles huiusmodi
 statuta solvi posse, tum autem esse causam ratio-
 nabilem, cum cessat ratio legis: ratio autem statu-
 ti de Ieiunio est, ut caro coerceatur, quæ propter
 Ieiunium seu abstinencia, qua natura ledatur po-
 tius, quam ut caro spiritui obsequens reddatur, ut
 usque adeo non exigatur, vel commendatur, ut
 etiam ad homicidij crimen referatur. Vide Tho-
 mas

Thomam 2. 2. *Quæstio. 14. Articuli. 1. &c.*
 141. Non tamen (inquit) ratio recta tantum
 de cibo subtrahit, ut natura conservari non
 possit, quia Hieronymus dicit: Non refert, utrum
 magno vel parvo te interimas, quia de rapina
 holocaustum offert qui vel ciborum nimia
 egestate, vel manducandi vel somni penuria
 immoderata corpus affligit. Quare de his sta-
 tutis (ἐπιεικεία) præscribitur ab eodem Tho-
 ma, & alijs sanioribus scholasticis, Ieiunium
 absolute consideratum non esse de necessitate
 præcepti, sed ijs tantum, qui tali remedio indi-
 gent: tradunt autem tum demum harum consti-
 tutionum observationem, ut abstinentia, & Ie-
 iunij, virtutis rationem obtinere, si per ratio-
 nem ordinentur ad aliquod bonum honestum:
 veluti Ieiunium assumi, primum ad concu-
 piscentiam carnis refranandam: secundo ut
 mens sublimius eleuetur ad contemplanda di-
 vina, Daniel. decimo: tertio ad satisfaciendum
 pro peccatis: Unde dicitur Iob. 2. Converter-
 timini ad me in toto corde in Ieiunio & fletu.
 Quod autem de satisfactione dicitur, referen-
 dum tantum est ad poenas temporarias, de quibus
 Paulus: Si nos ipsos iudicauerimus, &c.
 Quare cõsentaneè his Erasmus, rectè Ieiunium,
 & delectum ciborum, ad duo valere dixit, pri-
 mum ad domandam corporis lasciviam, deinde ad
 plura

placandam iram diuinam, ut cum videt nos, de
 nobis ipsis pœnam sumere, ipse remittat vindi-
 ctam. Hæc si diligentius obseruentur, facile ap-
 parebit huiusmodi constitutiones, diuinis & apo-
 stolicis literis non aduersari, quibus dicitur: Ne-
 mo vos iudicet, in cibo, & potu, nam hæc de lu-
 daica obseruatione dicuntur, qua hæc obser-
 uatio perpetua, & inuiolabili lege sancita srede-
 batur, non de libera & Christiana obseruatione,
 qua pietatis promouenda causa ad tempus susci-
 pitur, Quare huiusmodi traditiones, si intra suos
 fines contineantur nec mera sunt hominum mā-
 data, propter qua irrita fiant præcepta diuina,
 sed præceptorum diuinorum obseruationi serui-
 unt, itaque illis minimè obijci potest, quod Chri-
 stus Phariseis: Frustra me colunt, docentes præ-
 cepta, & mandata hominum. His ita considera-
 tis, nullum penè in hoc quoque tertio genere, diffi-
 dy locum relictum esse video præsertim cum in
 Confessione Saxonica hoc modo scriptum lega-
 mus. Non vituperamus ieiunia, sed supersticio-
 sas opiniones, & laqueos conscientiarum in tra-
 ditionibus, porro hæc exercitia, cum ad illum fi-
 nem referantur, ut habeamus corpora obnoxia
 ad eos spirituales, & ad faciendum officium,
 iuxta vocationem, sunt in pijs bona opera, ut te-
 statur Danielis exemplum, sunt enim opera,
 qua ad hunc finem requirit DEVS, ut carnem
 coerceant. Idem affirmatur in quadam disputa-
 tione

lione Philippi Melanchthonis: *Exercitiorum*
 finis immediatus esse debet, ut coerceat carnem,
 nem ut sobrius, magis idonei sumus, ad orandum,
 cum ad hunc finem destinata sunt haec exercitia,
 sunt bona opera, & praecepta à Deo, sunt autem
 haec exercitia cultus Dei, cum ad debitum finem
 referuntur, sunt enim bona opera, porro in pijs bo
 na opera omnia sunt cultus DEI &c. et habent
 haec opera praemia, ut testatur exemplum Danie
 lis, Recte autem concluditur in eadem Disputa
 tione, haec corporalia exercitia, res esse minimas,
 si conferantur ad magnitudinem spiritualium
 rerum, sed res esse maximas, et summo studio re
 sinendas, si infirmitas hominum consideretur, &
 contra mandatum Dei facere, qui hanc discipli
 nam excothunt, Non erunt igitur, ieiunia eccle
 siastica, & quae his seruiunt, certorum quorundam
 ciborum ad tempus abstinentiae vituperanda,
 & impietatis tradiscenda, si modo superstitiosa
 illa opiniones tollantur, & ad finem utilem refe
 rantur: qui finis, si modo cum vera pietate serue
 tur, non erit tantummodo politicus, sed etiam a
 ctus virtutis, quo Deus colitur ut reliquorum bo
 norum operum, atque vim habent, non ex eo,
 quod sunt Ecclesiastici statuti, hoc est, quod hoc
 vel illo die potius ieiunetur, (nisi quod obedientia
 maiorum DE O placeat) neq; ex ipso genere ope
 ris, hoc est, quia ad certum tempus, & à certis ci
 bus abstinenceatur, sic enim opus indifferens est, sed
 quia

quia pio proposito, hoc est, carnis in obsequium spiritus
 virtus redigenda causa, suscipiuntur. In Apologia
 quoque, ex Epiphania duo fines traditionum ponun-
 tur: probare enim eum traditiones factas dicitur
 εὐχαρείαν ἢ διὰ τὴν πολιτείαν, hoc est, ad coer-
 cendam carnem propter disciplinam rudium,
 aut propter politicum ordinem. Subiicit autem
 Apologia: Et nos propter has causas seruari pos-
 se traditiones iudicamus, ut populus sobrius in-
 tersit sacris, sicut Iosaphat, & Rex Ninui-
 tarum, ieiunia indixerunt. Manifestum
 est autem Iosaphat, & Ninuitas ieiunia in-
 dixisse, non modo ut hac disciplina aptiores
 reddantur animi, ad res diuinas obeundas,
 sed etiam, ut hac mentis humilitatione, & car-
 nis castigatione, ira DEI mitigetur, & eius
 misericordia imploretur. Non igitur satis apte
 & consentaneè alio loco, ab hoc eodem, Au-
 ctore exemplum Ezechie adducitur, serpen-
 tem, eneam ob superstitiosum cultum populi
 confringentis, ad ostendendum omnes huiusmodi
 ritus, qui non sunt moris politici, propter ad-
 iunctas impias opiniones, simpliciter esse tollen-
 dos, ut opinio illa falsa corrigatur, quasi uero fal-
 sa illa opinio, nisi rebus ipsis sublatis esse tolli
 possit, & constet, sublatis illis superstitiosis o-
 pinionibus, non contemnendum esse, illarum
 traditionum usum, in fideli populo, si ad le-
 gitimos fines referantur. Quod si statim ob
 falsas

falsas opiniones, quibus ritus essent tollendi, nil fe-
re in toto externo Dei cultu, ac ne ipsa quidē sa-
ramenta in tuto essent. Quare cum iam mani-
festum sit, has traditiones, de ieiunijs, & delectis
ciborum, non modo sine peccato, sed etiam cum
fructu pietatis servari posse, etiā ipsius Confessi-
onis confessione concluditur, servandos esse, cum
etiam profint ad publicam tranquillitatem, eo
quod illarum importuna violatio, publicam Ec-
clesia pacem, & tranquillitatem perturbet.
Quid? quod Lutherus & Bucerus principes hu-
ius cause aperte scribunt, se publica pacis causa
non detracturos, cur minus ceremonias & traditio-
nes in Ecclesia Romana iam longo usu receptas
communiter obseruent his conditionibus, ut doctri-
na Evangelij de Iustificatione gratuita per fidem
Christi, sincere tradatur, nec in illarum traditio-
nis observatione, iustitia et fiducia salutis colloca-
tur, nec ut diuina precepta pena mortalibus pro-
pina, exigantur, et de vero illarū usu populus insti-
tuatur: atq; in numerum harum ceremoniarum
collocant, non ferias modo & cantiones: sed eti-
am ieiunia, & ciborum delectus, de qui-
bus nunc agitur, adhec ceremonias in Bapti-
smo, & Missis vulgo obseruatas, ut, ex-
orcismos, & exufflationes, indumenta missati-
ca, Luminaria &c. eius generis. At contra dis-
sidentium non est, nonnullos fuisse homines, su-
perstitiosos & imperitos, qui his saluberrimis

constitutionibus ad salutem hominum factis, ad
 tyrannidem & laqueum conscientiarum abusi
 sunt, qui grauissimi abusus, cura Episcoporum
 & Ecclesie Praefectorum corrigi debent, atque
 etiam multi ex vulgo fuere, qui in externa ha-
 rum traditionum obseruatione institiam, & fide-
 tiam collocarunt, neglectis interim vera, & in-
 terna pietatis quibus illa seruire debebant, offi-
 cijs, neque desuere qui praepostera aestimatione,
 has traditiones praeceptis diuinis non modo aequa-
 re: sed praeferre sunt ausi, ita ut propter eas gra-
 uiora legis praecepta, ut charitatis & misericor-
 diae neglexerint, & earum quacunque de causa
 transgressionem violatione diuinorum mandato-
 rum grauiorem iudicarint, quae certè traditiones
 hoc modo seruatae, mandata hominum dici possi-
 sint, & in eos recte torqueri, quod Christus in-
 quit Pharisaeis: Populus hic labijs me honorat,
 cor autè eorum longè est à me, Frustra me colunt,
 docentes praecepta & mandata hominum, Sed
 his erroribus saniore doctrina occurri debet, quae
 verum usum harum traditionum & ceremoniarum
 bona fide populis tradat. Erasmus alicubi
 conqueritur idque fortassis non immeritò, totam
 ferè religionem haecenus redactam fuisse ad Ce-
 remonias, & vigorem Euangelicum propemodùm
 per eas fuisse antiquatum, remedium autem ali-
 quod ostendit, cum ait: Nullum esse verè piuum,
 quin si rem attente consideret, mallet in his rebus
 obli-

obligationem versam in exhortationem, ut nunc
quidem sunt tempora minus esset laqueorum, &
plus esset ex animo ieiunantium, maxime si in vi-
ta sacerdotum reluceret exemplum abstinentia,
temperantiaq³³, Christiana sed finem facio, plura
quae huc faciunt, legi possunt apud Hoffmeiste-
rum ad hunc articulum, et in Defensione libelli
De officio pij viri.

ARTICVLVS XVI.

DE MAGISTRATV ET RE- bus Ciuilibus.

IN DECIMO SEXTO ARTI-
culo, in quo de Magistratu & rebus
ciuilibus agitur, omnibus modis pro-
bandum est, quod docent: legitimas or-
dinationes Ciuiles esse bona opera DEI, quod
Christianis liceat gerere Magistratum, sup-
plicia iure constituere, iure bellare, militare, lege
contrahere, &c. tantum quaestio restat de officio
& potestate ciuilis Magistratus in rebus Ec-
clesiasticis, in qua utrimq³, modus exceditur, alijs
parum, alijs nimium potestati Ciuili tribuenti-
bus, cum alijs ab omni procuratione rerum Eccles-
iasticarum Principes & Magistratus remo-
neant, alijs totam Ecclesiasticam administratio-
nem Principum & Magistratus Ciuilis potesta-
I ti sub.

ti subijciant. Illud autem in hac *Quaestione*
 extra controuersiam esse debet, non minorem
 esse nec inferiorem potestatem Imperatoris &
 Regum, seu principum Christianorum, in Re-
 pub. Christiana, quam olim priscorum regum
 in republica Israelitica, quorum quod munus in
 diuina lege conseruanda & cultu diuino promo-
 uendo fuerit, satis ex diuinis literis est manife-
 stum, nam ipsis Deuteronomij lectio ipsa lege di-
 uina commendatur, non modo, ut eo lecto ipsi vi-
 tam suam priuatim rectè pieq; instituant, sed
 ut leges diuinas sanctas & inuiolatas conser-
 uent, id certè piorum Regum, qui in diuinis lite-
 ris commendantur exempla aperitè declarant,
 qui comperta ex diuina lege voluntate domini,
 sacerdotibus & Leuitis mandarunt ut Dei cul-
 tum in templis ad prescriptum diuinae legis in-
 staurarent, & ab omnibus sordibus emunda-
 rent, ordinem sacerdotum & Leuitarum con-
 fusum & dissipatum composuerunt, officium
 quemq; suum exequi iusserunt, Sacerdotes Leui-
 tas & principes per uniuersum regnum suum mi-
 serunt qui allato secū libro legis populum ex eius
 prescripto instituerent &c. quorum piorum, re-
 gum praecleara instituta pii reges Christiani se-
 culo imitati sunt, ut: Constantinus, Theo-
 dosius, Iustinianus, Carolus & cet. quorum
 diligentia & vigilantia in rebus Ecclesiae con-
 stituendis, tum in historijs Ecclesiasticis, tum

Vide Ga-
 briel Biel
 in Canon.
 lect. 756

2. Para. 17.
 & 9 4.
 Reg 18.
 2 Para 29.
 & 31.
 4. Reg. 22.
 & 23 &
 Paral. 39.

in saluberrimis legibus, quas de rebus Eccle-
 siasticis tulerunt, satis apparet. Itaque co-
 rum Imperatorum, & principum officium iam
 vltimum habitum est, rebus Ecclesie turbatis, con-
 cilia Antistitum, Ecclesie, & doctorum in
 diuinis literis virorum conuocare, que ad con-
 stituendam Ecclesie pacem pertinent, dili-
 genter inquirere, officij sui Ecclesiasticos quo-
 que viros in tollendis falsis cultibus & synce-
 ra doctrina propaganda commonescere, atq;
 ad id persiciendum operam quoque suam ad-
 iungere, Ecclesie disciplinam legibus communi-
 re, transgressores diuinarum & Ecclesiastica-
 rum traditionu, & turbatores Ecclesie pacis co-
 ercere, de hoc Principum officio, & historia Ec-
 clesiastica, & Ecclesiasticorum scriptorum libri
 pleni sunt. August: de correc. Donatista: Cum
 nondum Reges domino seruirent, temporibus A-
 postolorum & non utiq; tunc potuerunt impietatis
 legibus prohiberi. Postea vero cepit impleri quod
 scriptum est: Et adorabunt eum oēs Reges terra, Epist. 13:
 omnes gentes seruient ei. Quis mēte sobrius Regi-
 bus dicat? nolite curare in regno vestro à quo in-
 eatur, vel oppugnetur Ecclesia Dei vestri. Leo
 Papa ad Leonem Augustum: Debes incunctan-
 ter animaduertere Regiam potestatem tibi non
 solum ad mundi regimen, sed maxime ad Eccle-
 sie presidium esse collatā, & Iustinianus: Si leges
 I 2 (in:

In Nouell:
 Const. 124:

(inquit) ciuiles, quarum potestatem fidei nostrae Deus pro suo erga homines amore concredidit, firmas ac stabiles cōseruari ad subditorū securitatem studemus: quanto plus studij debemus circa sacrarum regularum et diuinarum legum obseruationem reponere, quae pro salute animarum nostrarum definita & constituta sunt, Gregorius I. Reccarredum regem Gotthorum collaudat, quod per eius excellentiam cuncta Gotthorum gens ab errore Arrianae heresis in fidei recta soliditatem translata sit, & Isidorus Cognoscent (inquit) Principes seculo, se Deo debere esse redituos rationem propter Ecclesiam, quam a Christo tuendam susceperunt, nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiae per fideles Principes siue soluatur, ille ab eis rationem exiget qui eorū potestati Ecclesiam suam tradidit. Neq; huic officio Principum quoq; detrahatur Officium exemplum sacerdotum officio in adolendo incenso usurpatis, & ob eā causam lepra percussis diuinitus, neq; enim id agitur, ut ipsi principes, & Magistratus propria sacerdotum officia, quae sunt praedicandi sacramenta administrandi, inuadant, sed ut eos in officio suo contineant, & ad illud exequēdum non solum auctores illis sed etiā auxiliatores sint, neq; ad rem pertinet, quod in ouium numero Pastores quoq; collocentur, qui se totos pastorum curae committere debeant, nam in diuinis literis reges non omnes modo, sed nuntij etiam Ecclesiae appellantur, quibus

qui ut ipsi nec oues pascere nec de pabulo de se
iudicare debent, tamen ouibus de idoneis pastori-
bus prospicere, & ut illis idoneum pabulum sup-
petat, prouidere tenentur.

ARTICVLVS XVII. DE SECUNDO CHRIS- ti Aduentu.

ARTICVLVS DECIMVS
septimus, de secundo CHRISTI
aduentu, nullam inter partes con-
trouersiam habet.

ARTICVLVS XVIII. DE LIBERO HOMI- nis arbitrio.

ARTICVLVS DECIMVS
octauus, De libero hominis arbitrio,
plane cum Ecclesiastica doctrina con-
sentit, cum docet, quod humana vo-
luntas habeat aliquam libertatem, ad efficien-
dam civilem iustitiam, & deligendas res rati-
oni subiectas: sed non habet vim sine spiritu san-
cto efficienda iustitia Dei, seu iustitia spiritualis,
sed hæc fit in cordibus cum per verbum SPI-
RITVS sanctus concipitur. Summa autem hu-
ius controuersie, quæ & olim & hodie de libero
arbitrio extitit, in eo consistit, quid valeat

I 3

libe-

Vide Aug.
de gratia
& lib. arbi.
ad Valent
Cap. 13.

liberum arbitrium seu voluntas ad iustitiam
coram D E O consequendam? Sanè ortho-
doxi semper contra Pelagianos, & Manichæos
contenderunt, iustitiam qua iustificamur co-
ram Deo attribuendam esse non virtuti liberi ar-
bitrii, seu voluntatis per peccatum vitata, sed
singulari gratia dei non quam habemus ex natu-
ra, in qua creati sumus, qua nobis cum infidelibus
& impijs communis sit, sed ea gratia qua est per
fidem Iesu Christi, que tantummodo eorum est,
quorum est ipsa fides, qua gratia non noua volun-
tas creatur, neq; inuita voluntas cogitur, sed infir-
ma sanatur, deprauata corrigitur & ex mala in
bonam cōuertitur, ac interiore quodam motu tra-
hitur, vt ex nolente volens efficiatur, & diuina
vocationi libenter consentiat, & postea eadem
cooperante diuina voluntati obediat, & in bonis
operibus per eandem gratiam perseueranda, ex
eadem gratia hereditatem regni celestis adeat.
Summa huius orthodoxæ doctrinæ breuiter com-
prehenditur in Concilio Arausicano 2. q̄ quasi
compendium est omnium eorum qua passim apud
Augustinum, & alios diffusè leguntur, atque
utinam in hac simplici explicatione qua diuinis
litteris, & orthodoxæ doctrinæ consentanea est, &
ad pietatem sufficit, permaneat, & inuiles ac
infinita quæstiones de necessitate, & auerſione
e medio auferantur, hanc enim doctrinam
de gratia Dei & libero arbitrio, saniores quoq;
scholæ.

Scholastici aduersus Pelagianos strenue defende-
 runt. in quibus est Thomas Bruardinus suo tem-
 pore Doctor profundus appellatus. qui egregi-
 um volumen, (quod summam appellat) aduer-
 sus Pelagianismum sua etate inolefcentem con-
 scripsit. & Scholasticorum saniolem sententiam Buce-
 rus agnouit: Ingenuè. (inquit) omnes non Vete-
 res modo. sed & recentes Theologi (inter quos nõ
 iniuria satis fit unum Thomam laudasse, testem) libe-
 rum arbitrium nisi moueatur & adiuuetur a Deo,
 ad bonum nil valere cõfitentur, nec inest igitur ijs,
 quæ de libero arbitrio Patres quidam, aut etiam
 Neoterici asseruerunt, ea (quam olim nonnulli pie-
 tate) impietas, si hæc ritè modo accipiantur, &
 sic ut ipsi scriptores ea accipi voluerunt &c. Si
 qui vero ex scholasticorum numero incommodi-
 us de hac arbitrii libertate & rebus humanis lo-
 quuntur sunt, hæc inter priuatas opiniones sunt po-
 nenda. & ijs saniora aliorum eiusdem ordinis ho-
 minum scripta sunt opponenda, quantum autem
 pleriq; ex ijs tribuerint diuinæ gratiæ, vel unus
 non auentura testatur: Hoc (inquit) piarum meo-
 rum est, ut nil sibi tribuant, sed totum gratiæ Dei,
 unde quantumcumq; aliquis det gratiæ Dei, à
 pietate non recedet. etiamsi multa tribuendo gra-
 tiæ Dei, aliquid subtrahat potestati naturæ vel li-
 beri arbitrii, cum vero aliquid gratiæ Dei sub-
 trahitur, & naturæ tribuitur, quod gratiæ est,
 ibi potest vericulum interuenire.

De Prædestinatione.

Huic

Huic questioni de libero arbitrio connexa
 & implicata est questio, De predestinatione
 & præscentia Dei, quæ cum inter eruditos mul-
 ta certamina excitauit, ita moderatè & pru-
 denter in populo tractanda est, ut & pietatem
 in Deum augeat, & benè operandi studium non
 extinguat, sed excitet, nec desperationè inducat,
 sed potius fiduciam gratiæ, & gloriæ animis inse-
 rat, nam ideo hæc gratia predestinationis in di-
 uinis literis, & Ecclesiasticis scriptoribus tanto-
 pere commèdatur, ut is, qui fide in Christum et
 quæ ex ea nascuntur bonis operibus præditi sunt,
 hæc non sibi vindicent, sed Deo tribuant, & ad
 gratiam diuinæ predestinationis, & electionis
 referant, atq; ita in domino non in seipsis gloriën-
 tur, item, ut is, qui pietatis studio tanguntur, bonis
 operibus suâ vocationè & electionè certam faci-
 ant, et fiduciam predestinationis ac futuræ glori-
 ficationis nutriant, quâdoquidè hæc inter se con-
 nexa & copulata sunt, ut à gratia iustificationis ad æ-
 ternam glorificationem, non nisi per patientiam
 honorum operum perueniatur. Atq; hæc sit ratio
 predestinationis, ut quibus Deus æternam vitam
 dare predestinavit, isdem & gratiam qua iustifi-
 centur, & iustificati benè operentur dare predesti-
 nauerit, item, hæc doctrina predestinationis eo p-
 tinet, ut qui penitentia pūgitur, & pietatis exer-
 cenda studio acceditur, intelligat, et confidat hæc
 esse signa diuinæ predestinationis, in quibus perse-
 ueret.

veret non dubium, quin illi vita aeterna possessio
 destinata sit, atque ita ad opera pietatis exercen-
 da acrius inflammetur, cū sciat, q̄ labor eius non
 erit inanis in domino, & quod qui cœpit in illo
 opus bonum perficiet in diem IESU Christi.
 Hoc modo predestinatio utiliter doceri poterit, Cap. 22.
 quae de re videri poterit passim Augustinus, max-
 imè & præcipuè de bono perseverantia: Impiis
 vero & in peccatis obduratis, diuini iudicij seue-
 ritas proponenda est, qua obiecta à peccato sunt
 deterrendi, & rursus diuina clementia bonitate
 proposita ad respicientiam sunt inuitandi.

ARTICVLVS XIX.

DE CAUSA PECCATI.

MAXIME AVTEM CAVEN-
 dum est in utraq; hac questione ne
 causa peccati in Deū cōferatur, atq;
 ex hac saluberrima doctrina gratia
 impij & obdurati patrocinium suae impietatis
 querant, quare rectè in Confessione subicitur:
 Causam peccati esse voluntatem diaboli & impi-
 orum, quæ non adiuuante Deo auertit se à DEO,
 siue ut in libro Ratisbonæ proposito eadem senten-
 tiæ hic articulus exponitur: Causam peccati con-
 stat esse malam voluntatem diaboli, & hominis
 se à Deo auertentem, quæ malitia voluntatis, nõ
 I 5 à Deo

Sapient. 2. a DEO, sed ex diabolo, & nobis est sicut Christus ait: Cum loquitur mendacium, ex propriis loquetur. Invidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: Per obedientiam unius hominis constituti sunt multi, in quem libri articulum pars utraque confensit.

De præscientia.

De præscientia vero diuina, quamuis confitendum sit illi, omnes tam prauas quam bonas actiones hominum esse subiectas, tamē falluntur, qui ex ea ob certum ordinem causarum & rerum aut fatalem necessitatem sublata omni voluntatis libertate contexuerunt: aut libertate voluntatis & contingentia rerum concessa, præscientiam tollendam putauerunt, quoniā utrunque simul esse non posse arbitrantur, Prius Luthero in prioribus suis de seruo arbitrio disputationibus accidit, sic enim ibi loquitur: Cum tales nos scierit futuros, talesq; nunc faciat, moueat, & gubernet, quid potest fingi queso, quod in nobis liberū sit? aliter atq; aliter fieri, quam ille præscierit, aut nūc agat? pugnat igitur ex diametro præscientia, & omnipotētia Dei cū nostro libero arbitrio, quam sententiā postea Philippus Melancthon in Confessione, tū in locis cōmunibus correxit: Constituta (inquit) hac sententiā, quod deus non est auctor peccati, nec uelit peccatū, sequitur contingentiā esse, hoc est, non omnia que fiunt necessario fieri, hac igitur præmissio nō adfert necessitatem.

essitatem, nec mutat in voluntate hominis modum agendi, qui adhuc in natura reliquus est. Posterius autem philosophis nonnullis euenit, qui ut libertatem voluntatis retinerent, praescientiam futurorum penitus sustulerunt, è quibus fuit Cicero, de quo Augustin. dum vult facere liberos De Ciuit. Dei lib. 5. facit sacrilegos, contra quem eodem loco disputans Augustin. hac summam concludit: Nos Cap. 8. (inquit) aduersus istos sacrilegos ausus atq; impios. Deum dicimus scire omnia anteq; fiant, & voluntate nos facere, quicquid à nobis nõ nisi volentibus fieri sentimus & nouimus, non est autem consequens, ut si Deo certus est omniũ ordo causarum, ideo nil sit in nostræ voluntatis arbitrio, & ipsa quippe nostræ voluntates in causarum ordine sunt, qui certus est Deo, eiusq; praescientia continentur, atq; ita qui omnes rerũ causas praesciuit, profecto in ijs causis etiã nostras voluntates ignorare non potuit, quas nostrorum operum causas esse praesciuit. Summa igitur est, praescientia diuina naturas rerum, quas à conditione habent, nõ immutari, inter quas res à Deo conditas humana voluntas est.

ARTICVLVS XX.

DE BONIS OPERIBVS.

DE VIGESIMO ARTICVLO,

Dictum est supra ad Articulum 6.

AE

CONSULTATIO
 ARTICVLVS XXI.
 DE CVLTV SANCTORVM.

CVLTV SANCTORVM
 id est beatorum spirituum iam cum
 Christo in regno caelesti degentium
 Confessio in eo positum esse docet,
 ut fidem eorum & bona opera quisque pro sua vo-
 catione imitetur: In Apologia vero triplicem ho-
 norem probant, quorum primus est gratiarum
 actio, cum gratias agimus DEO, quod exempla
 misericordiae suae erga genus humanum nobis pro-
 posuerit, & ipsos quoque sanctos laudamus, qui
 his donis fideliter vsi sunt: secundus cultus est
 confirmatio fidei nostrae, ut cum videmus Petram,
 Magdalenam condonari peccatum, erigimur &
 nos, ut credamus, quod verè gratia exuberet pec-
 catum: tertius honos imitatio fidei, & reliquarum
 virtutum, quos quisque pro sua vocatione imi-
 tari debeat, & haec quidem sunt praecipuae utilita-
 tes, quas ex commemoratione sanctorum hominum
 capimus, atque haec in memoria sanctorum in pri-
 mis populo proponenda sunt, sed honor sanctorum
 in eo potissimum consistere videtur, cum nos ad-
 huc terrena conuersationis contagione polluti, be-
 atissimos illos spiritus iam ab exilio ad Christi
 regnum translatos, tamquam digniores cōseruos
 & laborum & certaminū quae pro CHRISTO
 susceperunt

susciperunt, amplissima premia consequutos, omni honore & veneratione prosequimur, eorum memoriam honorificè celebramus, eorum res præclarè pro Christo ex DEI gratia gestas magnificè prædicamus, quamquam omnis hic honor ad Deum potissimum referatur, de quo honoris genere loquitur Cyrillus: Sanctos (inquit) martyres, neque Deos esse dicimus, neque adorare consuevimus, laudamus eos potius summis honoribus quod pro veritate strenuè certarunt, & fidei sinceritatem seruarunt. De cultu verò sanctorum, & quid inter sanctorum & Dei cultum inter sit, pulchrè differit Augustinus: Colimus (inquit) Martyres eo cultu dilectionis, quo & in hac vita coluntur homines sancti DEI, quorum cor ad talem pro Evangelica veritate passionem paratum esse sentimus: sed tanto illos deuotius quàm securius post incerta omnia superata, quanto feliciore laude prædicamus iam in vitamantes: at illo cultu (qui Græce λατρεία dicitur, latine verò uno verbo dici non potest, cum sit quedam propria diuinitati debita seruitus) nec colimus, nec colendum docemus nisi unum Deum. Sed de hoc genere honoris controuersia non erit, quatuor modo restare video, de quibus inter eos, qui Catholica Ecclesia & Euangelij nomen præferunt, contenditur, quorum primum est de interpellatione, seu (ut vulgo loquitur) Invocatione

Lib. 6. cõ.
tra Iulian.

Cont. Fau-
sta, lib. 22.

Inuocatione sanctorum, cum beatos illos spiritibus
 ut nos in hoc exilio peregrinantes, precibus suis
 apud Deum, cuius iam societate fruuntur, adiu-
 uent, obsecramus: alterum cum meritis & precibus
 eorum à bonorum omnium largitore D E O per
 Christum adiuuari cupimus: tertium est, cum eo-
 rum monumenta, in quibus reliquie sanctissimo-
 rum corporum conseruantur, religiosa quadam
 solennitate frequentantur, ac nonnunquam ad
 ea loca vota nuncupata & peregrinationes susce-
 ptas legimus: quartum cum eorum memoria pi-
 eturis quoque & simulachris in Ecclesia constituta
 proponitur, in quibus omnibus, haud leues abusus
 & superstitiones irrepisse negari non potest, qui
 abusus hominibus etiam non malis rem ipsam
 tam abiectiendi & damnandi occasionem dedidit
 inde quoque factum, ut nonnulli viri docti in re-
 prehensione horum abusus modum non tenuerint,
 sed inconsiderato zelo, etiam ad ea quae recta & sa-
 na sunt, & in catholica Christi Ecclesia iam olim
 recepta, vehementius, & atrocius inuadenda &
 insectanda proruperint.

Quod ad interpellationem attinet, largitur
 Apologia & qui eam una cum Confessione se-
 ctantur, primum: Angelos orare pro nobis ex te-
 stimonio Zachariae: Item quod sicut uiui orant
 pro Ecclesia uniuersa in genere, ita & in caelis
 orant pro Ecclesia in genere, sed ex eo consequens
 esse negant, quod à nobis sint inuocandi, à qua
 in-

Inuocatione se deterreri scribunt, tum quod nul-
 lum habeat exemplum nec mandatum in diui-
 nis literis, tum quod gloria DE I detrahat, qui
 solus est cordium inspector, tū quod CHRISTI
 officio deroget, qui solus est mediator, tum etiam
 quod mandato DE I aduersetur, quo solus DE-
 US adorari precipitur. Ad qua ita breuiter re-
 spondendum putamus, primum, ut nullum man-
 datum neque exemplum extet, quo id fieri iube-
 atur: ita nullū interdictum legitur quo id fieri
 prohibetur, certum est, quod hac interpellatione
 adoratio illa, & cultus qui soli deo debetur nō im-
 minuitur, cū sanctos dei, nō ut deos, & largitores
 bonorum, sed ut cōdeprecatores, & impetratores
 appellemus, debet igitur hic pijs animis ad hunc
 ritum interpellationis sanctorum non aspernan-
 dū sufficere, quod videat doctissimos & sanctis-
 simos diuinarum literarum interpretes, & Ecclē-
 siarum per totum orbem Praefectos antiqui &
 florentissimis Ecclesiae temporibus huiusmodi in-
 terpellationem in usu habuisse, ex quo falsum ap-
 pareat. q̄ Apologia scribit, nullos veteres scripto-
 res ante Gregorium fecisse mentionem inuocatio-
 nis, cum aliquot seculis antecedentiū, Origenis,
 Athanasij, Basilij, Nazianzeni, Nisseni, Theode-
 reti, Chrysostrami, Hieronimi, Ambrosij, Augu-
 stini, Leonis testimonia in p̄p̄tis sunt, neq; vllō
 modo credendum est, sanctissimos illos viros vllā
 doctri-

doctrinam, aut consuetudinem admissuros fuisse, quam Evangelicam, & Apostolicam doctrinam aduersari, aut gloriae Dei, vel merito Christi aliquid detrahere putauissent, cum eos tam grauiam certamina pro CHRISTI gratia asserenda suscepisse legamus, quomodo enim in eo gloriae DEI quicquam detrahatur, cum ille solus fons & largitor omnium boni agnoscitur? neque aliud sanctis tribuitur quam ut precibus suis ab ipso fonte & largitore omnium boni, ea quae nobis ad presentem vitam, & ad futuram salutaria sunt, impetrent. Quid verò gloriae Dei discedit? si sanctos, quos ad consortium sui regni, ut Christi coheredes admittit, eo honore dignetur, ut ad eorum preces nobis quoque hic peregrinantibus, & in solo huius vitae fluctuantibus opem ferat? neque vero Christi mediatoris & intercessoris officium detrahatur, cum ille solus sanguine suo nos redemisset & Deo patri reconciliasset firmissime credatur: sanctis vero, ut Christo iam familiarius coniunctis, & ob virtutem & praecleara merita, quae & ipsa Deo dona sunt, charis officium tantum pro nobis, quibus tanquam eiusdem corporis membris charitate & eius vinculo coniuncti sunt, deprecandi tribuitur. Neque ideo Christus solus mediator esse desinit, qui sanguinis sui precio nos Deo patri reconciliauit, si etiam sancti viri tum in hac vita nobiscum peregrinantes, tum cum Christo regnantes, preces quoque suas pro eiusdem corporis membris interponant.

terponant, neque verò necesse est, ut dum hoc modo sancti interpellantur, ijs cordium inspectio, que soli Deo propria est, attribuat, cū sciamus ex diuinis literis etiam spiritibus in corporibus inclusis hoc diuinitus concessum, ut absentium facta & cogitata cognoscerent, quod de Elizeo, & Gesi eius seruo manifestum est, deinde sanctorum spiritus non ut procul à nobis absentes habendi sunt, cū dicat scriptura, sequuntur agnū quocunque ierit, Paulus quoque dicat, nos accessisse ad montem Sion & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, non igitur prorsus à nobis absentes sunt spiritus isti iustorum perfectorum, ad quorum societate per fidem in cœlesti illa Hierusalem ciuitate Dei uiuentis accessimus, deinde hoc pium votum & desiderium non potest non esse gratum Deo, quo nos ad ipsius misericordiam implorandam, ad thronum gratie eius accedentes, sanctos quoque Christi filij eius membra, condeprecatores asciscimus, eoque facto eam fidem protestamur, qua eos apud Deum viuere, nobisque charitatis vinculo coniunctos esse credimus. Itaque tota hæc interpellatio ad Deum tendit, à quo solo, que petimus, concedi posse agnoscimus. Quare Alexander de Hales, cum disputat, quis sit orandus, solum

Quæst 92.
Memb. 1.
Art. 4.

K

Deum

Deum simpliciter esse orandum, tamquam finalis
 ter a quo est omne bonū, desinit: sanctos verò ma-
 gis se tenere ex parte orantium, quasi coadiuuan-
 tes quam illius, qui oratur. Nec insitè scripsisse
 videtur Hugo de Sancto Victore: Quid (inquit)
 laboras investigare, quid audiant, & quantum
 audiant sancti, quos oras, cum ipse Deus audiat
 propter quē oras? At neq; huiusmodi interpellati-
 o prorsus rationibus è scripturis ductis destituitur,
 si enim in hac vita exemplo Apostolico
 aliorum in Ecclesia hic peregrinantium preces re-
 è expectimus: cur non etiam sanctorum illorum
 spirituum caelestem illam Hierusalem incolentium
 preces expectere liceat? quid? quod ad hanc in-
 terpellationem, ipsa fides qua eos cum Christo re-
 gnare credimus, & charitas, qua illos nobis con-
 iunctos esse scimus, nos ultro inuitat? Atq; ex his
 quoque apparet, quantum intersit inter preces
 quae DEO offeruntur, & eas quae ad sanctos &
 DEO Charos homines referuntur. Primum
 in eo discrimen est, quod Deum oramus eo cultu
 religionis, quo illum omnis boni fontem, & largi-
 torem esse profiteamur: sanctos verò homines,
 tum hic peregrinantes, tum vna cum CHRIS-
 TO regnantes, oramus eo officio Charitatis &
 honoris, quo eos DEO gratos esse eorumque pre-
 ces apud DEUM ad impetrandum pro alijs
 quod eorum saluti expediat, efficaces esse agnos-
 scimus: quod discrimen manifestè apparet.

in publica illa prece, qua Letania dicitur, in qua prece DEUS ut nostri miseriatur, sancti vero & beati spiritus, ut DEUM pro nobis orent, interpellantur. Deinde alterum quoque discrimen apud antiquos reperias, quod oratio qua DEUM inuocamus, simpliciter ad salutem est necessaria, sine qua orationes omnes & interpellationes sanctorum inanes sunt, quae preces, quibus Deum inuocamus, apud deum efficaces esse possunt, etiamsi nulla huiusmodi sanctorum interpellatio accedat. Hanc itaque de sanctorum interpellatione Veterum sententiam fuisse compertimus, consuetum esse, ut qui in aliqua necessitate constitutus dei opem implorat, non praesentes modo in carne, sed beatos illos spiritus, tamquam spiritu praesentes appellet & roget, ut una secum deum unicum omnium boni largitore precentur, ut facilius illorum quoque precibus accedentibus, quas plurimum apud deum valere agnoscimus, quod volumus, impetremus. Non igitur haec quae de interpellatione sanctorum dicuntur eo pertinent, ut simpliciter horum interpellatio ad salutem necessaria putetur (notum est enim illud Chrysostomi: Caterum non opus tibi patronis apud DEUM, &c. sed licet solus sis patronus, careas, omnino tamen voti compos eris) sed ut ne temere uniuersam Christi Ecclesiam damnemus, quae huiusmodi interpellationem, tam reuerentium quam peregrinantium sanctorum, uti laet esse Ecclesia iudicauit: Item, ut nec superbe

Gomil. de
profect.
Euangel.

s. ad Tessa-
lonicn.

huiusmodi sanctorum preces reyciamus & asper-
nemur. Quare idem Chrysoſtomus, cum propo-
ſteram in sanctorum precibus fiduciam reprehend-
diſſet, rectè alibi monet: His itaque cognitis, in-
quit, nec sanctorum preces contemnamus, neque
totum in illos proyiciamus, sed oremus, ut etiam
pro nobis precentur. In hac itaq; quam diximus
ſententia, Veteres omnes fuiſſe apparet, neque
vllum ex ijs inuenias, qui huiusmodi interpellati-
tionem reprehendat. Quod enim Auguſtinus,
inquit, Ad quod ſacrificium ſicut homines Dei,
qui mundum in eius conſeſſione vicerunt, ſuo lo-
co & ordine nominantur, non tamen à ſacerdote,
qui ſacrificat inuocantur, de ea inuocatione lo-
quuntur, que deo propria eſt. Inuocatur enim deus
ad ſacrificium, cum nominatim illi ſacrificium
dedicatur, & ut illud acceptum habeat, & ſan-
ctificet, inuocatur, hunc ſenſum alibi exponit,
cum ait de Ciuit. Dei lib. 8. Cap. vltim. Qui
audiuit aliquando fidelium, ſtantem ſacerdotem
ad altare etiam ſupra corpus martyris, ad DEI
honorem cultumq; conſtructum, dicere in preci-
bus: Offero tibi ſacrificium Petre vel Paule,
vel Cypriane? Alioquin idem Auguſtinus ite-
ſtis eſt, in illa ſoleni prece ſuo loco & ordine
martyres recitari, non quidem ut pro nobis ore-
tur tract. 84. in Ioannem ſed ut orent ipſi pro
nobis. Nolo autem hic commemorare, quam ma-
la fide nonnulli in hac ſanctorum interpellatione
conuellenda

conuellenda versati sint. Nam cum sciant religio-
 sosis animis reuerentiam veneranda illius vetus-
 tatis insitam esse, & ipsi in animis quoq; suis ful-
 gore auctoritatis illorum percellantur, ipsa patrū
 testimonia, contra manifestam ipsorum patrum
 sententiam obtorto collo trahunt, & ut fucum
 imperitiis faciant, ipsas non modo senti-
 entias non modo falso torquent, sed verba etiam ipsa
 immutant, ut in celebri quodam volumine Ger-
 manico, quo recusata synodi, & defectionis Ro-
 mane Ecclesie causa redduntur, haud ita pridem
 edito, & multis vtraq; lingua veterum, & recen-
 tiorum testimonijs referto, esse constat. Nam &
 Ambrosius in Epistolam ad Romanos aduersus
 gentilium Deos scripsit. Solent misera uti excu-
 satione per istos (intelligē minoris ordinis Deos)
 iri ad Deum, sicut per comites itur ad regem, au-
 ctore huius preclari voluminis vocem (istos) in-
 (iustos) commutarūt. idque in Germanica quo-
 que versione sequuti sunt, Durch die Heiligen-
 conuertentes, ut videlicet imperitis, & minus in-
 veterum lectione versatis ab Ambrosio sancto-
 rum & iustorum spirituum interpellationes dam-
 nari persuadeantur, De quo quid idem Ambro-
 sius senserit, ex alijs eius scriptis manifestum
 est: alioqui & illud verum est, apud D E V M
 non opus esse mediatoribus, prater unum me-
 diatorem CHRISTUM, neque hoc quicquā
 intercessioni, in hac mortali vita peregrinantiū,

*sive in illa immortali vita regnantium aduersa-
 tur: non enim ad DEUM accedentes, ideo san-
 ctos condeprecatores adiungimus, quod credamus
 deum, nisi illis intercessoribus auxiliari & mise-
 reri, aut non posse, aut non velle: sed quod persuasi su-
 mus multorum, et quidem in sanctorum preces multum apud
 ipsum valere. Pari quoque fide, ubicumque, apud pa-
 tres, de solius dei oratione & inuocatione aliquid
 agitur, id aduersus sanctorum interpellationem addu-
 cunt, sed haec obiter monuisse sufficiat. Apparet
 igitur ex his quae diximus, quae nil habeat absur-
 dum, aut diuinis literis contrarium huiusmodi, inter-
 pellatio sanctorum, si ad eum sensum, quem iam expo-
 srimus, exemplo vetustatis intelligatur: quapro-
 pter metus auctoritati & paci Ecclesiae consultu-
 issent, praecipui quidam huius ordinis Protestantium,
 si in ea sententia, quam initio cum veteri Eccle-
 sia communem habebant, permansissent, atque intra
 abusuum tantum reprehensionem constituis-
 sent, nota sunt quae scripsit Lutherus, ad Georgium Spala-
 tinum Anno 18. Mi Spalatine, non fuit mens in ea
 unquam venerationem sanctorum esse supersti-
 tiosam, atque inuocationes eorum pro causis vel
 corporalissimis: hoc enim sapiunt heretici illi
 vicini nostri Picardi in Bohemia &c. Idem in
 Epistola ad Erfordenses, Anno 22. Sin ita vo-
 lunt, ea tamen lege, ut sciant sibi cauendum, ne
 quam fiduciam & praesumptionem, persuasionem
 falsa*

falsa inducti, in ullum sanctorum ponant, sed in
 solum Christum &c. Oculampadius in anno-
 tationibus in sermo. Chrysostrimi in Iuencum
 & Maximum: Neque sanctos, inquit, orare
 inficias irem, neque impiorum & idolatrarum
 esse asseuerauerim cum illis, implorari patrioci-
 na sanctorum, Sancti in caelis sua charitate fla-
 grantes, non desinunt pro nobis intercedere,
 Quid igitur mali, si hoc petamus, fiet, quod cre-
 dimus DEUM velle, etiamsi nil tale praece-
 rit? Buserus ad Episcopum Abrincensem: Si
 quis, inquit, perpensa infinita illa DEI in san-
 ctos indulgentia & facilitate, & simul illorum
 in nos miseros adhuc conseruos suos & comem-
 bra charitate, animi ardore huc prorumpit, ut
 illi praesentes praesens appellet, proque se interce-
 dere ad Deum roget, id licet in nulla scriptura
 doceatur, si tamen sic fiat, non damnamus.
 Sic post in animis, inquit, sic comparatis, ubi nil
 videmus tribui humanis meritis, omnia vero mi-
 sericordiae Dei, & redemptioni domini nostri Ie-
 su Christi, ita quod diuos, ut pro se orent, inuocat. li-
 cet id faciat, absque villo & sensu & exemplo scriptu-
 ra, damnare non possumus. Atque ad hunc
 solum modum videmus orthodoxis patribus san-
 ctorum caelorum inuocationem usurpatam, &
 traditam. Quam sunt haec dissimilia eis, qua ho-
 die publicis, & celeberrimis scriptis sanctissi-
 mis illis patribus sacrilegi & idolatrie ri-

men impingunt, quos admonendos putamus ne dum gloriam Dei asserere videntur, in blasphemie crimen incurrant, & DEUM mendacij arguant, qui cum pollicitus sit, ad futurum se Ecclesiam suam usque ad consumationem seculi, statim Ecclesiam suam ita reliquerit, ut eam sacrilegij & idolatrie crimine pollui, atque in eo hactenus crimine herere permiserit: quanquam non video quomodo Ecclesia nomen tueri possit, quae talem doctrinam in consuetudinem receperit, quae Christi meritum obscuretur, Deo proprius honor eripiatur, ac creaturis vindicetur, & cum hoc precepto pugnetur, quo iubet Christus in nomine suo preces fieri, & mandatū hoc violetur: Domini Deū tuum adorabis. Hac enim omnia totidē verbis in celebri quodam scripto, huic de interpellatione sanctorū patrum doctrina obiecta legatur, quo loco etiā disertis verbis, huiusmodi sanctorū interpellatio idolatria nominatur, certē egregia illa certamina, quae sanctissimi illi, & doctissimi viri pro asserēda dei gloria, & gratia dei propaganda susceperunt, alia elogia merebantur.

DE MERITIS ET INTER- cessione sanctorum.

Quod alterū locū attinet de meritis & intercessione sanctorū, quib⁹ Ecclesia in solēnibus quoque precibus ad deū patrem per Christum iuuari postulat, cur huic vetustissima consuetudini tam odiose resistatur, causa non est. Nam primum mani-

manifestum est, quam ingens discrimen inter meritum Christi, & merita sanctorum ab omnibus ecclesiasticis scriptoribus constituatur: cum meritum Christi unicum sit precium redemptionis nostrae, quo solo à peccato & morte aeterna redimimur, & deo reconciliati, in filios, & heredes vitae aeternae adoptamur: merita verò sanctorum opera eorum bona sunt, ex fide, & operatione spiritus sancti facta, qua D & I in ipsis donata sunt, atq; ea tamen pro sua benignitate ita grata & accepta habet, ut propter ipsa non ipsos solum premis afficiat, sed alijs etiam eiusdem corporis membris beneficia conferat. Hanc enim communionis sanctorum deus vim esse voluit, ut membrorum inter ipsa quaedam connexio esset, ut infirmiora membra firmiter membrorum virtute sustentarentur. Sanè manifestissimum est ex literis diuinis sanctorum hominum merita prodesse alijs, cum enim dicit angelus vicem dei representans, propter quinquaginta iustos, se dimissurum omni loco, quid quaso aliud est, nisi quinquaginta iustorum merita profutura omni illi loco, ne funditus deleatur? quod non modo ad vivos, sed etiam vita hac immortalis defunctos, referri constat, cum polliceatur Deus se protecturum urbem Hierosolymam, propter se & propter David seruum suum: quod non de promissione tantum facta Davidi, sed etiam de virtutibus, & Davidis meritis intelligendum esse, alius locus

4. Reg. 19.
Esaie 17.

In psal. 50.
homil. 2.

locus declarat, Sic legitur. 3 Reg 15 de Abiam
filio Roboam Regis Iude: Sed propter David de-
dit ei dominus lucernam in Hierusalem, eo quod
fecisset David rectum in oculis Domini. Quare
& B Chrysostomus superiorem illum locum, ubi
se Deus proteeturum civitatem pollicetur prop-
ter David servum suum: ad merita Davidis re-
fert, ita enim loquitur: Hic enim S. David non so-
lum cum in corpore esset placuit deo, sed & post
mortem suam vivis invenitur prestitisse magnū
solatium, Venit ad Ezechiam Esaias propheta
ac dicit ei: Protegam hanc civitatem propter me
& propter David servum meum, David mortu-
us est & merita eius vigēt, O rem admirandam?
O ineffabilis clemētia? homo mortuus viuo patro
cinatur? atq; hanc de cōmunicatione meritorum
ecclesia sententiā nō vno loco Bucerus cōfessus est,
nā contra Abrincensem, Sāctis seu divis, ut ipse
appellat, cœlestibus tribuit nostri summā charita-
tē, nostraq; salutis voluntatem, deo quoq; illas tātis
esse, ut ppter eos nobis plurima largiatur, Ibidē:
Sicut fidē ipsam, inquit, bonorū operū ac merito-
rum fontē, donum dei gratuitum agnoscimus, sic
& ipsa opera et merita, dei gratuita munera cōfi-
temur, qua ex se nihil, ex dignatiōe autē dei me-
ritog; Christi, id siue nobis: siue alijs, merentur, qd
illis Deus ex vltronea sua benevolentia repende-
re statuit, Ibidem: Fatemur, inquit, eam esse com-
munionē ecclesia, ac mutuā spiritus sancti totius

diuina beneficentia subministrationem, ut alij
 aliorum gratia, ingētia à Deo beneficia, tū inter-
 na, tum externa percipiant, Idē in disputatis Ra-
 tisbonæ Anno 46: De publicis ecclesiæ precibus,
 quas Collektas vocant in quibus intercessionēs,
 & merita sanctorum commemorantur, ita scri-
 ptum reliquit: Cum in his precationibus, quicquid
 diuorum tribuitur intercessionibus, vel meritis,
 id totum non ab ipsis diuis, sed à misericordia de-
 & per dominum nostrum IESUM Christum pe-
 titur, eo ipso, qui sic orant, consistuntur & testantur
 se ea, quæ à DEO, per sanctorum interces-
 sionem, & merita orant, agnoscere esse gratuita de-
 dona &c. Nam & nos illud libenter agnoscimus,
 atq; predicamus, deum sanctorum suorum,
 operare remunerari, non tantum in ipsis, verum
 etiam in ijs, quæ ad ipsos pertinent, & pro qui-
 bus ipsi intercedunt, Promisit enim se di-
 ligentibus & præceptis suis studentibus bene-
 facturum in mille generationes. Hinc domum
 Abimelech regis, non nisi Abraham interco-
 dente, sanare voluit & Moyse donauit salutem
 totius Populi, cum pro eo intercederet, hac ille.
 Quæ si admittantur, ut merito admitti debent,
 nullus de hoc loco controuersia locus relictus vide-
 detur. Veruntamen & illud fatendum est,
 & multos & magnos errores hoc prætextu
 intercessionis & meritorum, in vulgi animos
 & mores inuasisse, quibus etiam quorundam
 doctes

doctorum virorum inconsiderata scripta & di-
 eta occasionem & fomentum suppeditarunt, quos
 imprimis, & quidem summa diligentia corre-
 ctos oportuit, ut ex quibus contrarij errores, ro-
 tius ecclesie consuetudinem damnantium, origi-
 nem duxerunt, quare nisi remotis causis ea qua
 ex causis efficiuntur, non facile remouentur. Pri-
 mus itaq; error est, quod impij homines & in
 peccatis perseuerantes ac nullam vite emendati-
 onem meditantés sanctorum, intercessioni, ac
 meritis temerè confidunt, nec ipsi pœnitentia du-
 ctæ preces suas ad deum adiungunt, quem errore

In Genesi.
 Homil. 43.

non vno in loco Chrysostomus grauius reprehē-
 dit. Quando, inquit, quod ex nobis est simul affe-
 rimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimū
 nobis confert: quod si ipsi fuerimus negligentes,
 & spem in illis solis collocauerimus nostra salutis,
 nil amplius nobis prodest. Idem alibi, Etiam si

In Matth.
 Homil. 5.

Abraham Patriarcha pro ijs supplicet qui in sa-
 bis vitis permanendo, immedicabiliter agrotant,
 abibit deus relinquens rogantem & c. Non igitur
 quasi oscitantes & desides ex aliorum meri-
 tis pendeamus: habent enim vim pro nobis, et qui
 dem maximam orationes supplicationesque sano-
 rorum, sed tunc profecto, cum nos quoque id ip-
 sum per pœnitentiam postulamus, & ad studia
 meliora confugimus. Hac autem falsa, & perni-
 tiosa opinio, quantum in vulgus inualuerit, nimis
 compertum est, existimarunt enim homines im-
 probi

probi & in sceleribus suis perdurantes, sola san-
 ctorum, quos sibi patronos delegerunt, & frigi-
 dis, ne dicam prophanis ceremonijs coluerūt. In
 intercessiōe, & patrocinio veniam sibi, et gratiam
 apud Deum esse paratam: quæ pernitiosa opinio,
 quantum etiam fieri potuit commentis miracu-
 lorum confirmabatur: Alter error est, quod ho-
 mines etiam nō mali, certos sibi sanctos, tamquā
 patronos, & tutores delegerunt, in eorum meritis
 atque intercessione plus quam in Christi merito
 fiduciam posuerunt, atq; adeo, unico illo aduoca-
 tionis Christi officio obscurato, sanctos atq; im-
 primis Virginem Matrē in illius locum substi-
 tuerunt: Imo non desuerunt, viri etiam celebres,
 qui assererent, id quod Hester Assuero promisit
 se petenti, dimidium regni daturum, in Maria
 completum esse, in quam Deus regni sui, quod iu-
 dicio & misericordia constat, dimidium, hoc est,
 misericordiam transtulerit, altera regni parte si-
 bi retēta. Hinc illi tituli passim virgini tributi:
 Regina cœli, Regina & mater misericordie,
 vita, spes nostra, lux ecclesie, aduocata & media-
 trix. Quæ & si commodam interpretationem ad-
 mittant, ea tamen non semper omnibus præser-
 tim rudibus, & imperitis occurrit. Quid quod
 totum psalterium sublato ubique domini nomine
 in nomen domine commutatum legitur? Quin &
 eo ventum est ut etiam Christus iam in celo re-
 gnans, matri subijciatur: quomodo in nōnullis Ec-
 clesijs canitur.

Gabriel
 Biel in Ca.
 no. lect. 8.

Ora

Ora matrem & iube filio,
 O fœlix puerpera.
 Nostra pians scelera,
 Iure matris Impera
 Redemptori.

Sed his opponi debent, quæ à sanioribus scriptoribus etiam scholasticis pie traduntur: ut vel illud Bonaventuræ, cum ait: Etiam si mater sit habenda in reuerentia, multo maior tamen est habenda erga filium, ex quo est illi omnis honor & gloria, qui est omnium redemptor & Saluator, qui omnibus aperuit ianuam, & unus pro omnibus mortuus est. Idem cauendum docet, ne dum Matris excellentia ampliat, filij gloria minuatur, & sic in illo Mater pronocetur, in quo magis vult filium extolli, & honorari, quam seipsam utpotè Creaturam creatura. Hæc quamuis de originali peccato loquatur, à quo solum CHRISTUM non etiam Virginem Matrem excipi vult, tamen etiam ad intempestiuos illos Virginis honores, quibus non solum filio æquatur, sed etiam antefertur, accommodari possunt. Tertio nonnulli error accidit in meritis sanctorum, quibus nonnulli sanctificandi & redimendi vim tribuere videntur, quod soli Christo deo, & homini proprium est, de cuius plenitudine oēs accepimus, et cuius vibice sanati sumus. Quod si in Veteribus aliquid huiusmodi legatur, id ad exempla, & pro

res referendum est, & ad eam communicationē
 meritorum de qua supra diximus, qua per seipsa
 non sanctificant, sed sanctificationis beneficium
 ex unico Christi merito, & fide in ipsam impe-
 trant: alioqui religiosissime scripsit Leo Ponti-
 fex: Quis est, inquit, qui tradidit seipsum pro no-
 bis oblationem, & hostiam deo? aut quod unquā
 sacrificium sacratius fuit, quam quod verus Pon-
 tifex altari crucis per immolationem suae carnis
 imposuit? Quamuis enim multorum sanctorum
 in conspectu domini preciosa mors sit, nullius ta-
 men infontis occasio propiciatio fuit mundi, ac-
 cepere sancti, non dedere coronas, & de forti-
 tudine fidelium exempla nata sunt patientia,
 non dona iustitia. Est & hic error huius in-
 frequens, quod veteribus & compertis sanctis
 propemodum neglectis, novos & incognitos
 vulgus hominum ardentius & impensius colat,
 de quorum sanctitate obscurius constat, & non-
 nulli per revelationes tantū innotuerūt atq; adeo
 de quibusdam, an unquā in rerum natura fuerint,
 merito dubitatur, quorum cultum figmenta his-
 toriarum, & impostura miraculorum mirificē
 auxerunt, quae figmenta etiam compertorum san-
 ctōrum historias conspurcarūt, quos quisq; pro suo
 affectu commētus est. Hac etiam referri potest,
 quod vulgi imperitia diuinos honores sanctis at-
 tribuit, ut cū tēplū, arae, sacrificia, sacerdotia, vo-
 ta, festi dies, nō tantū memoria, ut veteres loque-
 bantur

De Ciuita.
Dei lib. 22.
Cap. 10.

Libr. 8.
Cap. vltim.

Libr. 4.
Cap. 36.

loquebantur, sed honori, & cultui sanctorum com-
secrata putantur, quem errorem Augustinus sub-
inde refellit: Nos, inquit, martyribus, non tem-
pla sicut dijs, sed memorias, sicut hominibus mor-
tuis, quorum apud deum Spiritus viuunt, fabri-
camus, nec ibi erigimus altaria quibus sacrifici-
martyribus, sed uni deo, & martyrum & nostro
sacrificium immolamus, Idem alibi: Nec tamen
ijsdem martyribus templa, sacerdotia sacra, &
sacrificia constitutumus quando non ipsi, sed deus
eorum nobis est Deus: honoramus sane memori-
as eorum, tamquam sanctorum hominum DEI.
Sed de hac re non incommodè loquitur Guilhel-
mus Durantis Episcopus Miniatensis. Ad latri-
am, inquit, pertinent templa & altaria, sacerdo-
tia, sacrificia, festiuitates, ceremonia, & huius-
modi quæ soli deo sunt exhibenda, iuxta illud:
Dominum tuum adorabis, & illi soli seruias, id
est, soli deo seruitutem adorationis impendes,
non enim sanctis & Angelis ad honorem DEI,
sed potius Deo ad honorem sanctorum & ange-
lorum dedicantur templa & altaria consecran-
tur & sacrificia offeruntur nec ipsis adorationis
seruitus, sed soli DEO impenditur, ne si secus fiat
non deo sed eius cultus exhibeatur, sed idololatria
crimen incurratur, seruiendo creature tamquam
creatori. Hæc rationale diuinorum, non prorsus
sine ratione loquitur.

DE VENERATIONE RELIQUIARUM.

De Veneratione Reliquiarum & locorum
 sacrorum, in quibus sanctorum corpora vel ci-
 neres condebantur (quas memorias appellabant)
 manifestum est, olim huiusmodi reliquias preser-
 tim martyrum, ut quae fuerint membra Christi
 & templa spiritus sancti, summo in honore ha-
 bitas fuisse, ita ut ad illorum memorias solennes
 & celebres conuentus haberentur, in quibus &
 sacrificium deo offerebatur, & sanctorum vir-
 tutes predicabantur. Cur autem huiusmodi me-
 moria tanto honore frequentarentur, causam ex-
 ponit B. Augustinus. Ut ea, inquit, celebritate
 & deo vero de illorum victorijs gratias agamus,
 & nos ad imitationem talium coronarum eodem
 & vocato in auxilium, & eorum memoria renoua-
 tione adhortemur: Item, ut meritis eorum con-
 sociemur, & orationibus adiuuemur. Ita legi-
 mus ad huiusmodi loca martyrum reliquijs insig-
 nia & vota nuncupata & peregrinationes susce-
 ptas, quae omnia, tum utiliter fiebant, cum ad-
 buerens, & certa memoria martyrum vigeret,
 & DEUS indubitatis miraculis eos, qui mortui
 putabantur, sibi viuere declararet. Atq; haec om-
 nia eo referentur, ut fides qua illi moriendo pro-
 fessi sunt, his tamquam signis confirmaretur: ita
 Augustinus conclamante populo, miraculo ad
 memoria B. Stephani edito, Quid, inquit, aliud
 L erat

De ciuit.
 Dei lib. 3.
 Capit. vlt.

Cont. Fau-
 stū lib. 29.
 Cap. 21.

De Ciuit.
 Dei lib. 22.
 Cap. 3.

erat in cordibus exultantium nisi fides **CHRISTI**, pro qua Stephani sanguis effusus est? Et paulo post cap. 9. Cui, inquit, nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua predicatur **CHRISTUS** resurrexisse in carne, & in cœlis ascēdisse in carne? Paulinus in Epistola ad Marcium, Deum ait per apostolos & martyres virtutes operari, ut credamus Dei filium & dominum nostrum **I E S U M** ex resurrectione mortuorum regnātem in cœlis ad dexteram patris viuorum esse dominum, non mortuorum. Verum in hac paulatim abusus irrepit, nam queritur Basilius iam suo tempore consuetudinem, quæ apud sanctos viros obinuerat, corruptam fuisse, nam pro eo quod in huiusmodi conuentibus, quæ in martyrum memorijs agebantur, alius pro alio precari deberet, & per sermonem adhortationis mutuo se edificare, nundinas & quasi publicum emporium ex sacratis martyrum locis factas esse, quas absurditates pro suo commercio approbare non debeant. Quin & Ambrosij Augustini temporibus mos inualuerat, ut populus ad martyrum memorias epulas inferret, quod à melioribus Christianis non fieri, & à B. Ambrosio Mediolani interdictum testatur. Constat quoque posterioribus temporibus, nimum reliquijs & memorijs sanctorum indultum & tributum fuisse, sic ut à bonis quoque viris pio zelo preclatis, summa quasi religionis in hu-

In definit.
lterioribus
Cap. 40.

De Ciuit.
Dei lib. 8.
cap. vltim.

Lib. 6. Cō-
fessionum
Cap. 2. 64.

huiusmodi reliquijs conquirendis, auro, & gemmis
 exornandis, et memorijs seu tēplis sumptuosissimis
 edificandis posita putaretur, & ab improbis quo-
 que hominibus falsa fiducia in cultu inepto &
 superfluo reliquiarum collocaretur. Quare in Cap. 43.
 Concilio Cabilonensi reprehenduntur, qui Ro-
 mam aut Turonum sub pretextu orationis pera-
 grant, putantes frequentatione horum locorum
 se a peccatis purgari & impunè peccare. Ac-
 cesserunt & alia mala, quod avaritia causa ad
 simplicem populū illiciendum falsa reliquia sup-
 ponebantur, & ficta predicabatur miracula, ijsq;
 miraculis populi superstitio alebatur, ut magis in
 admirationem miraculorum raperetur, quam
 ad sanctorum imitationem, vel vitæ emendatio-
 nem provocaretur: nonnunquam autem astu, &
 illusionem demonis hominum superstitione abuten-
 tis per insomnia & visa nova reliquia revela-
 bantur, & eiusdem operatione miracula edi vi-
 debantur. Hinc decretum illud Lugdunensis.
 Capit. 62: Pralati non permittant populum
 vanis figmentis aut falsis documentis decipi,
 sicut occasione quæstus fieri consuevit, & in Con-
 cil. Charthaginensi 5. Canon. 14: Altaria quæ
 per somnia & inanes revelationes constituun-
 tur, omninò reprobari videntur. Item, Per-
 multi reperti sunt, qui sanctorum reliquias seu
 falsas seu veras quæstui habuerunt, ita ut pas-
 sem a circumforancis & vilissimis hominibus,

instar sacrorum Isidis circumferrentur, & multis mendacis imperito vulgo commendarentur, Illud quoque iam inde ab aliquo tempore prae antiquum morem inualuit, ut sanctorum corpora supra ipsa altaria, qui locus soli corpori Christi deberi putabatur, collocarentur, quae sub altari poni consueuerant. Sic Ambrosius de inuentione reliquiarum Geruasij, & Protasij: Ille, inquit, Christus videlicet, super altare qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui ipsius redempti sunt sanguine. Hodie verò cum passim omnia reliquiae sanctorum plena esse videntur, verendum est, ne si Episcopi & Principes in veris reliquijs inquirendis & iudicandis eam, quam debent operam adhiberent, ingentes & detestandae imposturae patefierent, quemadmodum in nonnullis locis factum est, & olim B. Martino accidit, qui cum locum quendam suae Diocesis, monasterio cuiusdam tanquam martyris celebrè adisset, deprehendit non martyris, sed scelesti latronis monumentum à populo cultum & frequentatum, quod euerti statim & excindi iussit. Quamuis illi quoque probari non debeant, qui odio superstitionis certa priorum hominum monumenta barbarissimi homines pepercerant summa cum ignominia abiecerunt & disperferunt. Cum igitur vera & comperta reliquia, praesertim in his provincijs per pauca sint, & multa ex his, quae ostentantur,

tantur, non temerè suspecta haberi possint, atque illarum frequentatio & veneratio non multum pietati, plurimum verò superstitioni vel questui seruiant, multò consultius videtur, ut ab omni reliquiarum ostentatiōe abstineatur, & populus ad veras sanctorum reliquias colendas, id est, exēpla pietatis & virtutum, que in scriptis vel ab ipsis vel de ipsis extant, imitanda prouocetur.

De Imaginibus & Simulachris.

Ad imagines verò sanctorum quod attinet, certum est, initio predicati Euangelij aliquanto tempore inter Christianos, presertim in Ecclesijs, imaginū usum non fuisse, ut ex Clemente & Arnobio patet, tandē picturas in Ecclesiā admissas, ut rerū gestarū historiam exprimētes, aut sanctorum virorum viuas effigies referentes, illa enim sole imagines dicenda sunt, quæ speciem archetypi, qua proxime fieri potest, representāt. Hinc scribit Eusebius suo quoque tempore imagines apostolorū Pet. & Paul. deniq; & ipsius Christi, in tabulis depictas honoris causa, quamuis gētilium aliquot locis seruatas, atque à se visas fuisse. Et Irenæus Gnosticos scribit imaginem Christi, cum imaginibus mundi Philosophorum coluisse, formam enim Christi à Pilato factam dicebant, quo tēpore Christus cū hominibus fuit. Eo quoq; modo Gregorius Secundino imaginem Christi Seruatoris petenti transmisit, id cauens, ne id v-

Lib. 7. Eccl. histor. cap. 18. Gregor. Ruffi. 14.

Lib. 7. Eccl. histor. cap. 18. Gregor. Ruffi. 14.

Irenæ. lib. 1. cap. 2.

deum colat, sed ex aspectu imaginis oblata Christi recordatione in eius amorē accendatur, hanc etiam pertinet Thoracides Petri, & Pauli, ex quibus Constantinus Petrum & Paulum, qui per quietem sibi apparuerant, agnouisse scribitur in vita syluestri, et B. Ambrosius de inuentione corporum Gernasij, & Protasij, personam sibi apparuisse scribit quae similis esse B. Paulo videbatur, cuius inquit me vultum pictura docuerat. Solebant item imagines quaedam ita depingi, ut non expressam aliquam rei effigiem, sed typum quendam & symbolum alicuius rei adumbrarent, quomodo apud Paulinum, ut spiritum sanctum in specie columbae, ita Christum in speciem agni figuratum legimus. Crucis verò signum undique corona floribus contexta cinctum depingebatur, eiusmodi imaginem pictam Paulinus in ingressu Basilicae suae locauerat, subiectis his pulcherrimis versiculis, qui symboli illius noticiam explicant.

Cerne coronatā domini super atria Christi
 Stare crucem, celso spondentē celsa labori
 Praemia, tolle crucem, qui vis auferre coronam.

Cruci quoq; insidebant Columba, quem typō
 alijs versibus aperuit.

Quaeq; super signum resident caeleste colūbae
 Simplicibus produnt regna patere Dei.

Ex quibus apparet Christū magis in typum
 agni, quam effigie humana depingi cōsueuisse, q̄
 usq; ad tempus sexti concilij generalis obtinuisse
 videtur, in quo statuitur, ut pastores in posterum
 non in agni typo, ut fieri consuevit, sed humano
 caractere CHRISTUM exprimant, & satis
 apparet ex scriptis Gregorij, quamuis eius etate
 superstitio in cultu sanctorum non parum inua-
 luerat, tamen picturas tantum in Ecclesijs ad-
 missas fuisse, non item statuas, vel simulachra.
 Sanè ex Augustino constat, eius etate simulach-
 rorum usum in Ecclesijs non fuisse, ex his qua
 scripsit in Psal. 113. ad versiculum illum: Simula-
 chra gentium argentum & aurum, opera ma-
 num hominum, hoc enim (inquit) venerantur,
 quod ipsi ex auro, argentoque fecerunt, Sed enim
 & nos pleraque instrumenta & vasa in huius-
 cemodi materia vel metallo habemus in usum ce-
 lebrandorum sacramentorum, & sunt profe-
 cto etiam ista instrumenta vel vasa, quid aliud
 quam opera manuum hominum? veruntamen
 nunquid os habent, & non loquuntur? nunquid
 oculos habent, & non videntur? nunquid eis sup-
 plicamus, quia per ea supplicamus DEO? Mox
 verò: Nō solū pictorib; quiduis suo arbitratu pin-
 gendi licentia pmissa est, sed & statuae & simu-
 lachra eadem licentia exsculpta, non templa mo-
 do, verum etiā ipsas aras occuparunt. Quod quā-
 ti periculi sit, ostendit August ad Deo gratias, &

idola quidem inquit omni sensu carere quis dubitat? Veruntamen cum his locantur sedibus, honorabili sublimitate, ut à precantibus atq; immolantibus attendantur, ipsa similitudine animata membrorum atq; sensuum, quamuis insensata & exanima, afficiunt infirmos animos, ut vivere ac spirare videantur, accedente praesertim veneratione multitudinis. Item Augustinus sermon. quodam, Statuas pro numine haberi ex eo concludit, quod in ara locantur, Nam illi (inquit) quod numen habeant, & pro numine colant illam statuam, ara testatur &c. Quam autem abominandum duxerint Christiani, si in altari, qua sedes est corporis & sanguinis Domini, simulachrum vel imago imponeretur, manifestum est ex Optato, qui Augustinum antecessit: nam Donatistae, ut odium Catholicis conciterent, iactabant venturos qui interessent sacrificio, ut altaribus aptatis ante sacrificij oblationem prolatam imaginem in altari ponerent, quod qui audiebant, dicebant: Qui degustat, de sacro gustat, & rectè (inquit Optatus) dictum erat, si talem famam similis veritas sequeretur, Verum nil tale visum est ex eo, quod fuerat paulo ante metita fama, nil viderat oculi Christiani quod horreret, visa est puritas & ritus solito, solènis consuetudo perspecta est, Epiphanius sanè grauer inuehitur in muliercularum quarundam superstitione, qua simulachrum Virginis circum-

Lib. 2. cõt.
Parmenia.

cum gestabant, eique colyridia offerebant: Unde
 inquit, simulachristicum hoc studiū, & diaboli-
 cus conatus &c. Quin & Ioannem Episcopum
 Hierosolymorum ab eo reprehensum constat, &
 in oratorio quodam eius diocæsis imaginem seu
 Christi, seu alterius cuiusdam in velo expres-
 sam, contra ecclesie consuetudinem pendentem re-
 perisset, quare velum illud a se conscissum com-
 memorat. Quantum autē veteres initio Ecclesie
 ab omni veneratione imaginum abhorruerunt,
 declarat vnus Origenes aduersus Celsum, alla-
 tum fuerat à Celso dictum Heracliti, quo ille in-
 dicabat, stulte facere eos, qui simulachris preces
 offerunt, nisi norint deos, & Heroas qui nam-
 sunt, respondet Origenes, sciri posse deum & ip-
 sum unigenitum, & eos, quicumque à Deo hono-
 rantur deorum appellatione, deitatis eius parti-
 cipes, diuersos esse, à dijs gentium, qui sunt demo-
 niæ, impossibile tamen esse, ut qui deum nouit, si-
 ut simplex sit, nec hoc tantum stultum esse,
 si quis preces simulachris offerat, sed etiam, cum
 id aliquis simulat vulgi opinionibus se attempe-
 rant: nil enim adulterum debet esse in anima ho-
 minis verè pijs erga Deum. Nos vero ideo quoq;
 non honoramus simulachra, quia quantum possu-
 mus cauemus, ne quando incidamus in eam cre-
 dulitatem, ut et ijs tribuamus diuinitatis aliquid,
 Nec valebat tunc illa ratio quæ à nonnullis obte-
 di solet, honores istos non simulachris, sed ijs quo-

Cont. Cel-
sum lib. 7.

rum speciem representant, de ferri, hic enim co-
 lor à Paganis quoq; ad ferri solebat, ut apud Ar-
 nobium: Non (inquit) materias aeris, auri, argè-
 ri, & alias ex quibus signa conficiunt, eos per se
 deos esse & religiosa numina discernimus, sed
 eos in his colimus eosq; veneramur, quos dedica-
 tio infert sacra, & apud Lactantiū: Non ipsa im-
 quiunt simulachra timemus, sed eos, ad quorum
 imaginem facta, & quorum nominibus consecra-
 ta sunt. Verum hunc cultum, qui DEO per i-
 mages exhibetur, non satis castum & conveni-
 entem esse Deo, sed à superstitiosis hominibus ex-
 cogitatum, ex Paganis quoque prudentissimi a-
 nimaduenterunt, auctor est enim Augustinus,
 Varronem dixisse antiquos Romanos plusquam
 annos centū, & septuaginta, deos sine simulachro
 coluisse. Quod si, inquit, Varro adhuc mansisset,
 castius dy observarentur, atque huius sua sen-
 tentia testem adhibebat inter reliquos etiam
 gentem Iudaicam. Hanc veterum Romanorum
 in colendis dijs consuetudinem, etiam Tertullia-
 nus & Clemens testantur, Clemens vero scribit:
 Numam auctorem huius instituti Pythagorae
 fuisse, & ex ijs quae à Moysis tradita sunt adiutū,
 Romanis prohibuisse ne imaginem ullam DEO
 facerent. Idem Clemens tradit Christianis veti-
 tum fuisse, arcem fallacē exercere, appellat quosq;
 speciosum quidem, sed improbum artificium quod
 postq̄ floruit, auctus est error, Et Prophetiam
 citat,

uat, que dicit. Res hic se habebunt infeliciter,
 quando crediderint statuis. Hæc quidem initio
 Christianorū odio paganismi, qui potissimū in si-
 mulachrorū cultu versabatur, sententia fuit, tan-
 de verò, quando exoleto propemadū Paganismo,
 & Christianismo aucto, periculū illud adoratio-
 nis, et cultus imaginum minus timeretur, animis
 Christianorum in sincero dei cultu, satis institutis
 & confirmatis, picturae in tēplis receptæ sunt,
 idque iam tum atate Ambrosii, Paulini, Gre-
 gory, Nisseni, Prudentij receptum fuisse ex
 eorum scriptis constat, August. de consensu Euā-
 gelist. Libr. 1. Cap. 10. De gentibus scribit quò
 Christianum ad Petrum & Paulum scripsisse finge-
 bant: Credo inquit, quod pluribus locis simul eos
 cum eo pictos viderunt, sic omnino errare merue-
 rūt, qui Christū & Apostolos eius non in sanctis
 codicibus, sed in pictis parietibus quaesuerunt,
 Idem testatur sua atate in Ecclesia Catholica,
 & picturas & picturarum adoratores fuisse,
 quos superstitionis arguit, & corrigendos affir-
 mat, quæres fortassis Episcopos in Concilio E-
 cclesiæ mouit, ut discernere picturas in
 parietibus depingatur. De his picturis, quæ fu-
 erunt mens, & sententia Romana ECCLE-
 siæ atate Gregorij, satis ex eius scriptis ma-
 nifestum est, videlicet ideo haberi pictu-
 ras non quidem, ut colantur, & adorentur,
 sed

Libr. epist.
109. & lib.
9. Epist. 9.

sed ut imperiti picturis inspiciendis, haud aliter ac literis legendis, rerum gestarum admonerentur & ad pietatem incitarentur, quare cum Severus Episcopus Massiliensis superstitione populi picturas & imagines adorantis offensus, quod adorationem prohibuerit, laudatur, sed continuo confringendas fuisse imagines, sed deprecandum populum, cur in Ecclesiis pictura adhibeatur, nimirum ad adificationem imperitorum, ut nescientes literas in parietibus saltem videndo legant, quae in codicibus legere nequeunt, illudque non prohibendum, si quis imagines facere voluerit: adorare verò imagines omnibus modis vitandum, ut ex visione rei geste ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione solius omnipotentis Trinitatis humiliter prosternantur. Cum autem apud Grecos acres contentiones & magni motus imaginum causa extitissent, nec sibi constarent, alijs atq; alijs, nunc imagines confringentibus & delentibus, nunc venerandi & adorari iubentibus, Ecclesia Romana confectionem omnino damnavit, usum verò in Ecclesia Romana & per totum fere orbem iam receptum retinendum censuit, quam consuetudinem Romanae Ecclesiae, quae pariter confractio nem & adorationem improbat, Gallicana & Germanicae Ecclesiae aliquot seculis diligenter secuta & fortiter iutate sunt, usq; adeò, ut cum in Sy-

modo Nycena sub Constantino & Irene, de ima-
 ginibus adorandis, aliquot decreta edita fuissent,
 eoque exemplar illius Græcanica synodi Franco-
 fortum, (ubi tunc à Carolo, Episcoporum Ger-
 mania, Gallia, Aquitania, Italia, aduersus Fe-
 licem quendam Orgelitanum Episcopum, Chri-
 stum ratione humana natura, filium adoptiuum,
 asserentem, frequens synodus habebatur,) allatū,
 & iussu Caroli diligenter lectum fuisset, cui sy-
 nodo etiam Legati Romani Pontificis interfue-
 rant, summo patrum consensu Græca illa Syno-
 dus, qua parte imagines adorandas censebat, im-
 probata & damnata fuit, ut qua non modo diui-
 nis lueris, & antiqua Patrum traditioni, sed e-
 tiam consuetudini Romana Ecclesie aduersare-
 tur, qua damnatio etiam actis, & capitibus illius
 Francofordiensis synodi inserta fuit, atque ea
 de re Caroli ipsius titulo, quatuor libri conscri-
 pti fuere, quorum Hicmarus Episcopus Rhe-
 mensis meminit, & eorum exemplum, hodie
 in Bibliotheca Vaticana, & in nonnul-
 lis Gallie locis extat, qui libri & rationes
 Orientalium Patrum diligenter confutant,
 & que hactenus fuerat Romana Ecclesie sen-
 tentiam, acriter defendunt, que sententia bre-
 uiter comprehenditur in Epistola Gregorij ad Lib. 9. Epi-
 serenum Episcopum Massiliensem, cuius
 supra meminimus, quam in suo scripto addu-
 cit Carolus libr. 2. Cap. 23. cuius hoc est ar-
 gu-

Lib. 4. ad-
uersus sy-
nodum
Græcorū
Cap. 9.

Vide Am-
moniū de
Gestis Frā-
corū lib. 5.
Cap. 28.

gumentum : Imagines à Beato Gregorio Ro-
mana urbis antistite, & adorari prohibentur
& frangi, Breuiter autem, & scite modera-
tam hanc de usu imaginum sententiam ex-
pressit Carolus : Imagines nil, si non habentur, ex-
derogant : nil, si habentur, prerogant, cum im-
men abdicata, quandum incautam leuitatem
asserant, adorata verò culpam inurant. Cum au-
tem postea Romani Pontifices Græcis in hac cau-
sa paulatim concederent, Ecclesia tamen Galli-
cana, & Germanica in hac sententia & moder-
ratione, quam primum à Romana Ecclesia rece-
perant, in Concilio Franckfordiensi improba-
ta, constantissimè aliquot seculis perdurauit,
ut ex scriptoribus Gallicanis constat, in quibus
est vir eruditus Ionas Episcopus Aurelianensis
qui libro edito ad Carolum Lodouici filium, ad-
uersus Claudium Episcopum Thaurinensem,
eum quod imagines confregisset, improbat, quod
vero ab eodem Claudio adferebatur, quosdam
imaginum adoratores ad suum errorem munien-
dum respondisse, non putare se imagini quam ad-
dorant, aliquid inesse diuini, sed tantummodo
honore eius cuius est tali eam ueneratione adora-
re : ad ea Ionas, hoc una se cum illo reprehendere,
& detestari asserit, nam cum sciant, inquit im-
aginibus nil esse diuini, maiore inuectiōe digni sūt
quod honorem debitum diuinitati impendant ege-
no & infirmo simulachro, atque id ipsum ait non-
nullis

nullis Orientalium, qui eodem sceleratissimo er-
 rori mancipantur, se obiurgantibus respondere
 solere, concludit autem his verbis: Tribuat do-
 minus sua gratuita pietate, ut aliquando tãdem
 & isti, & illi, ab eadem eruantur superstitione,
 & apostolicis disciplinis salubriter instructi tra-
 ditioni reuocentur Ecclesiastica. Sub idem
 tempus in Germania floruit UValafredus, qui
 animis hominum in contrarias sententias distra-
 ctis, cum in libro de rebus Ecclesiasticis de ima-
 ginum vsu differeret, hanc quoque moderatiõẽ
 proposuit: Sic inquit imagines, & pictura habẽ-
 da sunt & amanda, ut ne despectu, utilitas aucl-
 latur, & hac irreuerentia in ipsorum quorum si-
 militudine sunt, redundet iniuriam, ne cultus
 immoderato fidei sanitas vulneretur, & corpo-
 ralibus rebus honor nimie impensus, arguat nos
 minus spiritualia contemplari, & post hunc
 Guibelmus Episcopus Muniatensis homo quoq;
 Gallus in rationali Diuinorum: Si (inquit) nec
 homines, nec angeli adorandi sunt attendant,
 quid agant, qui sub prætectu cuiusdam religiõis
 seu pietatis diuersas adorant imagines, non enim
 licet aliquid manufactum adorare, una tãtum
 Dei patris est imago, quam una cum patris tan-
 tã adoratione adorare debemus. Adhac Nicetus
 auditor est, cum Eridericus Philippopolim occu-
 passet, Armenios in ea urbe remansisse, ut q; Ale-
 xandriæ transitum, non hostium incursum, sed

Libr. i. de
 Imperio L.
 saaci ange.

amicorum aduentum iudicaret, utpote, qui & commercia inter se cogitarint, & in plerisque religionis dogmatibus cōsenserint: quippe, inquit, apud Alemannos, & Armenios imaginū adoratio aequē interdicta est. Ex quo apparet Germaniam adhuc ea etate, in ea, quā supra dixim⁹, Romana & Gallicana ecclesie sententia utcumq; perstitisse, quanq̄ dubium non est, iam tum etiam in his Gallia & Germania Prouincijs nonnullas superstitiones & abusiones in imaginum vsum irrepisse, atq; fortasse optandum esset, ut maior nostri huc usq; in prisca illa maiorum suorum sententia integre perstitissent, manifestius enim est, q̄ ut multis verbis explicari debeat, imaginum & simulachrorum cultum nimium inualuisse, & affectioni seu potius superstitioni populi plus satis indultum esse, ita, ut ad summam adorationē, q̄ vel à Paganis suis simulachris exhiberi solueuit, & ad extremā vanitatē, q̄ Ethnici in suis simulachris & imaginibus effingendis & exornandis admiserunt, nil à nostris reliqui factum esse videatur, quare & prudentes in Ecclesia Catholica viri, iam olim modum aliquē huic rei ponendū, & superstitioni occurrendum censuerūt, in quibus fuit Guilhelmus ille Durāti in suis Miniatis de modo Cōcily generalis celebrandi: Videretur (inquit) utile, quod p̄ Ordinarios, et Rectores locorum omnes imagines deformes et in qb⁹ a veritate rei gesta derivatur, deponerentur: nam

nam quemadmodum si ad scripturas sacras admissa fuerint officiosa mendacia, nil in ijs remanet auctoritatis, & ponderis &c. Sic enim dicta picturae & imagines, quod loco scripturae & testimonij habeantur, ut per eas ad deuotionem & cognitionem gestorum cernentes excitentur, videtur quod nullus error, deberet ab ijs in Ecclesia tolerari, cum error cui non resistitur, pro veritate recipitur, huic consentit Ioannes Billet Theologus Parisiensis lib. de diuinis officijs, ubi monet de Apostolis & alijs sanctis sciendum esse, quomodo in Ecclesia depingi debeant, aliter enim mentiremur inquit nos in litera laicorum, scilicet in picturis. Prudenter quoque post hoc monuit Gerson in declarationibus defectuum Ecclesiarum: Iudicate (inquit) si tanta imaginum & picturarum in Ecclesijs varietas expediat, & an plures simplices nonnunquam ad idolatriam peruertant, & sanioribus scholasticis displicet sententia Thomae, qui censeat imaginem eadem adoratione colendam, quares ipsa colitur, quae imagine significatur, eamque parum tutam esse auit nisi commoda interpretatione subluetur, in quibus est Durandus & Robertus, Holcoot: Gabriel quoque Biel sanioerem sententiam refert eorum qui dicunt, quod imago, neque ut consideratur in se, secundum quod lignum est, lapis, aut metallu, neque ut consideratur secundum rationem signi & imaginis, est adoranda, quia qualitercunque co-

De festo
Andrae.

Gabriel
Biel in Ca.
non. Lect.
49.

M

fide.

sideretur, est res quadā insensibilis & creatura,
 cui adoratio latria minimè est exhibenda, quod
 verò Christiana religio imagines sustinet in Ecclesia
 & oratorijs, nō permittit eo sine, ut ipsa ad-
 rentur, sed ut fidelium mentes per illarum inspe-
 ctiones excitentur ad reuerentiam, & honorem
 exhibendū ijs, quorum sunt imagines, in quorum
 cognitionem recordatiuam ducūt, Ex illis inquit
 patet, quorundam hominum stolidus error, qui
 adeò ad imagines afficiuntur, ut in ipsis credant
 esse aliquid numinis, gratie vel sanctitatis quibus
 potentes fini facere miracula, prestare sanitates,
 ex hoc assurgentes ad eorum venerationem, ut
 premissorum aliquid consequantur. Arguitur
 ex eodem nonnullorum indocta simplicitas, &
 indiscretio, quare reuerentius adorant imagines
 pulchras quam turpes, nouas quam vetustas: aut
 e contra ornatas venustiori auro vel purpura,
 quam nudas, credentes eos sanctiores, quo precio-
 siores, & ut Bernardus ait: Offerentes libentius
 auro tectis, ubi magis cernitur diuitiarum cu-
 mulus. Arguitur & aliorum rudis lenitas, qui
 improvidè vota emittunt, & ad peregrinandum
 se obligant, nunc ad illam, nūc ad aliam Ecclesiam
 intuitu certarum imaginum, credentes illas ma-
 iori in illa, quam similes in alijs fulgere à virtutibus,
 quod autem addit: Hac omnia in vari-
 am transire superstitionem, in quam non in-
 derent, si rationem adorationis, ac veri cultus
 atten-

attenderent, aut si ignorant, informationem humiliter acciperent, rectè quidem dicitur, sed vitam illi, à quibus hæc informatio accipienda esset, nõ ipsi harum superstitionũ auctores essent, vel certè eas in animis simplicium hominum aliquando questus causa nutrent. De his quoq; abusibus, qui in imaginum usum incidunt, prudenter & grauter monuit. R. D. Michael Episcopus Mersburgensis in suo Catechismo, quæ omnibus obuia sunt, atq; utinã ab Episcopis, & Ecclesiariũ rectoribus hæc diligenter attendãtur, neq; verò satis esse videtur, si concionibus & admonitionibus populus ab illis erroribus auocetur, nisi etiã Principum & Episcoporum cõmuniter cura id efficiatur, ut quã minima perturbatione fieri potest, huiusmodi errorũ occasio præscindatur, quãdiu enim serico auro, & gemmis ornata stant in templis, & aris constituuntur, superstitionis finis sperandus non est. Illud quoque inter abusum ponendum est, quod etiam diuinitati, in Trinitatis deformatione, simulachrũ effingitur, quod Veteres absurdum, & nefarium iudicassent, Vide Augustinum de fide & symbolo, Cap. 7. non esse arbitrandum DEUM humanæ forma circumscriptum, ut in eo, aut dextrum aut sinistrum occurrat, ne vel in illud sacrilegiũ incidamus, quod execratur Apostolus, eorum qui commutant gloriam incorruptibilis DEI, in similitudinem corruptibilis hominis, tale (inquit)

Lib. 18.
Cap. 153.

simulachrum nefas est Christiano in templo col-
locare, multo magis in corde nefarium est, Atque
hac absurditas patrem, filium, & spiritum sanctum
etiam effigiantium Iacobitis à Nycephoro tribu-
itur, & Damascenus quodam loco inquit, in spici-
entia summa est & impietas, figurare quod est
diuinum. His ita consideratis consultum vido-
tur, si res eo adduci possit, ut ad illam moderati-
onem, quam ex sententia Gregorij & Prisci-
lianæ Romæ Ecclesie, maiores nostri in Gallia & Ger-
mania aliquot seculis tenuerunt, priorum princi-
pum & fidelium pastorum cura & opera redeat,
qua & usus ille, qui ex decente pictura à con-
silio haberi potest, conseruetur, & superstitio in
nimio & incauto illorum cultu, & veneratione
vitetur, hoc est, ut rerum gestarum monumenta,
non cultus instrumenta habeantur. Est tamen
illa non ita recens consuetudo, qua crucis signum
veneratio in Ecclesijs solenni ritu exhibetur,
atque id eo fit, quod non ut simulachrum tantum,
sed ut symbolum quoddam et sacramentum Do-
minicæ passionis habeatur, quare de hac adorati-
one, ita loquitur Guilielmus Miniatensis: De-
stea (inquit) adoratur crux, id est osculatur, su-
lus enim DEUS adorandus est, cetera vero ut
crux, causa illius veneranda sunt, & Honorius
Augustodunensis in Gemma anima: Nullus
(inquit) sapiens crucem, sed Christum cruci-
fixum adorat, crucem tamen venerando salutat,
qua

quapropter merito reprehenditur à posterioribus
 & sanioribus scholasticis opinio Thomae, ut min-
 tiva & periculosa, asserentis crucem Christi ado-
 randam adoratione latria, ea videlicet adoratiōe
 qua Christus ipse adorāndus est, intelligendū autē
 esse, adorari Christū rememorative, ut per crucē
 rememoratum, qua de re disputat Ioannes Picus
 Mirandula conclusione 3. qua est huiusmodi:
 Nec crux Christi nec illius imago adoranda est,
 adoratiōe latria, etiā eo modo, quo ponit Thomas,
 à Thoma dissentientes commemorat Durandū,
 Henricum de Gandavo, Ioannem Guarra, Ro-
 bertum Holcoot, Petrum de Aquila, Francis-
 cum Maronis. Non tamen hec qua diximus,
 ea pertinent, ut imagines sanctorum, si in ijs mo-
 do decorum seruetur, non aliquo honore illis con-
 uenienti & debito affici possint, videlicet si vsu
 signa & monumenta sanctorum honorificè habe-
 antur, & in gratiam illorum quos significant &
 referunt, reuerenter conspiciantur & tracten-
 tur, modo ab eximio cultu temperetur, & nil di-
 uinitatis & virtutis illis tribuatur, sed eo tantum
 loco habeantur, quo litera & voces, qua rerum
 absentium, quas diligimus & veneramur, gratā
 memoriam suggerunt, alioquin optimum est, po-
 pulum praesertim hoc tempore ad potiora tradu-
 cere, & imaginē moderato usu pacis, & trāquil-
 litatis causa conseruato, ad cultum verae imaginis
 Dei, id est, hominis ad dei imaginē conditi inui-

tare, qui cultus consistit in egenorum subuentione, qui non modo imaginem dei, sed vicem & personam Christi nobis representant: Christus enim in die iudicij, ut in libris suis inquit, magnus ille Imperator nõ dicturus est, Quicquid vni ex imaginibus istis fecistis, mihi fecistis: sed quicquid vni ex minimis istis fecistis. Hi ergo nobis summo seruo deo colendi sunt, non ut eos pro deo veneremur, sed ut ijs propter Deum opitulemur.

ARTICVLVS XXII.

DE VTRAQUE SPECIE Sacramenti.

DE ADMINISTRATIONE sacrosancti sacramenti Eucharistia satis compertum est, vniuersalem Christi Ecclesiam in huc vsq; diem: Occidentalem verò seu Romanam mille amplius à CHRISTO annis in solempni præsertim & ordinaria huius sacramenti dispensatione vitæ panis & vini speciem omnibus Ecclesia Christi membris exhibuisse, id quod ex innumeris Veterum scriptorũ tam Græcorum, quàm Latinorũ testimonijs manifestum est, atque ut ita facerent inductos fuisse, primũ instituto exemplo, Christi, qui hoc sacramentũ corporis & sanguinis sui, duob; hisce panis & vini symbolis, discipulis suis fidelibus

fidelium communicantium personam represen-
 tantibus praeiuit, tum quia in sacramento san-
 guinis, peculiarem quandam virtutem & grati-
 am hoc vini symbolo significatam esse credebant,
 tum ob rationes mysticas huius instituti, quae à
 Veteribus variè adducuntur, videlicet ad reprae-
 sentandam memoriam passionis CHRISTI in
 oblatione corporis, & effusione sanguinis, iuxta
 illud Pauli: Quotiescunque comederitis panem
 hunc & calicem domini biberitis, mortem do-
 mini annuntiate, donec veniat. Item, ad signifi-
 candam integram refectiorem siue nutritionem,
 qua cibo & potu constat, quomodo CHRISTUS
 inquit: Caro mea verus est cibus, & sanguis me-
 us verè est potus, &c. Item, ad designandam re-
 demptionem & tuitionem corporis & animae, ut
 corpus pro salute corporis, & sanguis pro salute
 animae, quae in sanguine est, dari intelligatur,
 ad significandam quoque CHRISTUM utram-
 que naturam assumpsisse, corporis videlicet &
 animae, ut utramque redimeret. Quare haec con-
 suetudo in Ecclesia quoque Latina, mille ampli-
 us annis tenuit, ut tam populo quam clero, in ce-
 lebratione Missarum, post mysteriorum consecra-
 tionem, seorsum corpus & seorsum sanguis domi-
 ni praeberetur, atque ad effusionis periculum evitan-
 dum, in plerisque locis calicibus (qui ministeriales
 vocabantur) argentea fistula insertebatur, postea ta-
 men huius periculi metus efficit, ut intinctor in san-
 guinem

guinē Domini panis dominicus, vulgò exhibere-
 tur, qui mos huc usq; per Graciam & Armeniā
 obtinet, postea ad omissionem alterius speciei in
 aliquibus locis ventum est, sic tamen, ut in utraq;
 specie communicatio nō prorsus abolita sit, sed in qui-
 busdam locis, praesertim in Monasterijs sit re-
 tenta, idq; usque ad annum amplius. M. CCC.
 donec haec consuetudo in altera specie commu-
 nicandi populi totā Ecclesiā Latinā penē inuasit.
 Quae consuetudo, cū eā nonnulli ut sacrilegam &
 nefariam condemnarent, à Concilio Constanti-
 ensi & Basiliensi probata & sancita fuit, ita ta-
 men ut Bohemis, certis intercedentibus cōditio-
 nibus & pactis utriusque speciei usus concessus
 fuerit, neque tamen hac sanctione communionē
 utriusque speciei à populo totam sublatam, sed
 ob certas & graues causas ad tempus intermis-
 sam, & suspensam voluerunt, sic ut alijs causis
 urgentibus eam restituere, & in usum reuocare
 Ecclesiae liberum sit. Quare non temerè est, quod
 optimi quique etiam Catholicae professionis in-
 diuinorum & Ecclesiasticorum scriptorum lecti-
 one versati, & his quas supra diximus rationibus
 incitati, summo desiderio potiundi Dominici ca-
 licis incenduntur, omnibusque modis contendit,
 ut hoc salutare sacramentum sanguinis CHRIS-
 TI, una cum sacramento corporis, iuxta Ve-
 terem & multis saeculis perpetuatam vniuersa-
 lis Ecclesiae consuetudinē in usum reducat, vel
 certè

tertè libertas, qua ducentis ab hinc annis adhuc
 valuit, in una vel utraq, specie communicandi
 restituatur. Itaq, non modo nil Ecclesiastica au-
 doritati contrarium: imo vero Ecclesiastica pa-
 ci, & unitati cõueniens & propè necessarium fu-
 turum puto, si vel illi penes quos Ecclesia guber-
 natio est, priscum hunc communicandi morem
 restituant, vel ecclesie paulatim, quod citra gra-
 nem perturbationem fiat, ad eum, quem initio hæ-
 buerunt, longosq, tempore retinuerunt, morem
 redeant. Neque sano satis mirari Ioannem Ec-
 cium virum alioquin, & insigni memoria præ-
 ditum, qui in Apologia principum Catholico-
 rum scribat, se non meminisse legere in Eccle-
 sia Romana, Eucharistiam sub utraq, specie cõ-
 municatam Laicis, nisi quod argumentum sumi
 possit ex vita S. Laurentij, mirum? si non memi-
 nerit calicum ministerialium in ecclesiis & bis Ro-
 mane quorũ in libro Pontificali subinde fit men-
 tio, quos ita vocatos fuisse, quod ex ijs populo san-
 guis Dominicus ministraretur, vel ex suo Caie-
 tano recognoscere potuisset, An ignotum illi esse
 potuit? quod in Decretis quoq, legitur ex Sotero
 Papa, in Cœna Domini pœnitentes, ad percipien-
 da corporis & Sanguinis Domini sacramenta
 reconciliari? Quia? an non meminerat Gregorij
 Pontificis Romani (ut eius antecessores tacea-
 mus) qui in 4. Dialogorum scribit, Christi san-
 guinem, non iam in manus infidelium, sed in ora
 fide-

fidelium fundi? Et in Homilia Sabbati Pa-
 schalis apud populum differens. Quid sit, in-
 quit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo
 didicisti? Quem morē sanguinis Domini porri-
 gendi, & antiqua Sacramentaria B. Gregorii,
 & libellus ordinis Romani aperte testantur, &
 Romani Pontifices in solenni officio constanter
 semper retinuerunt, usque adeo, ut Martinus
 sanctus, etiam post tempora Constantiensis Sy-
 nodi, in solenni Paschæ officio, iuxta prescri-
 ptum ordinis Romani, uniuersum populum cor-
 pore & Sanguine Domini communicasse lega-
 tur. Illud tamen interim fatendum est, Veteres
 non tam necessariam, utriusque huius Sacra-
 menti coniunctionem habuisse, ut putarint, si
 necessitate aliqua, & graui causa alterum si-
 ne altero sumeretur, non esse in altera specie
 veram rationem Sacramenti, sed ad vim &
 efficaciam Sacramenti percipiendam, si ita
 tempus ferebat, communionem in altera specie
 sufficere, presertim cum id extra ordinem fieret,
 ubi nõ ad representationem, sed ad efficaciam tan-
 tum sumeretur, quomodo factum esse constat, in dome-
 stica & priuata communionem, & ea, qua infirmi
 priuatim recõciliabatur, quanquam illam nonnunquam
 in utraq, specie exhibitam constat, Quare illi nõ
 satis Ecclesie auctoritati & paci consulunt,
 qui ita utriusq, speciei usum urgent, ut in altera
 specie dispensationem, quacunque de causa fiat, neffa-
 riam

rā & sacrilegam esse iudicant, & in alterius spe-
 ciei dispensatiōe sacramentorū esse negāt, nisi alte-
 rā accedat. Quod autē adfertur ex Gelasio diuisio-
 nem unius eiusdemq; mysterij sine grandi sacrile-
 gio provenire non posse, ad Manichæos sui tēporis
 referēdū est, qui in publica administratiōe obla-
 tum calicem Dominici sanguinis sumere recusa-
 bant q; Christi corpus ex angue crederent, itaq;
 hac sanguinis recusatio qui cum corpore unum
 mysterium efficit, signum erat abnegatiōe veri et
 naturalis in Christo sanguinis, in quo haud dubie
 grande sacrilegiū cōtinetur? Quamvis itaq; hi p-
 bandi sunt, qui dum in ecclesiā unitate id consec-
 possunt, utriusq; speciei usū praeferūt, tamen ca-
 vendū est, ne in receptum iam inde ab aliquot sacra-
 tis in ecclesiā occidentali morē, quo populus tanq̄
 extra ordinem, in altera tantū specie cōmunionē
 accipere cōsuevit, acerbius inuehatur, nec ij quō
 Ecclesie, Conciliorum & diuturna consuetudi-
 nis auctoritate moti, alterius speciei usu contenti
 sunt, odiosius percellantur & impietatis, ac sa-
 crilegiū damnentur: sed ita CHRiSTI institutum
 & Veteris ecclesie rursus cōmendetur, ut auctori-
 tatis quoq; & pacis Ecclesie ratio habeatur, doce-
 aturq; populus, nō in sumptiōe unius, vel utriusq;
 speciei, sed in ea tantum communicatione, qua
 a dignis fit, salutarem huius Sacramenti fru-
 ctum consistere. Quamobrem consultum
 serè puto, si in his quoque consilium Apostoli-

Ad Ro. 14.

cum obseruetur, ut is, qui bibit, non bibentem non spernat, & qui non bibit, bibentem non iudicet, sed qua pacis sunt sectemur, & qua adificationis inuicem custodiamus. In hac sententia olim quoque Lutherum, dum adhuc esset tranquillior, fuisse constat, sic enim scripsit ad Bohemos: Præstaret pacem & unitatem, quam Christus ubique præcipit, sectari: quam de speciebus sacramenti contendere. Quamuis autem potius sit, si ita necessitas ferat, altero sacramento uti, quam totis priuari, tamen vix quemque futurum puto, ubi rem diligentius considerarit, quin si vetus ecclesia mos restituatur, & sanguis Dominicus Dominico corpori in mysteriorum dispensatione iterum societur, pleno integroque sacramento, quam parte uti malit, plura de hoc articulo legi possunt in Libellis, qui de hoc argumento vulgo extant, hoc titulo: Sitne Communio in utraque specie Catholicis expetenda.

DE ADORATIONE ET CIR-
cumgestatione Eucha-
ristiæ.

De adoratione sacrosancti sacramenti Eucharistiæ, ita ex Veterum mente statuendum puto. Cum in hoc Sacramento CHRISTUS Deus & homo, & corpore & sanguine suo præsentem se exhibeat, consequens est, ut in hoc quoque mysterio

Heria adoretur, qua adoratio non ad ipsum signū
 quod exterius videtur, sed ad ipsam rem & ve-
 ritatem qua interius creditur, referenda sit, quā-
 nis, & ipsi signo, cuius iam virius intelligitur, tā-
 quam religioso, & sacro sua veneratio debeat,
 De hac ad oratione scripsit Ambrosius, per sca-
 bellum terra intelligitur, per terram autem ca-
 ro Christi, quam hodie in mysterijs adoramus,
 & quam Apostoli in Domino Iesu adorarunt.
 Hunc imitatus Augustinus. Suscepit enim de
 terra terram, & quia in ipsa carne hic ambula-
 uit, & ipsam nobis carnem manducandam ad
 salutem dedit, nemo autem illam carnem man-
 ducat, nisi prius adorauerit, inuentum est, quo-
 modo adoretur scabellum pedum domini, Idem
 exponens illud Psalmi, manducauerunt & ado-
 rauerunt omnes diuites terra & ipsi quidem ad-
 ducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de
 corpore & sanguine eius, sed adorant tantum nō
 etiam satiantur, quia non imitantur, Chryso-
 stomus in 1. ad Corinth. Hoc corpus in presepi reue-
 riti sunt Magi & c. Imitemur saltem Barbaros
 nos qui calorum ciues sumus. Tu non in presepi,
 sed in altari, non mulierem qua in vlnis teneat,
 sed sacerdotem presentem, & Spiritum perabū-
 de superproposito diffusum sacrificio vides, Theo-
 doricus Dialogo 2. Intelliguntur mystica symbo-
 la, que facta sunt, & creduntur, & adorantur
 tamquam ea existens, qua creduntur.

Libr. 3. de
spiritu san.

In Psa. 43.

Epi. 12.

De

De Circumgestatione.

Cōsuetudo verò qua panis Eucharistie in publica pompa conspicuus circumfertur, ac passim omnium hominum oculis ingeritur, prater Veterum morem & mentem, haud ita longo tempore inducta & recepta videtur, illi enim hoc mysterium in tanta religione & veneratione habuerunt, ut non modo ad eius perceptiōem, sed ne inspectionem quidem admitterent, nisi fideles, quos Christi membra et tanti mysterij participatione dignos esse existimarāt. Quare ante consecrationē catechumeni, Energumeni, pœnitentes, denique non communicantes diaconi voce, & ostiariorum ministerio secludebātur. Quare videtur hic Circumgestationis vsus, citra graue ecclesie dānū, imò cum ipsius lucro (si modo id prudēter fiat) omitti posse, cū & recēs sit, & diu sine ea circumgestatione, sacramento suus honos constiterit, & hodie constare possit. Deinde cum hodie plerumq; non deuotiōi populi, sed pompa magis & ostentationi seruiat, itaq; vir summi iudicij Albertus Craſſus in sua Metropoli, Nicolaum Cusanū legatum per Germaniā laudat, qui abusum sacramenti Eucharistie in nimis frequēti eius p̄ singulas ferias circumgestatione sustulerit, et cōstituit, ut nisi inter octauas festi sacramento dedicati in publicū nō deferretur, additq; idē Albertus memorabile causam, quā inquit eius sacramenti vsus a Cœlesti magistro institutus est, ad vsus, non ostentationē, de ipso ve

ro festo certum est illud ab Urbano, non ad Cir-
cumgestationem institutum, sed ad celebriore cō-
ueniū, & ut homines per pietatis opera ita se pra-
parent, quo huius preciosi sacramenti eo die par-
ticipes fieri, atq; ipsum reuerēter suscipere mere-
antur. Ita enim habēt verba decreti, ad quod in-
stitutum si redeatur, nil puto fore absurdi.

De Vnctione infirmorum.

Antiquum illum Ecclesiarum ritum, quo in-
firmi inter preces, exhortationes, consolationes,
etiam oleo à presbyteris ex prescripto aposto-
lico unguuntur, ad designandam internam uncti-
onem Spiritus sancti quae est gratia & miseri-
cordia, olim primores Protestantium non usq; adeo
detestati sunt, nam Lutherus in capti. Babilon. &
alibi ait se hanc unctionem non damnare, & in
confessione fidei sua quam plurimū Anno 1529.
edidit, ita scripsit: Utile esset adire egrotum,
orare, & exhortari, & si postea velit quis e-
um oleo lini, liberum esto in nomine Domini,
Itaque qui ex eo ordine equissimus videtur. M.
Lutherus in deliberat: Lypsica. Anno 1539. cla-
re assensus est, non esse damnandam hanc uncti-
onem si ad exemplum Epistolae Iacobi usurpetur,
si annis fiducia in Christo collocetur. Quin in col-
loquio Ratisbonensi nil huic articulo, quomodo in
libro oblato expositus fuit, à Protestantium parte
opposi-

oppositum legimus, tametsi Eccius scribat eum articulum 2. Concionatoribus (seu ut ipse vocat) Declamatoribus Lutheranis, & Ecclesiasticis admissum, à principibus ordinis Protestantium reiectum, & recantatum fuisse, sed quis non concedat in hac causa Concionatorum votius, quam principum iudicio deferendum? Quod ad nomen sacramenti attinet, si quid valet Ecclesie & antiquitatis auctoritas, certe Innocentius primus ante annos centum & mille, huiusmodi Vnctio-
 onem, quæ ex præscripto Iacobi Apostoli fit, genuus Sacramenti appellauit, & ceteris Sacramentis comparauit, idque haud dubie, ex recepta iam olim traditione. Offendit autem nonnullos, quod inter reliquas preces, iam sanctorum, interpellatio adhibeatur, videlicet cum innocente Deo trino & uno, ut ægri misereatur, quoque sancti rogantur, ut pro ægri salute Deum precentur, sed quum nil in eo absurditatis & impietatis sit, pijs omnibus, quibus ecclesia in his precationibus mens perspecta est, satis constat, quod amplius in articulo de cultu sanctorum declaratur. In forma verò verborum quæ inter vngendum vsantur, fatendum est Veterum morem, qui adhuc in vetustis libris diuinorum officiorum extat, nonnihil immutatum, nam olim cum vngere oleo quod infirmorum seu Energumencorum dicebatur, tum in ceteris membris, tum præcipue in loco ubi vis doloris maxime incumberebat, inueneretur,

In Epist. ad
 Dece ntiū
 Episcopū.

geretur, hac verborum forma adhiberi solet,
 Ungo te de oleo sancto, in nomine patris, & filij
 et spiritus sancti, obsecrans misericordiam ipsius
 unius domini, ac Dei nostri, ut fugatis omnibus
 doloribus, & incommodiattibus corporis tui, re-
 cuperetur in te virtus, & salus, quatenus per hu-
 ius operationem mysterij, & per hanc sacrati olei
 unctiōnem ac nostram deprecationem, virtute
 Sancte Trinitatis medicatus pristinā & magis
 robustā recipere mereare sanitatem per Domi-
 num nostrum, Ex qua forma & precibus an-
 te & post vstatis constat, hanc unctiōnem non
 modo ad remissionem peccatorum, & animi co-
 roborationem aduersus insultus diaboli, sed etiā
 ad corporalis morbi leuationem, pertinere, id
 quod forma quoque benedictionis olei Ambro-
 siana, & Romana significat, in qua Romana inter
 cetera oratur, ut prosit febribus, & dysenterijs
 laborantibus, Paralyticis, simulq; vexaticijs id
 est, Energumenis seu demoniacis Idem declarat
 Hymnus post Unctiōnem à Clero decantari so-
 litus, cuius initium,
 Christe celestis medicina patris.
 En ob infirmos tibi supplicamus
 Quos nocens pestis valetudo quassat
 Ut pios morbo releses iacentes

Quo quatiuntur.

N

Dum

QVIN & sententiarum Magister di-
 plicem causam institutionis huius sacra-
 menti adducit, videlicet ad remissionem pecca-
 torum, & corporalis infirmitatis allevationem;
 Quapropter olim hac unctio nō, ut hodie fere fit,
 ad extremū vsq; vita periculū & valetudinē
 iam deploratam differebatur, sed graviore alio
 quo morbo invadente huiusmodi orationes, &
 unctiones, per septem aliquando dies continua-
 bantur, Idem illud veteribus in more fuit, ut
 post officium unctiois, si periculum imminerat
 corporis, & sanguinis dominici communicatio,
 qua televū & perfectio omnium sacramentorū ha-
 bebatur, subiceretur, à quo veteri more licet nō-
 nihil hodie variatum sit, hac tamen tanti esse non
 debent, ut propterea pax Ecclesia perturberetur, &
 unitatis vinculum dirumpatur.

ARTIC. XXIII.

De Cœlibatu Sacerdotum.

NON leuibus de causis olim adductis
 fuerūt Proceres Ecclesie, ut ad prae-
 cipua Ecclesie ministeria, hoc est, ver-
 bi & sacramentorū, nō nisi castos &
 cœlibes admitterent, Quarū prima fuit, ut mini-
 stri Ecclesie castè, pudiceq; in Ecclesia seruiāt, et
 sancta sanctè contrectet, atq; dispensent. Altera,
 ut avaritia causa praecideretur, quam rei fami-
 liae

liaris procuratio, & liberorum cura adferre so-
 let. Tertia ut a cura rei familiaris liberi expedi-
 tius & attentius res diuinas administrarent. Pau-
 lus enim ait, maritum mūdāna curare, ut uxori
 placeat, cœlibē verò, ea quæ sunt Domini cura-
 re, ut domino placeat. Quapropter iniquè faciūt,
 qui Ecclesiam accusant, quod hac constitutione
 nuptias prohibuerit & doctrinam demoniorum
 inuexerit, neq; enim ideo Ecclesia nuptias dam-
 nat, quod ad Ecclesia ministerium non nisi ca-
 stos & continentes admittat; omnibus enim li-
 bertatem inuendi casti coniugii permittit, nisi
 qui vltro genus vitæ, quod a coniugio alienum
 esse sciunt, sibi delegerunt, in quo dum manent,
 æquum est, ut conditionem quàm ipsi sponte sus-
 ceperunt, æquo animo seruent. Quare olim Ec-
 clesia, si cui post sacerdotium susceptum, matri-
 monium inire placuisset, non prohibebatur ille
 quidem, sed a ministerio remouebatur. Sed nec
 ideo Ecclesia nuptias damnare dicenda est, quod
 eos, qui rite & vltro ad vitæ castitatem se ob-
 strinxerunt, si fidem fallant, improbat, & pœna
 dignos iudicat, alioquin si hæ rationes valerent,
 Paulus quoque digamiam prohibuisse, quod
 Montano heretico tribuitur, dicendus erit, si
 quæ plurimorum sententia est, Episcopum nõ nisi
 monogamum, id est, vnius uxoris virum esse
 præcipiat, certè dubium non est, quin Paulus vi-
 tuas post acceptum in Ecclesia ministerium nu-

bere volentes, habere damnationē discat, ut qua
 nubendo, priorem fidem irritam fecerint, Contra
 tamen fatendum est, graviter à posteris esse pec-
 catum, qui hanc utilem pro tempore constitutio-
 nem multis in laqueum verterunt, dum iuvenes
 nondum sibi cognitos & exploratos, temerè ad
 ministerium Ecclesiasticum admiserunt, & cum
 illi castitatis onus sibi impar esse sentirent,
 illi potius impuros quosuis concubitus dissimula-
 runt, & quodammodo probarunt, quam ut per-
 mittendo constitutionis illius humana gratiam
 illis facerent, qui eam sine offensione diuine le-
 gis observare non poterant. Adde etiam, quod
 atas adhuc rerum imperita, sed temporum &
 conditionum vite mutatio, hanc observationem
 penè impossibilem fecerit. Quare nimis rigida,
 & intempestiva huius constitutionis exaltione
 gravissima & abominanda in Ecclesia scan-
 dala extitisse videmus, nam cause illa quibus
 Maiores ad constitutionem hanc faciendam in-
 ductos esse diximus, non solum hodie cessarunt,
 sed etiam in contrarium sunt conuersa, nam pri-
 mum videmus hoc decreto usq; adeò castitatem
 & continentiam in Christo non confirmari, ut
 per illud ad omne libidinis, & flagitij genus, fe-
 nestra aperta esse videatur. Item usq; adeò non
 refrenatam in clero auaritiam, ut etiam frenum
 magis laxata esse videantur, tum res in plerisque
 sacerdotibus ita comparata sunt, ut conjugum
 piarum

narium consortio non modo ad functiones eccle-
 siasticas obeundas non impediuntur, sed etiam ad
 earum procuracionem adiuuuntur ab eis. Quem-
 admodum de patre suo Gregorio & matre Nomia
 Gregorius & Nazianzenus testatur, sunt & con-
 tra plerique Cœlibes, qui usque adeo cœlibatu suo, ad
 ea quæ Dei sunt expeditius curanda non incite-
 tur, sed etiam contra curis huius sæculi supra re-
 liquos homines, immergantur, & obruantur, ad
 ea igitur incommoda & scandala euitanda, &
 tollenda optimum quidem, & præstantissimum
 remediũ esset, si prisca cleri disciplina, quæ quo
 tempore hæc constitutio primum inducta est ob-
 tinebat restitueretur, hoc est, ut nemo in sacerdote
 uolueretur, qui nisi a pueritia in Ecclesia instit-
 tus, & cleri numero ascriptus, per gradus mini-
 steriorum ætatem ut minimum triginta anno-
 rum attigisset, ac totum illud tempus castè conti-
 nenterque traduxisset, aut si maritum aliquem in
 sacerdotem cooptari contigisset, is ea esset ætate
 atque morum grauitate, ut mutuo uxoris consensu
 ob eius commercio abstinere posset, deinde ut in
 sacerdotio constitutus ab omni prorsus cõhabita-
 tione, & familiaritate mulierum abstineret, sine
 quibus conditionibus impossibile esse castitatis
 obseruationem indicabant, notum enim est illud
 Bernardi. Cum fœmina habitare, & fœminam
 non tangere, maius esse, quàm mortuos suscitare,
 sed verè dictum est à Gersono, in primo rigore

De vita
 spirituali.
 40. Coroll.
 130.

Ecclesiastica disciplina multa seверо rigore statuta sunt qua modo defluentibus in peiora moribus non modo in utilem, sed impossibilem haberent executionem. Quod si itaq; de hac disciplina restituenenda desperetur, praesertim in pastoribus ecclesiarum, quos in media hominum turba uiuere, & ut nunc se res habent, rem quoq; familiarem curare necesse est, restat primum ut in posterum ordinandis hoc statutum relaxetur, & more veteris Ecclesiae, & huc usq; Orientalium Ecclesiarum honesti quoq; mariti ad Ecclesiae ministerium admittantur, & extra tempus ministerij, familiaritate quoq; suarum coniugum uti permittantur, iuxta Canonem sextae synodi generalis, quo decernitur, nullo modo legitimas Diaconorum & presbyterorum nuptias esse dissoluedas, nec ante ordinationem ad profitendam castitatem esse compellendos. Sunt igitur huius constitutionis relaxanda graues causa, primum, quod ea manifeste multorum malorum & incommodorum praesertim qui vagam & effrenatam libidinem sequuntur, occasionem praebeat, malorum enim non proprie modo causa, sed occasiones quoq; nonnullas tollenda sunt, qua ratione Paulus coniuges, non diu a mutuo congressu separari uoluit, ne a Satana tententur & iuniores uiduas nubere praecipit, & liberis dare operam, ne criminandi occasionem aduersario praebeant: Prudenter itaq; obseruauit & monuit Panormitanus: Expe

Experientia docente contrariū prorsus affectum sequuntur ex lege illa continentia, cum hodiē nō vivunt spiritualiter, nec sint mundi, sed maculentur illicito coitu, cum illorum gravissimo peccato, ubi cum propria uxore esset castitas. Unde debere Ecclesiam facere sicut bonus Medicus, ut si medicina experientia docente magis obsit, quam profit, eam tollat, Altera ratio sumitur, ex temporum commutatione, nam quo tempore hac sacerdotum continentia indicebatur, longè alia ratio erat disciplinae cleri, ut iam exposuimus. Tertiā causam & quidem præcipuam adfert præsens Ecclesie status, & idoneorum ministrorum inopia, pleriq; enim homines docti & pii, ad continentia observationem adstringere se nolunt, cum & infirmitatis suæ rationem habeant & exemplis turpitudinum & scelerum, quæ preteritu cœlibatus passim in oculis & aures incurruunt, moveantur, quo fit ut paucissimi adolescentēs pietatis indole præditi, ad Theologiae studium se adiungant, aut à pijs parētibus ad hoc studium applicentur, sed iuferè tantum, qui optima beneficia, vita luxum, & splendorem ac carnis licentiam, & vagam effrenemq; libidinem animo præsumunt, præter nonnullos, qui imprudenter & nondum sibi satis noti, in laqueum inducuntur. Sed de maritis ad Ecclesia ministeriū eligendis non tantopere quidem reluctantur, cum ea res exemplum habeat prisca Ecclesia, &

ab Orientalibus omnibus Ecclesijs hucusq³ ser-
 uetur, Gravior autem questio de ijs, qui post sa-
 cerdotium uxores duxerunt, an eis in ministerio
 permanendi, & uxoris oportuno tempore fami-
 liaritate utendi facultas permitti possit, que
 res omni prorsus exemplo vetustatis careat, sed
 hac ratione non satis concludit: Non est factum,
 ergo fieri non licuit, cogunt enim nouas aliquan-
 do inuenire medicinas nouorum experimenta
 morborum. Sunt autem cause non leues, cur ho-
 die ijs quoq³, qui iam ordinati, non libidine sed
 conscientia ducti uxores duxerunt, & ecclesijs
 utiles esse possunt, gratia huius legis fieri debeat,
 & in posterum quoq³, si magna Ecclesia utilitas
 inuitet, aliquibus idem concedi possit, primum,
 quod coniugium inire post ordinationem nullo
 diuino iure, solo Ecclesia statuto prohibeatur &
 in veteribus canonibus tale coniugium non di-
 vimitur, sed leniore censura puniatur, nam in Co-
 cil: Neocesariensi Cap. i. sacerdos uxorem du-
 cens, deponitur ab ordine, id est, ut exponit Glos-
 sa, ab officio, & non beneficio, ubi & illud addi-
 tur, magis puniri sacerdotem qui fornicetur, quam
 qui publice contrahit, idem statuitur. Cano. 6.
 Cöcil. Generalis. In cöstitutionibus vero Leonis ir-
 rita sit cöstitutio, que diaconos, & sacerdotes post
 ordinationem contrahentes, a cericali habitu ad
 prophanam vitam redigi vult, statuit verò ut
 ab eo tantum ordine, quem ante nuptias tenuerunt,

runt, recedat, nec habitu Cleri, nec legitimo Ecclesia ministerio priuentur. Cum igitur hac matrimony contractio post ordinationem solo statuto prohibeatur, & exempla prisca extent, qua testentur, huiusmodi statuta non tam anxie obseruata fuisse, quin ob Ecclesie necessitatem aliquando relaxata fuerint, quis non concedat in extrema hac Ecclesie necessitate, hoc idem hodie fieri posse? Exempla non obseruatorum Ecclesie statutorum etiam apud Veteres huiusmodi sunt: nam primum Epiphanius ait, in quibusdam locis sua etate presbyteros & diaconos liberos cognere, quamuis id fiat contra ecclesiasticos canones, idq; fieri propter inopiam ministeriorum. Item iam dudum Ecclesia cohabitationem sacerdotum cum fœminis tolerat, quod haud secus, atq; ipsum coniugium, Ecclesie statutis prohibetur, quin non solum contra Ecclesie statuta, sed etiam contra statuta Apostolica, in Ecclesia aliquando aliquid exigente id insigni utilitate admissum legimus, ut Neophytos ordinatos, q; constat de Fabiano, Cypriano, Nicolao, Nectario, Ambrosio, Senero, Tarasio. Itē Tertullianus testatur apud psychycos, quo nomine Catholicos appellat, etiam digamos aduersus praeceptum Apostoli Ecclesie praesidere. Nil igitur absurdi fiet, si in tanta Ecclesie necessitate, huius ecclesiastici statuti etiam si apostolicum esset, moderatio & relaxatio fiat. Nec audiendus est, nouus quidam in

Franciscus
Turrianus
sive Tor-
rensis libr.
2. de dog-
maticis
Characte-
ribus.

Italia dogmatistes, qui unus contra omnium
veterum, & recentium Ecclesiasticorum scri-
ptorum sententiam Cœlibatum ordini sacro
ὄνομαζόν hoc est, substantialiter & lege diuina
adiunctum esse contendit, nec esse in potestate
Pontificis nec Ecclesie, ut coniugij usum sacer-
dotibus permittant, non magis, quam furandi
aut latrocinandi, atque eo modo vniuersam Ec-
clesiam tam Orientalem quam Occidentalem
violati diuini iuris accusat: illam, quod coniu-
gium in Sacerdotibus hætenus obseruauit: hanc
quod eam rectè facere iudicarit, Cur autem etiam
in ordinatis coniugium hodie admitti pos-
sit, hæc ratio est, quod ex huiusmodi coniugio,
non modo nulla offensio populi, sed magna etiam
utilitas sit expectanda, nam eo res iam rediit,
ut vix centesimum inuenias, qui ab omni com-
mercio feminarum abstineat, populus vero ita
affectus est, ut sacerdotis fornicatoris seu concu-
binarij ministerium vel prorsus condemnet, vel
leuius astimet, maritum vero sacerdotem equi-
us ferat, ut cum populo quoque iam notum sit, ho-
norabile esse in omnibus coniugium, adulteros
autem & fornicatores à Deo iudicandos, Ac-
cedit & hoc, quod nisi huiusmodi coniugium tole-
retur, vix idonei Ecclesie ministri in posterum
quoque inueniri poterunt. Quare si unquam tem-
pus fuit, antiqua alicuius consuetudinis immu-
tanda, certè hæc tempora, huius quamuis prisca
morū,

moris, immutationem aliquam efflagitare vi-
 dentur, cū optimi quique, & religiosissimi sacer-
 dotes infirmitatem suam agnoscentes, & perpe-
 tue scortationis fœditatem exhorrescentes, sicut
 publice non audent, certe privatim coniugium
 ineunt, & populus hodie, ut diximus, eo animo
 comparatus est, ut maritum quam scortatorem
 sacerdotem facilius patiat̃ur. Cum igitur hoc
 tempore, eo necessitatis res propemodum reda-
 ctā sit, ut aut coniugatus aut Concubinarius sa-
 cerdos sit admittendus, quis non videt, etiamsi
 quid in hoc coniugio sit incommodi, minoris ma-
 liratione potius esse eligendū? Nam quod Am-
 brosi, Basiliy & multorum Antistitum exem-
 pla adferuntur, qui ope diuina adiuti, extra cō-
 iugium feliciter Ecclesias administrarunt, hi
 certe non modo a coniugio, sed ab omni mulierē
 congressu sibi temperarunt, quod si hodie quoque
 ab Episcopis & Presbyteris obseruetur, nemo
 huiusmodi cœlibatum in questionem vocet,
 quin potius summis laudibus euehat, Quare
 omnino consultum videtur, ut qui huiusmodi
 castum cœlibatum ultro præstant, laudentur &
 honorentur, qui hunc autem summum castita-
 tis gradum conscendere nequeunt, in secundo
 & proximo gradu casti coniugij consistere per-
 mittantur, neque enim hoc eo pertinet (ut He-
 roicus ille) ad summum castitatis gradum
 contendendi conatus & impetus retardetur :
 sed

*sed ut humilium & infirmorum imbecillitati
consultatur.*

ARTICVLVS XXIII.

DE MISSA.



QVERITVR CONFESSIO
 & Apologia falso suos accusari,
 quod aboleant Missam, eam enim
 apud suos retineri, & summa re-
 uerentia celebrari, seruatis vsitatis ceremonijs,
 populum autem assuescieri, ut utatur sacramen-
 to, nullos admitti nisi exploratos, fieri unam
 Missam communem Dominicis diebus atq;
 etiam alijs, si qui uti velint sacramento, in qua
 Pastores consecrari, sumunt & porrigunt sa-
 cramentum corporis & sanguinis Christi, his
 certe verbis nil apparet quod admodum
 publica consuetudine in publicis Missis cele-
 brandis dissidet, nisi quod in omni Missa sacra-
 mēta corporis & sanguinis Dñi porrigunt, idq;
 idoneis atq; exploratis, quod certe improban-
 dum non est, nam & institutio Christi, & Apo-
 stolica traditioni, & veteris Ecclesiae etiam Ro-
 manae obseruationi consentaneum est sed pra-
 zerea alia sunt, & in Missarum seu caene (uti
 ipsi vocare maluerunt) celebratione, quomodo
 ab ipsis fit, qua certamina haud leuia exci-
 tarunt, illud enim praeter communem & Veterū
 omnium

omnium Ecclesiarum consuetudinem est, quod in
 consecratione sacramentorum canonicam pre-
 cem, in qua inuocatio diuini nominis, mortis do-
 mini recordatio, & membrorum corporis misti-
 ci commemoratio adhibetur, in totum omittunt.
 Dominica autem verba recitant illi quidem
 historica narratione, non quod per illa ex diui-
 no pacto consecrationem & dominici corporis
 presentiam effici putent, hanc enim magiam es-
 se dicunt, qua in re certe, & non modo ab uni-
 uersa Christi Ecclesia veteri & recenti dissen-
 tiunt: verum etiam quod cogitatum horrendum
 est, eam Magie, incantationis & prestigiariis
 insimulant. Neque verò solum hanc Canonicam
 precem, verum etiam eam, qua nostra Ecclesia
 Latina iam olim vitur, immaniter flagellant,
 eo presertim nomine quod in ea oblationis & sa-
 crificij subinde mentio fiat, qua de re postea erit
 dicendi locus. Nunc illud primo explicemus, in
 quo Confessio, & ei adiuncta Apologia huius
 controuersia statum constituit, nempe opinionem
 de merito & applicatione Missæ falsam esse
 & impiam, obyciter enim presentis Ecclesie
 Doctoribus, quod heresim defendant, manife-
 ste pugnantem cum Prophetis Apostolis &
 sanctis patribus, videlicet, quod Missa ex ope-
 re operato iustificet, quod mereatur remissionem
 culpe & pœna etiam iniustis, pro quibus appli-
 catur, si non ponunt obicem. Sed hac accusatio
 quamuis

quamuis atrox sit, tamen ad *Missæ* substantiam non pertinet, sed in prava opinione hominum posita est, quemadmodum olim quoque in Ecclesia Iudaica Pharisæica opinio multorum animos occupabat, existimantium externa operatione sacrificij se Deo gratificare, a peccato mundari, quum ipsi in grauissimis sceleribus resisterent, quæ opinio utinam non etiam hodie in multorum in Christiano nomine gloriantium animis hæreat, sic ut seuera illa Dei apud Prophetam increpatio, quæ se cæcus, festa, ceremonias, sacrificia eorum, qui hoc animo præditi fuerunt, auersari & detestari significat, in multos quoque hodie missarum & aliorum Ecclesiasticorum officiorum celebratores & auditores merito conuenire possit. Sed hæc opinio prauorum hominû, ut neque olim sacrificiorum dignitati, ita neque modo sacramentorum legitime celebrationi quicquam detrahit, quod ex aduerso vno ore omnes hodie Ecclesiastici scriptores clamant, falso Ecclesiã accusari, quod doceat, *Missæ* actionem ex opere operato hoc est ex opere externo, quatenus id a sacerdote fit, mereri alijs remissionem peccatorû, pro quibus applicatur, sed hoc tantummodo docent, corpus & sanguinem Christi, quæ in hac sacra actione religiosa commemoratione offeruntur, & fidelibus dispensantur, ex panis & vini substantijs consecrari, & virtutem sanctificandi obtinere non ex opere operantis, id est dignitate, &

merito celebratis ministri, sed ex opere operato,
 hoc est, ex ordinatione & pacto ipsius Christi,
 hac sacrā actionē institueris. Itaq, sacerdotis ac-
 tionē tanquā ministri qua in sola sacramen-
 torum celebratione & humili supplicatione, &
 gratiarum actione consistit, eo tantum valere:
 virtus & gratia, qua corpori, & sanguini
 Christi pro nobis semel immolati perpetuo inest,
 qui ad eam suscipiendā apti & dispositi sunt,
 applicetur & tribuatur. Falso itaq, Protestantes
 operatū ad actionē sacerdotis referūt, cū Ec-
 clesiastici opus operatū de veritate corporis, &
 sanguinis Christi intelligāt, quæ nō in merito sa-
 cerdotis, sed in verbo cōficitur Creatoris. Cū igitur
 cōfessio & Apologia cause statū in eo esse po-
 tē dicat, quod ostēdi non possit, Missam ex ope-
 rato conferre gratiam, aut applicatā pro-
 mereri ijs remissionem peccatorum, id si-
 cerum est, iam non habent cur hac de causa
 Catholica parte litigent, cum id ipsum in-
 tentionē omnes profiteantur: si enim per opus ope-
 ratum intelligas externam Ceremoniam sine
 & bono motu cordis, eam prorsus cuique
 valem esse negant, tantum abest, ut illi tribuant
 meritum remissionis peccatorum pro viuis &
 mortuis non participantibus Christi meritum
 per fidem, vide Enchiridion Christiane insti-
 tutionis. Idem publicè & voce & scripto pro-
 fessus est insignis vir eruditionis Michael Epi-
 scopus Mersburgensis Concil. 17. de sacrificio

Missæ, ubi inter cetera inquit, falso nobis impo-
tant, quod Missæ eiusmodi actum externum
esse sentiamus, quem sacerdos suo arbitratu
quibus velit seu vivis seu mortuis accommodare
queat, etiamsi is nulla fide, nullaque volun-
tate præditus sit. Qui aliquam ex hoc sacrifi-
cio ad se utilitatem redire volunt, eiusmodi sit
oportet, qui ad divinam sperent misericordiam
alioqui citra propriam fidem & devotionem alienam
actio, neminem saluum & beatum facere potest &
Ecclesiæ Dei hac sua sacrosancta victima ho-
mini impio non nisi hæctenus conferre aliquid
potest, quam ut precibus illius causa id agat
apud Deum, ut pro sua Clementia huiusmodi
hominum corda, convertat. Huic accedat
si lubet Ecclesiæ, qui in Apologia Principum Ca-
tholicorum refellit eorum errorem, qui tribuunt
Catholicis, quod partiantur meritum Missæ in
passionem Christi & opus sacerdotis. Quis un-
quã (inquit), vel per insomnia sic loquutus est
Nos dicimus totam efficaciam Missæ esse à Chri-
sto, qui est summus Pontifex & sacerdos, hic
est qui consecrat, offert, & Deum patrem Om-
nipotentem placat, sacerdos autem homo solum
est minister Christi & Ecclesiæ, huiusmodi scri-
ptis author huius confessionis motus, postea ag-
novit Pontificios modo docere efficaciam huius
oblationis consistere non in merito sacerdotis,
sed in applicatione tantum: verum fucum esse
ast,

ait, & quomodo quæso fucus esse possit, cū disertè hanc applicationem fieri dicat fide, & deuotione eorū, qui huius sacrificij participes fieri cupiunt. Ite hanc oblationē grata acceptamq̄, esse Deo, nō ex dignitate rei oblata, sed ex fide & deuotione offerētis id q̄ significatur verbis Canonis: Quorū tibi fides cognita est et nota deuotio. Ita enim Cæcilius his verbis insinuari ait, applicationē huius sacrificij nō sola intentione, sed deuotione ad iuncta perfici, cuius rei ratio sit, quia in sacrificijs, & oblationibus, quantitas deuotionis magis pensatur, quàm rei oblata, ut patet de oblatione vetule Lucae 21. Porro offerentium duo sunt genera, vnum eorum qui voto offerunt, & quorum nomine fit oblatio, in his propria deuotio requiritur: Alterum eorum qui officio, & ministerio offerunt in quibus ad efficaciam oblationis non tam persona propria spectatur, quàm totius Ecclesie cuius personam in obeundo ministerio representat. Et ne hunc nuper excogitatum fucum esse dicas, idem ante annos ferè trecentos docuit Thomas exponens illud è Canone: Et accepta habere sicut accepta habere dignatus est munera pueri iui iusti Abel. Licet (inqt) hoc sacrificiū ex ipso præferatur omnibus sacrificijs antiquis, tamen sacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptissima ex eorum deuotione. Petit ergo sacerdos, ut sic hoc sacrificiū accipitetur à Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt

fuerunt Deo. Et Scotus in Quodlibetis disputati
 Quest. 200 Hanc oblationem Eucharistia, non esse accep-
 tam, nisi sit offerentis accepti, & ratione bona
 voluntatis alicuius offerentis, neque id fieri im-
 mediate ratione ipsius Christi offerentis, quia
 Christus & si hic offeratur, ut cōtenius in sacri-
 ficio, nō tamen hic immediate offert sacrificium,
 iuxta illud ad Habr. 9. neque ut saepe offerat
 semetipsum, alioqui videretur quod vnus Mis-
 sa celebratio equivaleret passioni Christi,
 patet ergo inquit quod Eucharistia oblata
 acceptatur, non ratione voluntatis Christi, ut
 immediate offerentis. Ratione ergo voluntatis
 Ecclesie generalis, qua habet rationem merito
 finitam. Hec quis non videt quā maximam
 aduersari falsa illi fiducia de opere operato,
 qua tam odiosè presenti Ecclesie obijciunt.
 Quid quod eadem hac praua opinio, & falsa
 fiducia disertè damnatur in libro ad composicio-
 nem religionis Ratisbona proposito, his verbis
 superstitiosa illa absit opinio, qua quidem de
 natura, & Energia huius sanctissimi sacrificij
 malè edocti: Virtutem eius ex solo externo ope-
 re, quod facit Sacerdos in se derivari putabant
 tamen si illi nullam viuam fidem adferrent, nul-
 lam pietatem adhiberent, nulla comunione vel
 precum vel orationis, sacrificij assensum prebe-
 rent, qua opinio damnanda est, quam libri senten-
 tiam non modo protestantium colloquuntores, sed
 cum

cum suis collegis Eccius ipse quamuis aliàs li-
 bro iniquior scripto quoque suffragio compro-
 bavit, cum inquit: Liber rectè damnat fidu-
 ciam solius externi operis in eo, qui nullam si-
 dem viam, nullam pietatem, nullam commu-
 nionem, precum vel orationis, vel assensum sa-
 crificio adhiberet, & iste quoq; nobis erit velut
 Ethnicus & Publicanus, à merito & beneficio
 Misse alienus. Hæc cum ita se habeant, miror
 qua fronte vir quidam adductus in publico sue
 Ecclesia ministerio constitutus, ac ut videri vult
 moderatus, hæc haud ita dudum in publicum e-
 mittere ausus sit. Pötifex Romanus cū suis asse-
 cliis (inquit) scelerate docuit, ac credi coe-
 git, hanc cœnam ad hoc mandatam, & in-
 stitutam esse, ut in ea à quolibet sacrificio, Deus
 nouo, & singulari sacrificio placaretur, in quo
 filius Dei quasi denuò excruciatuſ & macula-
 tus celeſti patri offerretur, cuius operis & obla-
 tionis tanta sit dignitas, & efficacia, ut me-
 reantur ex opere operato sine propria fide re-
 missionem peccatorum, reconciliationem, iusti-
 tiam, vitam æternam. Hanc calumniam ple-
 nam esse vanitatis, ex his quæ supra diximus,
 manifeste apparet, hoc tamen ingenuè faten-
 dum est, quod ab Ecclesiastica parte magna
 huic falsæ opinioni occasio præbita esse videatur,
 unde non temerè quidam impulsæ sunt ad eam
 opinionem acerbius insectandam, videlicet

Paulus Ebe-
 rus Pastor:
 VVittēber-
 gens. in as-
 sertione de
 Cœna do-
 mini.

cum tanta multitudo Missarū passim summa
 negligētia celebretur, itaq; nonnunquā vilsimū
 & impurissimis hominibus hāc actionē tanquā
 quoddā opificiū unde vitā traducāt, questus tā-
 tū causa obeūtib; ad q̄ multitudo saepe impro-
 borū, & sceleratorū hominum concurrit, nihilq;
 aliud inde refert, quā ex eo spectaculo sanctitu-
 tē sibi aliquā accedere putant, tametsi ipsi de vi-
 ta immutatione, nil cogitent, imò saepe à quori-
 diana Missa auditione statim ad sua usitata sin-
 gulia, & scelera se conuertant. Huic rei optime
 occurrī poterit, si minore quidem numero, sed
 maiore reuerentia Missa q̄ hactenus celebra-
 tur, neque plures sacerdotes ordinentur, quā
 quibus administrum Ecclesiasticum opus est.
 Videntur autem populo sufficere singulis Do-
 minicis, & maioribus festis Missa singula, vel
 infrequentioribus locis, Missa bina, quod
 antiqui moris esse in Romana Ecclesia hinc pa-
 tet, quod cum olim festis diebus convenienter
 vna tantum Missa populo celebraretur, eaq̄
 multitudini populi ad offerendum, & partici-
 pandum non sufficeret, Romana Ecclesia in
 more habuit, ut ad nouum populi conuentum
 sacrificij oblatio reiteraretur, id quod Leo Pon--
 tificex Dioscoro Alexandrino Episcopo signifi-
 cabat, Instituentus etiam esset Populus, ut ad
 audiendas Missas seu celebrationem diuinorū
 Mysteriorum religiosius conueniat, nam cum
 olim

olim neminem consecrationi mysteriorum interesse licuerit, nisi sacramenta participaret, aut saltem participatione sacramentorum fuisset dignus, consequitur sanè omnes eos qui hisce mysterijs intersunt, ita comparatos esse debere, ut laudis, & precum sacrificium una cum sacerdote offerre, & sacramenta diuina, si non ipsa symbolorum perceptione, certe religiosa animi affectione participare queant, qua dicit Chrysostomus: Quemadmodum (inquit) nemini eorum, qui initiati non sunt, adesse licet, ita neque initiatis, si sordidi fuerint, Ibidem ait eos, qui indigni sunt participatione sacramentorum, indignos quoque esse ea communicatione, qua in precibus est. Huc certè pertinet antiquissima omnium Ecclesiarum atque in primis Romanae Ecclesiae consuetudo, qua voce Diaconi post Euangelij lectionem, non communicantes mitebantur, id est abire iubebantur, in quo solemniori ritu, quo primum Catechumenis, & non communicantibus, ante consecrationem, & postea fidelibus post consecrationem, & participationem, Missa seu Missio denunciabatur, Missa nomen in vulgus obinuit, quamuis quod hoc loco urget Chrysostomus, ut qui huic mysticae actioni intersunt, de mensa quoque domini una communicent, id ut effici possit, vix operandum est, quando ne ipsius quidem etate, hoc obseruatum fuerit: Monendi tamen sunt

Homi. 3. ad
Ephesios.

homines, ne tantis mysterijs interesse audeant, si ex consciētia, grauioris peccati indignos si participatione sacramentorū esse sentiunt, ut qui in usura, scortatione, Ebrietate, blasphemia, odio fraterno persistunt, illi quoque qui manifestis sceleribus obnoxij sunt, Ecclesiastico iudicio ab his mysterijs essent arcendi. Hoc de ea parte huius sacrae actionis intelligendum est, in qua consecratio, & mystica oblatio & participatio siue que missa fidelium dicitur, nam illi parti, quae institutionem tantum habet, & Evangelicam lectionem, & verbi dei praedicationem finitur, omnibus olim interesse licebat. Ad hac missas ipsas ita à sacerdotibus fieri oportebat, ut hinc utilitas aliqua ad populum redeat, & non in externa tantum spectaculo defixus hareat, quod fiet si preces, & lectiones diuinarum literarum fieri, ut ad presentium quorum gratia sunt, siue dem & pietatem augendam pertineant, addat quod haec actio missa, non solum populi causa sit sed ex antiquis patrum institutis in ea populus suas quoque partes habeat, nam ut recte inquit Caetanus: Institutio Missae id habet, ut populus & audiat, quae doctrinae sunt, & dicantur quae laudis sunt, quae propter idem scriptor alibi, ut melius esse ad aedificationem Ecclesiae, si orationes publicae, quae audiente populo dicuntur, dicantur lingua vulgari in Ecclesia, quam in lingua Latina, quae de re cum reprehenderetur, res

respondet se hanc sententiam fundasse super doctrinam Pauli, I. Corinthios 14, Quod si ob reverentiam latinae linguae, in qua divinas literas & Evangelicam doctrinam primum accepimus, lingua retinenda videatur, saltem ex mandato. B. Pauli interpretatio adiungatur, & post lectum Evangelium, brevis aliqua explicatio, ad institutionem populi subijciatur.

DE SOLITARIIS

Missis.

QUOD itaq; de privatis Missis conqueritur nō omnino prater rationē est, si privatorū Missarū nomine intelligat eas Missas, in quibus solus sacerdos cōfecta sacramēta participat nec ulla mysteriorū distributio sit. (Qua aptiore nomine solitariae missae vocantur) quae veteribus quoq; cū primū in Monasterijs quibusdā inolevisset improbare fuisse videtur, ut patet ex Canone quodam Concilii Nannetensis, in quo sacerdos solus missam celebrare vetatur, absurdum enim esse, ut dicat, Dominus vobiscum, Sursum corda, aut gratias agamus Deo Domino nostro, cum nullus sit, qui respondeat, aut in Canone. Et omnium circumstantium cū nemo adsit, aut inuitet ad orationem, cum dicit, Oremus, cum nullus sit qui secum oret. Itaq; concludit ridiculosam illam superstitionem maxime à monasterijs Monachorum exterminandam esse, itaque iubentur Pralati providere, ut

presbyteri in Cœnobijs & in alys Ecclesijs coo-
peratores habeant in celebratione Missarum,
huic concilij Nannetensis decreto simile repe-
ritur, ex Concilio Papiensi Cap. 132. Ut nullus
presbyter solus Missam celebrare presumat,
quia ita nec verba Domini saluatoris, quibus
mysteria corporis, & sanguinis suis discipulis
celebranda contradidit, nec Apostoli Pauli do-
cumenta declarant, nec etiã in ipsis actibus enu-
cleatim legitur, ita debere fieri ullo modo. De
his solitarijs Missis scribit Odo Cameracen-
sis in Canonem, antiquitus eas in usu Ecclesia
non fuisse, videlicet, cum nulla Missa, sine colle-
cta, hoc est cœtu aliquo una offerentium, & sa-
cramenta participantium agerentur. Cum au-
tem morem solitarias Missas celebrandi, maxi-
mè in monasterijs monachorum obtinuisse: soli-
tarias autem Missas etiam habitas fuisse, quas
sacerdos cum vno aliquo ministro celebrabat,
idem Odo testatur. Huc etiam pertinet, quod
quidam antiquiores Ecclesiasticorum officio-
rum interpretes eam solam legitimam Missam
esse fateantur, cui intersint sacerdoti responden-
tes, offerentes, atque communicantes, quod ipsa
precii in sacra actione compositio euidenter de-
monstrat, in qua actione offerentium & com-
municantium aperta fit mentio. Et alius quidã
Ecclesiasticarum rerum peritissimus scriptor,
ante annos, 500. ita scriptum reliquit, sciendum
iuxta

VValafri-
dus Strabo
de rebus Ec-
clesias, cap.
22.
Liber de Ec-
clesiasticis

iuxta antiquos patres, quod soli communicantes
 diuinis mysterijs interesse consueuerunt, unde
 & ante oblationem iuxta Canones, iuebantur
 exire Catechumeni, & pœnitentes, videlicet
 qui nondum preparauerunt se ad communicā-
 dum. Hoc quoque ipsa sacramentorū innuit cō-
 sectio, in qua sacerdos, non pro sua sola oblatio-
 ne, & communicatione, sed & aliorum rogat, &
 maxime in oratione post communionem, pro sō-
 lis communicantibus orare videtur, nec proprie
 communicatio dici potest nisi plures de eodem sacri-
 ficio participant. Et quidem hunc antiquū esse
 Romana Ecclesia morem doctissimi quig, ag-
 noscunt, quem etiam hodie Ecclesia Aethiopi-
 ca diligenter, & religiose obseruat, ut patet ex
 libro navigationum Francisci Aluares. Itaque
 hac nostra etate reuerendus pater & vir doctis-
 simus Ioannes Hoffmeisterus, his verbis suam
 sententiam breuiter declarauit, quo loco preca-
 tiones Missæ exponit. Res ipsa, inquit, clamat,
 tam in Græca quàm Latina Ecclesia, non solum
 sacerdotem sacrificantem, sed & reliquos pres-
 byteros, Diaconos, nec non & reliquam plebem
 aut saltem plebis aliquam partē communicasse,
 quod quomodo cessauerit mirandum est, & v-
 bonus ille usus, in Ecclesiam reuocetur, laborā-
 dū. Neque verò adeò difficile esset priscū hunc
 morem restituere, si ad modum quem supra di-
 ximus per dies festos in Ecclesijs Parochialibus

obseruati-
 onibus qui
 inscribitur
 Micrologus

Henric de
Gorghem
in tractat.
de effectu
Missæ prop.
23.

De Ciuitat.
Dei lib. 22.
Cap. 58.

Missæ celebrentur, facile enim ex multitudine populi, aliqui semper suppeterent, qui una cum sacerdote synaxim facerent, et sacramenta participarent, nam quod rarius, & rariores è populo communicent, in causa sunt, potissimum ipsi Pastores, qui populum ad frequentiore Communionem non inuitent, quod patet ex scripto Theologi cuiusdam non indocti superiore seculo, quo scripto reprehēdit Pastores quosdam suæ ætatis, qui agre ferebant, quod nonnulli ex suæ Parrochia subiectis singulis Dominicis diebus sacramentorū cōmunionem peterent, etiam si laudabiliter viuerēt. Addit autem quā apud quosdam fideles ea deuotio, quæ erat in primitiua Ecclesia, in qua quotidie communicabatur adhuc hodie vigeat, non debere pastorem indignari, si qui è vulgo sint, qui singulis Dominicis, aut etiam alijs diebus ad Communionem sacrosanctam accedere cupiant. Hæc de solitarijs Missis dicta sint, alioqui constat, præter publicas Missas, etiam melioribus Ecclesia tēporibus nonnunquam ob certas causas, etiā in priuatis edibus, & à religiosis Episcopis in Oratorijs, extra ordinem Missas celebratas fuisse, idq; etiam ante Gregoriū, ætate Augustini & Ambrosij, nam & Paulinus in vita Ambrosij tradit, eum trans Tyberim, apud quandam clarissimam inuitatum fuisse, vt sacrificium in domo offerret: & Augustinus auctor est, quendam ex suis presbyteris à viro quodā Tribunia

tio inuitatum, in eius fundo sacrificium cor-
 poris, & sanguinis domini obtulisse, Fallitur
 ergo Confessio, qua affirmat, Veteres ante
 Gregorium, non facere mentionem priuata
 Missa, nisi fortassis nomine priuata Mis-
 se solitariam intelligant, que tamen nes-
 cio, an adhuc etate Gregory in usu fuerit.
 Huiusmodi autem Missas, quamuis priuatim
 extra publicum conuentum, & inter paucos fie-
 rent, non tamen prorsus, sine omni synaxi &
 collecta fuisse credendum est, sed in tali actione
 sacerdotem aliquos licet paucos, vel ex ipso
 clero, seu ministris Ecclesie habuisse, qui cum
 illo sacramenta participarent, quod vel ex eo
 patet, quod non licuerit sacerdoti sine Diacono
 celebrare, qui de manu sacerdotis Eucharis-
 tiam suscipiebat, ut testatur Nicolaus de Cusa,
 addit quod ita preceptum fuisse seruari, & ex
 eo, quod in Missali ponitur. Sumpsimus Do-
 mini sacramenta, clarè videtur plures semper
 communicasse, & in Concilio quodam cuius
 supra mentionem fecimus, iubentur Pralati
 prouidere, ut presbyteri in Cœnobijs, & alijs
 ecclesijs cooperatores habeant, in celebratione
 Missarum. Neque illud improbandum erit,
 si antiquo more in collegijs, & monasterijs, per
 singulos dies Missa habeantur, etiam si non
 quotidie populi conuentus celebretur, que Missa
 quotidiane dici solent, de quibus loqui videtur
 Chrysof. Frustra habet quotidiana oblatio,

Epistola ad
 Clerum &
 Literatosq;
 Bohæmiæ.
 Cœcil. Nan-
 netes. Cap.
 2.

Homil. 3. in
 Epistola ad
 Ephesios.

*Frustra stamus ante altare, nemo est, qui simul
 participet. Ex quibus verbis apparet in his quo-
 tidianis Missis solos ferè ministros, & clericos,
 paucos verò aut nullos ex populo communicasse,
 in his itaq; Missis, quæ quotidie in Collegiis, vel
 Monasterijs habentur, hoc optandum esset, ut
 loco plurium Missarum, quæ passim per varia
 altaria satis sæpe negligenter fiunt, una tantum
 modo Missa celebretur, in qua viri religioni pe-
 culariter consecrati communionem sacram per-
 ciperent, & maxime y, quorum ministerio pres-
 byter sacra faciens utitur, hoc est Diaconus, &
 subdiaconus qui mos in Ecclesia diutissime fuit
 obseruatus. Huius unius Missæ vestigia adhuc
 retinentur in Monasterijs Benedictinorum,
 in quibus triduo illo antepascha, solus Abbas
 mysteria perficit, reliqui Monachi, etiam si
 presbyteri sint, de Abbatis manu sacramenta
 participant. Et B. Franciscus Epistola ad sa-
 cerdotes sui ordinis, eos diligenter monet & ex-
 hortatur in domino, ut etiam in locis, in quibus
 plures sunt sacerdotes, una tantum Missa cele-
 bretur in die, secundum formam Romanæ Ec-
 clesie. Quamuis autem fatendum sit, melius &
 diuino instituto, & consuetudini Ecclesie con-
 uenientius esse, ut in omni Missa, presentibus
 aliquot, vel ex clero, vel populo sacramenta di-
 stribuantur, tamen si qui ex ys qui modo sunt
 sacerdotibus inolita iam aliquot seculis consue-
 tudinis*

tudinis auctoritate ductus, diuina mysteria sibi celebranda esse putet, etiamsi solus ipse sacramenta consecrata percepturus sit, non putarimus eum inuitum prohibendum, nec eam actionem sacrilegi esse accusandam praesertim cum qui id faciunt, paratos sese esse ad distributionem sacramenti, si quis modo id expetat, asserant, sequens sacramenta non suo privato, sed publico Ecclesiae & populi nomine participare dicant. Verum ut dixi conuenientius, & tutius esse putarim, se in posterum id effici possit, ut ad Apostolicum, & priscum morem, Missa, sine omni communicatione, & distributione sacramentorum fiant, sed si hoc tam facile impetrari non possit, saltem populi, ad eum modum, quem supra diximus, ratio, in Parochialibus Ecclesijs habeatur, ut singulis dominicis & festis diebus legitimarum Missarum usus restituatur.

DE SACRIFICIO CORPORIS & sanguinis Christi.

RESTAT nunc altera controuersia de sacrificio corporis, & sanguinis Christi, quod in Missarum celebratione offerri dicitur, cui controuersia locum futurum non fuisse puto si priscus ille mos inter plures celebranda, & distribuenda Eucharistiae retentus fuisset, qui si in confessio, in usum reuocetur, inquam huius controuersiae Saxon. .
partem

partem sublatam putarim. Agnoscunt enim Protestantes, Veterem Ecclesiam uti nominibus sacrificij & oblationis, sed intelligere eos, totam actionem, precationem, sumptionem, recordationem, fidem, Confessionem, & gratiarum actionem. Hoc quidem aliqua ex parte verum est, nisi quod Veteres in hac sacra actione, peculiarem quendam sacrificij, & oblationis modum intellexerunt, quam Christus instituerit, & praeceperit, cum inquit: *Hoc facite in meam commemorationem*, qui modus sacrificandi, solo ministerio eorum, qui in Apostolorum locum Ecclesiis praesunt, peragatur, itaque fatendum est, oblationis & sacrificij nomine, veteres nonnunquam intellexisse, totam hanc mysticam actionem, qua constet symbolorum consecrandorum oblatione, oblatorum consecratione, mortis domini commemoratione, gratiarum actione, & pro communi omnium salute supplicatione, etiam sacramentorum distributione & participatione, hac certe omnia Graeci his nominibus λειτουργίας ιεραργίας ευχαριστίας λογικης, λειτουργίας significasse videntur, sed hoc tolerandum minime putant quod corpus Christi hic offerri dicatur, & quidem sacrificium fieri pro vivis & mortuis, & pro communi totius orbis salute, quasi verò (si quid veteris Ecclesiae auctoritas valet) non idem semper vetus illa Ecclesia confessa sit manifestum

Num est enim veterem illam ecclesiam, ita semper
 sensisse: Corpus & sanguinem Christi semel
 in cruce oblata, ad salutem totius mundi victi-
 mam esse perpetuam, qua semel oblata consumi
 non potest, sed efficax manet ad remissionem
 quotidianorum delictorum, quare & Chri-
 stus in caelis perpetuum habens sacerdotium Hebr. 7.
 quotidie hanc perennem victimam pro no-
 bis quodammodo offert, quando apud patrem
 interpellat pro nobis, itaque Ecclesie mi-
 nistri, idem illud corpus Christi, ex ipsius
 mandato quotidie offerunt, per mysticam re-
 presentationem, & commemorationem sa-
 crificij, semel peracti, cuius sacrificij perpe-
 tuam victimam, in caelis ad dexteram pa-
 tris assistentem, in sacra mensa presentem
 habent, per quam Deo patri supplicant, ut vir-
 tutem, & gratiam huius perennis victimae Ec-
 clesiae suae, ad omnes corporis, & animae necessi-
 tates efficacem, & salutarem esse velit, & quia
 virtus huius sacrificij, ad vivos pariter & mor-
 tuos pertinet, pro ijs quoque offerri sacrificium
 dicitur, pro quibus virtus huius sacrificij efficax
 esse rogatur. Non igitur hic novum est sacri-
 ficiam, nam & eadem hic est hostia, qua in cru-
 ce oblata fuit, & sacrificij illius in cruce peracti
 in mysterio commemoratio, & continuati in
 caelis sacerdotij, & sacrificij Christi in ima-
 ginem representatio, quo non efficitur novus
pro-

propitiatio, & remissio peccatorum, sed ea quæ
semel sufficienter in cruce facta est, nobis quoque
efficax esse postulatur. Itaque veteres in hoc
mystico sacrificio, non tam peractæ semel in cruce
oblacionis, cuius hic memoria celebratur, quæ
perpetui sacerdoti, & iugis sacrificij, quod quo-
tidie in cælis sempiternus sacerdos offert, ratio-
nem habuerunt, cuius hic imago per solemnes
ministerorum preces exprimitur. Quapropter
hoc sacrificium pro communi omnium salute fieri
dicitur, sed incruentum (& ut Tertullianus
loquitur) pura prece. Hac ut multis veterum
testimonijs confirmetur, opus non est, cum id à
multis, summa diligentia factum sit. De modo
igitur sacrificandi, qui fit per commemorationem,
notum est illud Ambrosij seu Chrysostomi:
In Christo semel oblata est hostia, ad salutem po-
tens. Quid ergo nos, nonne per singulos dies offerimus?
& si quotidie offerimus ad recordationem
eius mortis fit.

in 10 ad
Hæbr.

DE posteriore modo sacrificij, quo imago
representatur perpetui illius sacrificij,
quod fit per solemnem & puram Ecclesie precem,
diserte loquitur Ambrosius: Nunc Christus
offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens
passionem, & offert seipsum quasi sacerdos, ut
peccata nostra dimittat, hic in imagine, ibi in
veritate, ubi apud patrem quasi advocatus in-
teruenit.

teruenit, & alius quidam grauis auctor, cuius
 mihi nunc nomen non occurrit. Non inquit im-
 piè, à nobis occiditur, sed piè sacrificatur, & hoc
 modo mortem domini annunciamus donec ve-
 niat, hoc enim hic per eum humiliter agimus in
 terris, quod pro nobis ipse potenter, (sicut filius
 pro sua reuerentia ex audiendus) agit in cœ-
 lis, ubi apud patrem pro nobis quasi aduoca-
 tus interuenit, cui est pro nobis interuenire
 carnem quam pro nobis, et de nobis sumpsit Deo
 patri quodammodo pro nobis ingerere: sacrificamus
 ergo corpus Christi, dum certa fidei pietate
 sanctum illud credimus & sanctificans, & hanc
 fidem offerimus ad honorem eius, ex quo qui san-
 ctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes, mor-
 tem enim domini non opus est iterari, quia semel
 facta potens est ad salutem eternam, atque hu-
 ius perpetui sacerdotij ratione Christum non so-
 lum seipsum, sed etiam Ecclesiam vniuersam
 tanquam corpus ipsius capitis quotidie offerre, De Ciuit.
 Augustinus docet, cum inquit: Per hoc & sa- De Ciuit.
 cerdos est, ipse offerens, & ipse oblatio, cuius rei Dei lib. 10.
 sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesia Cap. 20.
 sacrificium, qua cum ipsius capitis corpus sit, seip-
 sam per ipsum discit offerre. Idè tota ipsa redem-
 pta Ciuitas, hoc est, congregatio, societasq; san- De Ciuita-
 ctorum, vniuersale sacrificium offertur Deo, te Dei lib.
 per sacerdotem magnum, qui etiam seipsum ob- 10. Cap. 6.
 tulit in passionem pro nobis.

In Epistola
ad Hæbræ.
Cap. 10.

EX his quoque constat manifestam esse calumniam, qua insimulatur præsens Ecclesia, quod iteret oblationem Christi, semel factam in cruce, & iterum Christum mactet & crucifigat, huic calumnia, vel unus Lyra ex ordine Scholasticorum refellenda sufficiat, à quo pulcherrimè huius sacrificij ratio exposita est: Illud inquit quod emundat peccatum, oportet quod sit caeleste & spirituale, & istud quod est tale, habet efficaciam perpetuam, & per consequens non est reiterabile. Hic autem est dicendum de oblatione CHRISTI, ratione deitatis adiunctæ, & ideo non reiteratur, quia semel facta, sufficit ad delendum omnia peccata commissa & committenda. Sed ad hoc diceret, Sacramentum altaris quotidie offertur in Ecclesia, ergo &c. Dicendum quod non est ibi sacrificij reiteratio, sed unius sacrificij in cruce oblato, quotidiana commemoratio, propter hoc dicitur Mat. 26. hoc facite in meam commemorationem: quoniam idem offertur, quod ipse obtulit. Cum igitur hæc victima semel oblata sit, pro communi totius orbis salute, tam vivorum quam mortuorum, & ad eam salutem quotidie efficiendam, perpetuam virtutem obtineat, nihil est absurdi, si in sacra hac actione pro vivis & mortuis, & communi omnium salute,

te, offerri dicatur, quando non solum pro ijs
 oblata commemoratur: verumetiam solen-
 nem prece, pro ijs omnibus efficax & sa-
 lucaris esse postulat. Itaque hoc modo sacri-
 ficare, est preces, & gratiarum actiones, ad
 impetrandam virtutem proposita illius peren-
 nis victimæ DEO patri offerre, unde Chri-
 stotomus in 8. Caput Math. Idcirco altari
 assistens sacerdos pro vniuerso orbe terrarum
 pro absentibus atq; presentibus, pro his qui ante
 nos fuerunt, pro his qui postea futuri sunt, sacri-
 ficio illo proposito Deo nos gratias iubet offerre. Hom. 72. in
 Idē alibi: Ideo in mysterijs inuicem salutamus, Ioannem.
 ut multi vnum efficiamur, & communes pro
 non initiatis preces effundimus, & pro in-
 firmis, & terra, maris, & vniuersi orbis fi-
 nibus sacrificamus. Idem alio loco: Eum De sacerdo
 tibus li. 6.
 qui pro Ciuitate tota, quid dico Ciuitate? imo
 vero terrarum orbe legatus intercedit de pre-
 catorq; est apud Deum, ut hominum omniū nō
 viuentium modo, sed etiam mortuorum peccatis
 propitiū fiat, qualē queso esse oportet? etc. Atq;
 hac ratione, hoc sacrificium, quatenus sacerdo-
 tis pia supplicatiōe peragitur, nō modo Eucharī-
 sticum, sed etiam propitiatorium dici possit, non
 quā ut efficiēs propitiationem, q̄ sacrificio cru-
 cis propriū est, sed ut eam iam factam impe-
 tras, quomodo oratio, cuius hoc sacrificiū speci-
 est, propitiatoria dici potest. Quare nō ineptē

quidam existimant, hoc sacrificium in scripturis diuinis, propter effectus similitudinem orationis nomine significari, ut est illud: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Item illud: *Non vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus &c.* Ad orationem autem sacrificij intelligendam illud quoque obseruandum est, quod antiquissima, & ut videtur Apostolica consuetudine populus fidelis, ad mensam Dominicam panem & vinum solet offerre, in usum sacri ministerij, quae ipse hostia, & sacrificia dici solent, omninoque hoc proprium Christiani populi sacrificium esse putabatur, quod in pane & vino peragitur, locoque omnium veterum sacrificiorum Christiano populo commendatur, quae cum postea in corpus, & sanguinem Domini per mysticam benedictionem transirent, & Deo patri in misterio offerrentur, typus oblationis Melchisedechi in hoc perpetuo Christi sacerdotio, quo ex his creaturis, quas obiulerat Melchisedech ministri Ecclesiae sacrificium laudis & orationis offerunt, impleri traditur, atque hoc esse illud sacrificium, quod Malachias praedixit: *In omni loco, a gentibus offerendum sacrificium mundum,* de quo Iustinus, Irenaeus, Cyprianus, Eusebius, Hieronymus, Augustinus & alij plerique omnes veteres scriptores concorditer scripserunt, quae huc adferre longum esset. Hoc autem sacrificium populi, ut quod

ex creaturarum primitiis constat, primum sym-
 bolum erat, quo se populus Deo consecrabat, &
 ut Ireneus loquitur. Omnia sua ad Dominicos
 deputat usus. Ad hac ablatio hac populi voti,
 & orationis ad Dei clementiam impetrandam
 significationem continebat. Tertio, in ea oblatio-
 ne corporis & sanguinis Christi se redemptum
 esse agnoscebat, & memoriam passionis eius cū
 gratiarum actione, celebrare profitebatur, atq;
 hanc oblationem non alijs offerre fas erat, quam
 qui in corpore Christi esse putabantur, ac qua
 ratione voti, & cōfessionis interioris symbolum
 erat, non pro se tantum homines, sed pro alijs
 quoque absentibus tam mortuis, quam uiuis,
 qui in eiusdem corporis communionem erant, of-
 ferre consueuerant, quorum & offerentium, &
 pro quibus offerebantur nomina, postea in sacra
 prece recitabantur: hinc est, apud Tertullia-
 num, quod maritus pro anima uxoris annuas
 oblationes reddebat, & pro ijs spiritu postula-
 bat, & contra uxor, annuis diebus dormitorijs
 mariti offerebat, anima eius refrigeriū postu-
 lans. Apud veteres loquendi consuetudo usita-
 tissima est, non solum pro ijs defunctis, pro qui-
 bus misericordia DEI implorabatur, sed eti-
 am pro martyribus, pro quorum certaminibus
 Deo gratia agebantur, & quorum precibus Ec-
 clesia, commendabatur, offerri diceretur, cum
 uidelicet in mystica actione, proposito Christi
 corpore

De exhorta-
 tione ca-
 stitatis.

De Mono-
 gamia.

corpore, cuius ipsi lectissima sunt membra, eorum memoria fieret, quod ex Cypriano & Augustino multis locis constat, & in Græcorum Liturgijs, manifestius exprimitur, qui serationalem hunc & incruentium cultum offerre dicunt pro Virgine Maria, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus &c. B. Bartholomei, in secreta oratione hoc modo legitur. Pro quo tibi hostias laudis immolamus &c. His ita ex veterum sententijs constitutis, Canō, id est, solemnibus precandi formula & regula, qua iam olim Latina Ecclesia, in celebratione mysteriorum vii consuevit, ab impietatis & sacrilegi crimine satis vindicatus est, nil enim in eo continetur, quod non huic antiquitatis sententiae consentaneum sit, imò in eo tanquam compendio, omnia quæ ad huius sacrosancti mysterij perfectionem attinent continentur, nam primum populi oblationes Deo commendantur, dei nomen inuocatur, symbola oblata, verbis domini consecrantur, mors domini commendatur, uiuorum & mortuorum memoria agitur, & pro tota Ecclesia, & totius orbis incolumitate, Deo preces offeruntur, ac talem aliquam in celebrandis mysterijs formam, in omnibus totius orbis Ecclesijs usurpatam fuisse, ex monumentis veterum antiquissimarum, & variarum Ecclesiarum quæ monumenta ad huc hodie extant, manifestè constat. Nam tametsi in ordine harum precum nonnihil Ecclesia variabant, ita

men in rebus ipsis summis semper fuit consensus, quod facile apparebit, si reliquarum Ecclesiarum preces solennes, seu Canones per singulas partes cum nostro Canone conferatur. Apparebit autem nostrum Canonem, ut verbis breuiorem, ita sententia per omnia ferè similem & gravitate sermonis nulli imparem, esse, non est igitur quod Canon nostro nouitas, aut diuersitas ab usu reliquarum Ecclesiarum obijci possit. Quanquam credo antequam à Gelasio & Gregorio in eum quem nunc cernimus ordinem Canon redigeretur precem solennem, qua antiquiores Latini utebantur, ordine ipso & forma verborum proprius ad Grecorum Canonem accessisse, atque vna in re inter Græcos & Latinos discrimen inuenio, quod Græci consecrationem symbolorum inuocationi: Latini Dominicanorum verborum recitationi tribuere videntur. Quanquam & Latinus Canon, inuocationem habet, antequam dominica verba recitentur, eo loco quo legitur: Quam oblationem tu Deus &c. Quo loco rerum ecclesiasticarum inter preces consecrationis initium faciunt, et veteres Latini utriusque pariter & inuocationis seu precis, & dominicorum verborum in consecrandis mysterijs, mentionem faciunt, cetera inter omnes omnium gentium Canones, magnus consensus est, atq; hinc aded credo Apostolicas ipsas iam inde ab initio Ecclesias aliquas, hu-

iusmodi preces ad misteriorum celebrationem
 adhibuisse, imo Christum ipsum non sola ver-
 borum recitatiōe, sed etiam Eulogia ante ipsam
 misteriorum confectiōem, & postea hymno
 usum fuisse manifestum est: & Iudaei ipsi unde
 hic ritus sumptus est, in solemni illo, Pascha con-
 uivio, quo panis, & calix innocato Dei nomine,
 à praside conuiuij distribuitur, prolixam quoq;
 precem adiungunt, quæ & gratiarum actiōem
 pro omnibus beneficijs, tam patribus, quam ip-
 sis concessis, & postulationes & obsecrationes
 pro communi & priuata salute sua gentis, con-
 tinetur, cuiusmodi aliquid Apostolos, in celebra-
 tione huius misterij obseruasse credendum est.
 Certè Ambrosius, Augustinus, & post eos
 Haymo hanc regulam, qua in celebratione sa-
 cramentorum pro Regibus & communi salute
 supplicatur à magistro gentium traditam asse-
 runt, ac ab eo formam ecclesijs omnibus præscriptam
 quam in celebratione sacramentorum sequi de-
 berent. Cur autem Canon noster alijs in super-
 stitionem, alijs in contemptum adductus sit, in
 causa potissimum est mutatio prisce ritus, ad
 quem nonnullis locis Canonis verba alludunt,
 quapropter ut ab utroque hoc est superstitione
 & contemptu vindicetur, opus est ut quedam
 ad prisce morem ex ipsius Canonis præscripto
 renouentur, vel certè, ad prisce morem refe-
 renda esse, nonnulla verba Canonis intelligantur. In

In primis hæc præcatio solennis potissimum. Missæ, in qua est conuentus populi, & collecta aliqua, panem & vinum offerentium conuenit, quem antiquissimum Ecclesiæ morem fuisse, notissimum est, quo pertinent orationes illæ, quæ secreta dicuntur, & prima pars Canonis, quæ dona & munera populi, & sacrificium laudis quod à circumstantibus offertur, Deo commendatur, ita ut si orationibus his sua veritas constet, intelligi debent ea symbola panis & vini, quæ in Dominica mensa ad consecrationem proposita sunt, nomine populi esse oblata, & symbola esse sacra, interioris sacrificij, quo se populus & omnia sua Deo vouet & dedicat, nam ut præscus ille offerendi panis & vini mos, (cuius adhuc in Gallijs, & alijs prouincijs vestigia restant) restitui possit, optandum quidem, sed vix sperandum est, cuius oblationis loco receptum est, ut offertory tempore à populo nummulus offeratur, quod quamuis ab expositore Romani ordinis improbetur, tamen aliquo modo tolerari possit, si nummuli illi in usum panis & vini, unde misteria conficiantur, impendi intelligatur. Deinde dubium non est, quo tempore Cæsaris hic initio usurpabatur, aliquos semper adfuisse, qui vna cum ipso sacerdote, hæc sacrificia laudis offerebant, & sacramenta participabant, id enim Canonis verba manifestè significant, quæ & multitudinis numero sæpe efferuntur, &

Sacramentorum participationis, inter plures a-
 perire meminerunt, ut cum dicitur: *Quotquot*
ex hac altaris participatione sacrosanctum cor-
pus & sanguinem filij tui sumpserimus. Item:
Profint nobis domine sacramenta que sumpsi-
mus &c. Certè ex tota Canonis compositione
 manifeste apparet, actionem illam mysticam
 in qua Canon adhibebatur, vel publicam, vel
 certè inter plures semper celebratam, fuisse,
 quod si hodie quoque impetrari queat facile ve-
 rius eius intellectus restitui possit, cuius ignora-
 tio alijs ad superstitionem eo abutendi, alijs ad
 impium ipsum, damnandi occasionem, dedit.
 Frustra autem quidam mouentur, quod in eo
 sanctorum commemoratio fiat, quorum meritis
 & precibus Ecclesia se diuinitus iuuari postu-
 lat, quo nihil intercessionis & merito CHRISTI
 detrabi, satis supra in loco, de cultu sanctorum
 declaratum est. Precatio autem pro spiritibus
 defunctorum, quam omnes totius orbis, tam
 Orientis quam occidentis Ecclesia in usu ha-
 bent, minime quenquam mouere debet, est enim
 plena pietatis, qua Ecclesia omnibus suis mem-
 bris in Christo quiescentibus, locum refrigerij
 & quietis, & pacis postulat, quam precandi
 formam Apostolici esse instituti Chrysostomus
 confirmat, & Augustinus de verbis Apostoli
 sermon 32. Hoc inquit à patribus traditum, uni-
 uersa obseruat Ecclesia, ut pro ijs, qui in corpori-
 bus,

ri, & sanguinis Domini communiōe defuncti
 sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo comme-
 morantur, oratur, ac pro illis quoque offerri id
 commemoretur, &c. Omnibus certe Christia-
 nis animis hoc perpetuo insitum fuit ut spiritus
 eorum qui Christi Sacramento initiati, in con-
 fessione nominis eius, cum aliqua penitentia si-
 gnificatione ex hac vita excefferunt, DEI cle-
 mentia commendarent, & eis remissionem pec-
 cati, quietem eternam, & consortium electorū
 precarentur. Et quamuis de statu illo anima-
 rum, quibus hac prodesse, non satis constaret,
 nec inter omnes conveniret, omnes tamen hoc
 officium, ut testimonium charitatis erga de-
 fundum, & ut professionem fidei de immorta-
 litate animarum & futura resurrectione Deo
 gratia, & Ecclesie utile esse iudicarunt. Hac au-
 tem antiquissima omnium Ecclesiarum consue-
 tudo, precipuis aliquando ex ordine protestan-
 tum viris, & in ys modestioribus improbata
 non fuit. Nam ut Lutherum & Bucerum
 omittamus, imprimis ad institutionem nostram
 faciunt verba Urbani regy, ex formula cautē
 agendi. Hac (inquit) erat olim, & nunc est in
 Ecclesia, memoria defunctorum, que evidens
 testimonium est charitatis & fidei, de gloriosa
 carnis resurrectione, & cum sit fidei fructus,
 qua per charitatem operatur, nemo eum reyci-
 at, nisi Epicuravi & Saducei. Huiusmodi de-
 functorum

functorum memoriam celebravit vetus Ecclesia, ut est apud orthodoxos, à quorum sententia recedere, non est tutum, nisi repugnet verbo Dei. Constat igitur in hoc Canone, si æquus interpretes adhibeatur, nil esse cur tam atrociter conscindatur & laceretur: quin & Lutherus ipse, qui postea tam impotenter in hunc Canonem inuectus est, agnoscit tamen sanum illi sensum attribui posse, eum videlicet, quem facti & prisca patres, qui eo usi fuerunt, intellexerunt, videatur quid scripserit de Capti. Babylon. ubi vult verba Canonis, à sacerdotibus, vel ad panem & vinum, vel ad orationem referri, non ad sacramentum, quanquam cur ad sacramentum quoque referri non possunt causa non est, si id modo per piam commemorationem, & religiosam supplicationem fieri intelligatur. Proximus ad Ecclesie mentem accessit Oecolampadius in Epistola ad Hedionem, cum inquit: Quid mali est, cum maioribus nostris, tam Orientalibus quam Occidentalibus, recordationem tanti sacrificij immolationem vocare, modo ab sint alia pernitiöse opiniones, ubi quoque affirmat non labi eos, qui huc mentem referentes, ab ijs vocabulis que in Canone usurpantur, non abhorrent. Cum tamen non modo mutatio prisca ritus, sed ipsa etiam loquendi forma Canonem ipsum non indoctis hominibus obscuriorem, & difficiliorem reddat, opera precium esset,

esset, ut breuibus scholijs, vel ad marginem ad-
 iectis, vel per Parenthesim intersertis illustre-
 tur, & explicetur. Est autem huius obscuritatis
 precipua causa, quod in eo multipliciter sacrifi-
 cij nomen vsurpetur, & subito nonnunquam ex
 uno intellectu, in alium transitio fiat, quamuis
 hi omnes intellectus inter se cōnexi sint, primum
 enim sacrificij, & doni nomine intelligitur, sa-
 crificium populi, quod consistit in pane & vino,
 in quo duo rursus considerantur, Externa a-
 ctio populi offerentis, et interior significatio, qua
 populus per fidem & deuotionem se ipsum, &
 sua omnia Deo dedicat, ac sacrificium laudis
 Deo immolat, de quo in Canone dicitur, ut ac-
 cepta habeas hæc dona, &c. Memento Domi-
 ne famulorum qui tibi offerunt, hoc sacrificium
 laudis. Deinde est sacrificium corporis Christi
 in quo primum consideratur res oblata, hoc est,
 ipsum corpus Christi, quod unicum est perpetu-
 um & propiciatorium sacrificium, non quidem
 quatenus hic à terreno sacerdote in altari quoti-
 die offertur in mortis commemorationem, sed
 quatenus à summo & aeterno sacerdote in ara
 crucis semel oblatum est in mortem, huc spectat
 quod in Canone dicitur: sanctum sacrificium,
 immaculatam hostiam. Item: Hostiam puram,
 hostiam sanctam, hostiam immaculatam. De-
 inde sacrificij, & oblationis voce intelligitur ip-
 sa actio seu modus offerendi, qui longè alius est
 ab eo,

ab eo, qui factus est in ara crucis, quamvis ho-
 stia, quae offertur eadem sit, ibi enim oblatum est
 hoc corporis sacrificium per passionem & mor-
 tem, hic per passionis & mortis mysticam recor-
 dattonem & representationem, ibi oblatum est
 ad precij solationem & propitiationem, hic au-
 tem ad precij illius impetrationem & consequen-
 tionem, huc referendum est illud in Canone: *Un-*
de & memores domine, &c. offerimus tibi &c.
 Quae oblatio communis dicitur Populo & sacer-
 dote, quia voto populi & ministerio sacerdotum
 offertur, tum etiam quia & is offerre dicitur,
 cuius nomine offertur. Item cum Christus sacer-
 dos in aeternum sit, perpetuum, quog³ habet sa-
 crificium, nam hostia illa semel in cruce ablata
 perpetuam habet vim & efficaciam, ad omnia
 corporis & animi bona conferenda. Itaque &
 Christo sempiterno sacerdote pro salute mem-
 brorum suorum in rei veritate offertur, dum
 pro nobis apud patrem interuenit, hic autem
 offertur in imagine & mysterio, cum externis
 precibus, & interna fide & deuotione, hostiam
 illam unicam nomine totius Ecclesiae sacerdos
 Deo patri sistit, & per eam sacrificium hoc lau-
 dis & fidei ac deuotionis, gratum & acceptum
 esse postulat, dicitur. Quare in hoc modo sacrifi-
 candi, duplex quog³ sacrificium spectatur, alter
 rum externum, quod consistit in rebus seu fa-
 ctis, ut est tractio & distributio, & in verbis,

id est puris, sanctisq; precibus. Alterū internū
 quod positum est in fide & deuotione populi &
 Ecclesie, cuius nomine oblatio fit. Huc referen-
 dam est, quod dicitur in Canone: super qua pro
 pitio vultu respicere digneris, &c. & iube hac
 perferri, &c. Hæc enim non ad ipsam hostiam
 corporis CHRISTI in se, sed ad ipsam Ecclesie
 actionem, & offerendi modum, qui prece, fide,
 & deuotione constat, referenda sit, videlicet,
 quia sacrificia omnia, non dignitate rei oblata,
 sed offerentis animo æstimantur. In hac quoq;
 actione vniuersum corpus Christi mystico hoc
 sacrificio veri corporis Christi redemptum col-
 ligitur, & capiti suo coniungitur, & adunatur,
 ad quod corpus pertinent, viui pariter & mor-
 tui, quare pro his omnibus offerri quoq; dicitur,
 quando & pro illis oblatum commemoratur, &
 per illud Deo patri commendantur. Huc perti-
 net commemoratio viuorum & mortuorum
 in Canone, pro viuis fit deprecatio: Mortuo-
 rum duo sunt genera, alij de quorum salute &
 gloria constat, ut Apostoli & Martyres, pro
 quibus offertur per gratiarum actionem, & ho-
 norificam commemorationem: Alij sunt de quo-
 rum salute bene speratur, pro quibus offerri di-
 citur, quando in ipso sacrificio pro ipsis oratur.
 Hæc ad breuem explicationem, non Latini mo-
 do Canonis, sed reliquarum omnium Ecclesia-
 rum, Item, & ad veterum scriptorum, cum de
 hoc

hoc sacrificio loquuntur intelligentiam sufficere puto.

ARTICVLVS XXV.

DE MONACHATV.

MONACHATVM NON IPSUM vitam institutum, sed hominum mores, hoc instituto abuentium, odiosum apud multos fecerunt: nam si monachatus in ea forma perstitisset, qua describitur ab Athanasio, Basilio, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, atque adeo Benedicto, & Bernardo, nunquam in tam graues reprehensiones & insectationes incurrisset. Quid est enim (inquit Ambrosius) aliud fuere monasteria, quam officina virtutum, abstinentia, ieiunij, patientia laborum? finis enim monasticae vitae, non alius est, quam ut periculis, quae adfert vita popularis, euitatis, carne in obsequium spiritus quoad fieri potest redacta, corpore et animo totus homo liberius Deo seruiat. Quae propter regula à pijs viris conscripta, non nouam aliquam religionem, & ab Euangelio Christi alienam & separatam inuexerunt, sed formulam tantum vitae praescripserunt, qua ad obseruandam regulam Euangelij Christi, (qua reuerentissimam & perfectissimam viuendi normam

Lib. 10. Epi-
sto. 82.

continent,) via sterneretur, id quod de regula sua aperte Benedictus proficitur, & Christianus Druimarus vir eruditissimus, de praeceptis Monachorum, & operibus supererogationis, (ut vocantur) ita discerit, ut dicat, ea omnia tendere, ad custodiendam regulam Christi, atque ut vera ratio huius monasticae vitae melius appareat, considerentur ea, in quibus Monachatus praecipue consistit: nempe in certis generibus operum, exercitiorum & observationum ad carnis potissimum mortificationem, & expeditiorum spiritus ad deum subleuationem pertinentium. Item monachorum proprium est, voto ex libera animi voluntate suscepto, se ad observationem huiusmodi operum astringere, ut hac observatione, communi illi voto in Baptismo ab omnibus praestito, facilius satisfiat, de quo voto Hilarius loquitur: Deo vouenda sunt contemptus corporis, castitatio, custodia, ieiunij tolerantia. Porro huiusmodi operum & observationum Monasticarum tria sunt genera, alia peculiariter pertinent ad carnis lasciuia retundendam, quae quamuis Christianis omnibus communia sunt, tamen apud Monachos, & crebrius & attentius obseruantur, ut sunt ieiunia, Abstinentiae delicatorum ciborum, silentia, vigilia purior habitus, cubatio asperior, orationes & lectiones diuinarum literarum prolixiores, laborum tolerantia, & huius generis, ita ut tota

In Matt. ad illud Ecce nos reliquimus omnia: & floruit. An. 300.

In Psal. 64.

Monachorum vita speciem quandam lugen-
rium & penitentium pra se ferat. Alterum
genus operum est, quae tametsi non omnibus man-
dentur, tamen si sponte suscipiantur, à Deo lau-
dem & mercedem propositam habent, ut si vis
perfectus esse, vade & vende omnia quae habes,
& da pauperibus. Item: Qui reliquerit patrem
& matrem propter me, centuplum accipiet.
Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt, propter re-
gnum Dei: De virginibus praeceptum domini
non habeo, consilium autem do: quae opera confi-
ly & supererogationis dicuntur, non quod aliquid
supra finem mandatis Christi praescriptum pra-
stent, sed quod ad finem illum consequendum,
peculiarem quandam & expeditiorem viam
ingrediantur. De quibus Gerson lib. de concu-
lyis Evangelicis: Consilia (inquit) Evangelica,
faciunt ad perfectionem vitae spiritualis, sicut
instrumenta promouentia vel expedientia vel
manu ducentia ad illam, vel sicut remouentia
prohibens. De his operibus vide Augustinum
de adulterio coniug: lib. 1. cap. 4. Tertium genus
observationum est leuioris momenti, quod con-
sistit in certo vestitus genere & habitu corpo-
ris, & tonsura, rasura, cinctura: item certo lo-
quendi, prandendi, cubandi tempore, quae au-
ctores huius instituti, non modo ad discrimen
ab alio hominum genere, sed etiam ad modesti-
am, & humiliationem animi pertinere volunt.
Quare portentosum hoc & sumptuosum indu-

menti genus, quo pleriq; Monachi nomen præferentes utuntur, quam longissimè ab institutorum mente recedit. Hic autem Monachorum coetus, initio ex illiteratis tantum ferè constabat, mox cum & literatis hominibus hoc genus vitæ alubesceret, cœperunt in monasterijs studia non solum rerum diuinarum, sed etiam liberalium artium exerceri, sic ut ibi Adolescentes, in liberalibus artibus, & potissimum pietatis studijs imbuerentur, ac tandem ex ijs Ecclesie ministri & Pastores assumerentur. Ita de Gelasio 2. legimus eum in monasterio Lib. Ponti-
 Cassinensi institutum fuisse, viris ad omnia perfecti.
 rissimis, quorum in eo monasterio, non parua copia inerat, ad liberales artes addiscendum adiunctum. Et Severus in vita Martini testatur, ex eius monasterio Episcopos, & sacerdotes affitos fuisse: & Pelagius Pontifex optat, ut qui in monasterijs nutriti tales sint, ut pro-necta etate, et vita probata ad sacerdotium valeant promoveri. In hoc itaq; vitæ genere, si rectè ex mente institutorum obseruetur, nil est, quod vel iniquissimus huic monastica vitæ reprehendat, sed potius quod miretur & laudet, tantummodo remouenda est falsa opinio, & præpostera fiducia, ne in his operibus fiducia collocetur, quæ in solo Christi merito collocanda est, quam falsam opinionem & præposteram fiduciam, ab omni externorum operum, & cœ-

Conradus
Clingius
In locis
Commun.
Cap. 118.

remontiarum obseruatione abesse oportet. Quid
autem quod eruditiores & saniores Monachi
de hisce monasticis exercitijs, id ipsum sentiant,
& publicis scriptis profitentur, ita enim quidam
Concionator celebris Franciscani instituti, hac
nostra atate scriptum reliquit: Hoc (inquit)
cauendum est, ne ponatur iustitia, id est, salus
in huiusmodi obseruationibus, id est, ne quis pu-
tet, se promereri iustitiam, & remissionem pec-
catorum & gratiam, huiusmodi seruandis ri-
tibus, nam iustificationem, & gratiam impe-
trare, fit per fidem in Christum. Igitur Mona-
chus seruata sua regula si sentiat, se propterea
iustitiam coram Deo consequi, is errat iuxta il-
lud Christi Matt. 15. Frustra me colunt, man-
datis hominum, sic sentiendum est, de omnibus
traditionibus, Ceremonijs, & institutis Ecclesie
sua. Igitur sola sinistra intentio hic deponenda
est, non traditio, neq; ordo, neq; Ceremonia, idē
alio loco: Vita (inquit) monastica, non queri-
tur, alia iustitia, que saluet, prater unicam
Christi iustitiam qui sanguine suo nos lauit, et
iustos, ac filios regni fecit. Igitur illa iustitia
carnis, est sub iustitia fidei seu Christi, & in-
finitum distans, non enim illi: sed priori Christi
iustitia, tribuimus iustificationem & salutem
ad retentionem iustificationis valet illa iustitia
&c. neque dubitamus hanc omnium piorum
Monachorum, de suis operibus esse sententiam.
Ad vota

Vide Luth.
in Postill.
Epistola de
circumcisi-
one.

Ad vota autem quod attinet, certè Lutherus ipse, non vota ipsa, sed abusum votorum, hoc est, falsam opinionem fidei contrariam, damnandam esse censuit. Ita enim scripsit in propositionibus Anno 20. Non per hæc omnium religionum vota aut vitam damnasse volumus: sed sicut Paulus usum legis legitimum, ita nos votorum docemus, & mox in alijs propositionibus Anno vigesimo primo: Ut meretrix abusum auri ponere debet, aurum ponere non cogitur, ita impius impietatem operis ponere debet, opus ponere non cogitur, aut si volet & votum & potest religionem teneat, impietatem ponat, abusum voti dicimus hanc ipsam opinionem fidei contrariam, hæc libertas, non carnis, sed spiritus seu conscientia est. Ut ergo cum Apostolo sub lege fieri potest, qui non est sub lege, iure huius libertatis, ita ad eandem libertatem pertinet, sese posse perpetuo voto, aut cuiuslibet legi subdere, talis fuit Bernardi religio, & omnium qui feliciter religiosi fuerunt. Hætenus Lutherus, qua doctrina cum omnium priorum, iudicio satis consentanea est, quam obrem si retineatur, nulla de votis aut de vita monastica, in se considerata controuersia erit, nisi quod in his propositionibus Lutherus licentiam monachis, ipsum quoque votum propria autoritate mutandi & violandi concedere videtur, quod certè à diuinis literis, & doctrina antiquitatis

alienum est, qua iubent vouere, & reddere, modo abusus voti saluo & integro voto tolli possit, praesertim modo legitimum & plenum votum sit, hoc est, ex libera voluntate, certa firmaque animi deliberatione susceptum, hac enim conditio, ad plenam rationem voti necessaria est, sicut ipsi quoque scholastici scriptores tradunt.

Richard. de
Villa in 4.
dist. 38 art.
2. Quæst. 2.

Quam autem longè Monachatus hodie, à prima sua origine degenerauerit, & quātis abusus contaminatus, & deformatus sit, satis per se est manifestum, nam paulatim religio vera, & solida in superstitionem, & inanem speciem religionis conuersa est, & accrescentibus opibus, decreuit pietas, & in eius locum laruae ceremoniarum, successerunt, in quibus vera pietatis operibus penè neglectis, summa totius religionis constituta est, quarum ceremoniarum inanis observatio usq; ad eò veram apud plerosque monachos religionem imminuit & obscurauit, ut nusquam ferè licentior & profanior vita, quam in nonnullis monasterijs reperiatur, ita ut mirum non sit, si (cuiusmodi nunc ferè est monastica vita) mulorum odio et reprehensioni exponatur, non dubito tamen in illis ipsis catibus, nonnullos esse pios viros, qui & hanc monastica vita deformationem deplorant, & quantum in ipsis est, hoc genus vite ad suam originem reuocare contendunt. Restat igitur hoc tantum, ut abusus qui in res omnes praclaras, ita huc salubres

salubre institutum, monasticum, inuaserunt, Episcoporum & Principum cura, quam optima ratione fieri poterit, pro conditione horum temporum corrigantur.

De Canonicis.

Monastica vita olim priuata fuit & ab omni ministerio Ecclesie separata, sic ut primum ad celebranda intra Monasterium, diuina mysteria aliunde presbyterum acciperent: postea etiam concessum ut & ex ipso ordine presbyter ordinaretur, cuius ministerio in celebrandis & participandis sacramentis uteretur. Erant igitur hi ordines monachorum & Clericorum prorsus distincti. Monachus enim (ut inquit Hieronymus,) non doctoris, sed plangentis officium habet. Verum a uiris religiosis ad imitationem monasticae uita, etiam presbyterorum & Canonicorum collegia instituta sunt, in quibus Clerici ministerijs Ecclesie initiati ac destinati, ac Presbyteri in Ecclesie ministerio iam constituti, ad certam & praescriptam regulam uitam agerent, quae quamuis monastica illa paulo fuerit liberior, tamen etiam certis legibus & canonibus astringebatur, unde & uita illa Canonica, & qui eam profitebantur Canonici dicti sunt, ipsaque collegia, monasteria quoque dicta fuerunt, quod nomen adhuc in celebrioribus nonnullis

collegijs retineatur, itaq; in antiquioribus Concilijs monasteria monachorum & Clericorum memorantur, his praerat Episcopus, ut illis Abbas, auctor huius instituti praecipuus fuit B. Augustinus, qui cum ceterum quendam piorum virorum congregasset, qui extra urbem, & turbas hominum pietatem exercerent, factus Episcopus, intra Episcopium monasterium quoque Clericorum & Presbyterorum, cum quibus communiter viveret, instituisse legitur. Alij initium huius Canonicae vitae ad Urbanum primum referunt, ideo quod is constituisse legitur ut ex praedijs, & bonis matricibus Ecclesiarum collatis, Episcopi omnes communem vitam degerent, & cuncta necessaria subministrarent. Hae vita Canonica cum paulatim laxare & solui capisset, in Concilio Moguntino sub Carolo, Canonici, ad eius observationem reuocabantur, in cuius Concil. Cap. 9. leges Canonicae vitae breuiter comprehenduntur: ut diuinam scripturam & doctrinam sanctorum Patrum obseruent, nil sine scientia Episcopi vel Magistri sui agere praesumant, & simul manducent & dormiant, in claustro suo maneant &c. Atq; haec constitutio, cum fortassis minus proficeret, in conuentu Aquisgranensi sub Lodouico accuratius & copiosius ex scriptis potissimum sanctorum Patrum, tota ratio Canonicae vitae descripta, ac vitam illam proficientibus praescripta & iniuncta

& iniuncta fuit, sed postea affluentibus opibus
 & pietate decrescente, iugum omne propemo-
 dum excusserunt, & Veterum constitutionum
 repagula perfrugerunt, ita ut hodie vix spes ul-
 la sit, ut intra septa illa, paulo arctioris vite,
 quam regulario ordo prescribit, renocari pos-
 sint, quamvis legamus ante annos paulo ampli-
 us 300. Legatum quendam Romani Pontificis
 Leodij, ut Clericos & Canonicos, à commercio
 suarum concubinarum, qua focaria diceban-
 tur, auerteret, praecepisse illis, ut simul residerent,
 in refectorio simul commederent, & in dormi-
 torio dormirent, Ecclesias die ac nocte frequen-
 tarent. Hec acta leguntur Anno 1203, sed
 quantum profecerit praesens rerum status de-
 clarat, manent tamen adhuc vestigia huius cō-
 munitatis & Canonicae vite, sed in aedificijs ac no-
 minibus tantum: Nam multa adhuc collegia,
 claustrum, id est, loci septi atq; seclusi, nomen &
 speciem referunt & in ijs refectoria, dormito-
 ria, ac cella singulis assignata reperiuntur. Cum
 igitur illorum vita longe iam à regula deflexis-
 set, in eorum locum successit Canonicorum ali-
 ud genus, qui cum regula praescriptum propius
 sequerentur, Canonici Regulares dicti sunt, ad
 quorum differentiam illi regula desertores, ab-
 surdo, et monstroso nomine Canonici Seculares,
 hoc est, Regulares irregulares dici coeperunt.

Quare haud iniuria Albertus Crantz Cano-

nicum secularem vocat monstrum sine exem-
 plo: Regularem sine regula, Canonicum sine Ca-
 none. Cum autem huiusmodi collegia, in celebri-
 oribus locis in quibus Episcopus praesidebat, con-
 stituta essent, ac in ijs literati ac docti viri vitā
 agerent, vetus Ecclesiam mos, quo apud insignio-
 res Ecclesias, vt Alexandria & Antiochia
 schola liberalium artium, & diuinarum litera-
 rum habebantur, in ijs collegijs seruabatur, nā
 longo tempore huiusmodi collegia publicorum
 Gymnasiorum loco fuerunt, in quibus ad eam
 rem insignes doctrina & pietate viri adhibean-
 tur, donec tandem hoc quoque cum vtili & pio
 opere cum ceteris neglecto, piij principes & Ma-
 gistratus, ad horum negligentia in suppleendam
 & aliunde conquisitis stipendijs publica Gym-
 nasia, in certis locis instituenda inducti sunt,
 quorum Gymnasiorum, (vt testatur Albertus
 Craniz, & res ipsa) nullum est in Germa-
 nia, quod centesimum longē annum superet.
 Quamuis itaq; hodie de prisco illo Canonice vi-
 ta institutio ad plenum reuocādo, propemodum
 desperitur: tamen cum hodie in ea professione
 multi adhuc & nobilitate & literis clari viri
 versentur, non penitus ea professio abiicienda
 & delenda erit, sed potius curandum, vt pro
 conditione temporis medicina aliqua, & cura
 adhibeatur. Nec absurde, ea de re scripsisse
 & consuluisse videtur Lutherus ipse his verbis.
 Quod

Quod initio Episcopatus fuerint schola, testan-
 tur illa vetusta vocabula, Prapostitus, Decanus,
 scholasticus, Cantor, Canonici, Vicarij, Custos
 utinam adhuc tale aliquid agerent, retinerent
 sane suum splendorem, suas dignitates, manerēt
 in suis possessionibus, essent Principes & magni
 Domini, saltem restituerent lectiones aliquas, et
 cogerent Canonicos, vicarios, Corales, ut per di-
 em unam saltem lectionem audirent, qua enar-
 raret sacram scripturam, & rursus aliquo mo-
 do scholis essent similes Episcopatus, atq; postu-
 lante necessitate, in promptu haberentur Pa-
 stores & Episcopi neq; hinc abhorrent, qua an-
 te aliquot secula consuluisse legitur, Guibelmus
 Duranti Episcopus Miniatensis, cui reme-
 dium aptissimum aduersus negligentiam condi-
 tionis vniuersi Cleri visum fuit, ut secundum
 prouidentia Lateranensis Concily Generalis,
 Ecclesia, qua sicut pia mater prouidere tenetur
 ne pauperibus qui parentum opibus inuari non
 possunt, legēdi & proficiendi, opportunitas sub-
 trahatur, in unaquaq; Cathedrali Ecclesia, in
 alijs Collegiatis & honorabilibus Magistros
 tenerent qui clericos, & seculares pauperes Ci-
 uitatis, & Diocæsis, in honestis studijs, gratis
 instituerent, & pro Doctrina sua nil ab ijs acci-
 perent, sed Ecclesiastica beneficia & stipendia
 ab Episcopis & Capitulis, ac Collegijs, ac alijs
 Pralatis assignarentur iisdem.

ARTICVLVS XXV.

DE POTESTATE EC-
clesiastica.

VAE DE POTESTATE
 Ecclesiastica, & Episcoporum in
 hoc Articulo praefixè & speciosè
 disputantur, ad ea supra in articu-
 lis de traditionibus & de ordine dictum est, ita
 ut hic prolixiore explicatione opus non sit. Pri-
 mum rectè aiunt, non esse commiscendam potes-
 tatem Ecclesiasticam, & potestatem gladij,
 quod autem additur: secundum Euangelium,
 seu de iure diuino nullam iurisdictionem com-
 petere Episcopis, nisi remittendi peccata, veram
 doctrinam à falsa discernendi, falsam reijcen-
 di, & impios à communicatione excludendi,
 certum est, propria haec ad Episcoporum munus
 pertinere, sed nec illud negandum est Episcopis,
 ut olim Apostolis, potestatem esse ordinan-
 di & constituendi leges quasdam & obseruati-
 ones Ecclesiasticas, quibus & ordo in Ecclesia
 obseruetur, & cleri ac populi disciplina commu-
 niatur, quod etiam quodammodo Confessio po-
 stea agnoscit, cum ait: Licere Episcopis seu Pa-
 storibus facere ordinationes, ut res ordine ge-
 rantur in Ecclesia, neque etiam inficiabuntur
 in Ecclesia utiliter distinctos esse dignitatum
 gradus,

gradus, sic ut Episcopis cuiusq; Prouincia, pre-
 sint Archiepiscopi, Episcopi Pastoribus &c.
 Ita ut vis habeant communefaciendi, Synodos
 conuocandi, Electos confirmandi & ornandi,
 rebelles coercendi, & ab officio remouendi: Itē.
 causas ecclesiasticas ecclesiastico iure exercen-
 di. Quod aiunt Episcopos non habere potestatem
 statuendi aliquid contra Euangelium, non in-
 ficiamur: Euangelio autem aduersari pleras-
 que traditiones, quas ipsi accusant non admit-
 timus, modo ex mente Ecclesie usurpentur,
 ut de Ieiunijs, & abstinentia ciborum suo lo-
 co diximus. Quod addunt, ideo plerasq; traditio-
 nes aduersari scripturis, quod ideo condantur et
 exigantur, ut per earum obseruationem re-
 missionem peccatorum mereantur. Item, quod
 conscientia per eas obligentur, ut ducant eas
 esse necessarias ad salutem, iam supra satis osten-
 dimus, falso hæc Ecclesia, & eius sanioribus do-
 ctoribus impingi, ut qui manifestè doceant, nul-
 lis operibus non modo his traditionibus attribu-
 endam esse remissionem peccatorum, qua gratis
 datur per fidem sanguinis Christi. Itē, his tradi-
 tionibus, & statutis Ecclesie neminem obligari
 nisi his tanquam remedijs, ad vitia coërcenda et
 virtutem exercendam indigentem, itaq; huius-
 modi statuta, ob causas rationabiles, videlicet
 in quibus ratio legis cessat, solui & omitti posse.
 Non autem prorsus iniquum videtur, quod po-
 stremo

stremitò postulant, ut Episcopi in traditionibus,
 & constitutionibus Ecclesiasticis, equitatem &
 moderationem adhibeant. Equidem fatendum
 est, nonnullas esse traditiones, in quibus urgen-
 dis, ab equitate & mente Ecclesia ab imperitis
 & superstitiosis Antistibus, & Ecclesiarum
 prefectis recessum est, ut de nimis seuera exa-
 ctione ieiuniorum & delectu ciborum. Item
 de cœlibatu eorum, qui imprudenter & temere
 se ad cœlibatum astrinxerunt, & de uotis mo-
 nachorum, vel virginum incautis & subrepti-
 cijs, & de reliquis eius generis. Adhuc conce-
 dimus obtestandos esse illos, penes quos Ecclesi-
 arum procuratio est, ut compertos iam & ma-
 nifestos abusus, quorum aliquot supra commemo-
 ramus, ex quibus motus, quibus hodie Ec-
 clesia periculosissimè iactatur & afflicta-
 tur, extiterunt, tolli & aboleri curent, id quod non
 modo sine offensione, sed etiam cum summo ap-
 plausu, & congratulatione optimorum & do-
 ctissimorum virorum fieri poterit: in quibus ta-
 men tollendis cautio adhibenda est, ne subita
 innouatio simplicium, & imperitorum animos
 perturbet, assentimur autem Confessioni cum
 ait, si Episcopi hos abusus precipue qui missam,
 & alias partes, diuini cultus inuaserunt, in
 tempore correxissent, minus nunc esset dissentio-
 num, neque tantum monendos & rogandos
 putamus, ut abusus corrigant, verum etiam
 antiquos

antiquos aliquot Ecclesiarum, & mores progressionem & inclinationem temporum, obsoletos & immutatos, pietati vero promovende & Ecclesie pacificande vitales revocari studeant, cuiusmodi est usus sacramenti dominici sanguinis, seu plene ac legitime communionis corporis & sanguinis Domini. Item, ut in celebratione mysteriorum siue missis sacramentorum distributione adhibeatur &c. Imprimis autem operaretur, ut primo quoque tempore corruptissimi Ecclesiasticorum hominum mores, quibus simpliciores non possunt non graviter offendi, non inanis constitutionibus & decretis, sed serijs & severis executionibus corrigantur, & in melius reformatur, quod tamen ut fiat, opus est ut ab ijs, qui summo loco president, correctionis initium fiat, ac alijs qui inferiore loco sequuntur, pietatis, iustitiae, continentiae, temperantiae exemplis praecant. Quamvis itaque in gerendis nonnullis traditionibus, ab Episcopis non nihil peccatum, & in tollendis abusibus non parum cessatum esse concedimus, tamen isti rursus meminisse debent, se in illis corrigendis modum quoque excessisse, ut qui vitiosa curare studentes, etiam ea quae sana sunt, & sine totius corporis pernicia conelli non possunt, tollenda putarint. Quare nos quoque, quotquot toto orbe Ecclesie Catholicae veram in Christo pacem optamus, eos vicissim per viscera miserationum Dei obsecramus,

mus, ut Reipublice Christiana tot undiq; pe-
 riculis exposita, in qua eorum quoq; salus con-
 tinetur miserti, ad hanc Ecclesiarum pacem
 conciliandam, operam quoque suam adiungant,
 & quod officij sui est, prestent, hoc est, ut prisca
 illius & indubitatae Ecclesiae Christi iudicium
 non detrectent, si quid illius concordiae, & uni-
 uersali iudicio dissentaneum ab illis inductum
 est, ad prisca illam regulam, & formam cor-
 rigi & reuocari patiantur. In ceremonijs praeser-
 tim uniuersalibus, & constitutionibus Eccle-
 siasticis iam longo usu receptis, & inuictis, quae
 & salua fide retineri possunt, & sine manifesto
 pietatis damno aboleri nequeunt, se & prisca
 & praesenti Ecclesiae accommodent, & consir-
 ment erga praesentem Ecclesiam, quamuis misera-
 biliter deformatam, in qua pleriq; ex us in
 Christorenati sunt, affectum Charitatis & u-
 nitatis induant, iniuriam & vim, si quam ab
 eius Praefectis perpessi sunt, publice paci condo-
 nent, offensiones omnes & suspitiones, ex animo
 daponant. Mendacia, maledicta, calumnias
 quibus nonnulli praeter charitatis legem, & fal-
 sa ecclesiasticis affingere, & recte dicta depra-
 uare consueuerunt, cohibeant. Quin potius ex
 lege charitatis incommodo dicta inuitiore inter-
 pretatione subleuent. Nouos uero & maculas,
 quibus ecclesiae praesentis facies adhuc deforma-
 ta est, & a quibus nunquam ullo tempore Ec-
 clesiae

clesia prorsus immunis fuit, dissimulent, & ne suos quidem suosq; Ecclesias omni vitio carere, sed ipsis quoque mutua dissimulatione & condonatione opus esse meminerint: Facilius enim condonat peccata aliena, qui agnoscit sua.

De Hæresibus.

Quod autem ad hæreses attinet, quæ vel ante confessionem Augustanam, vel postea extiterint in his commemorandis & refellendis opera nostra nil opus esse puto, cum illa omnibus in promptu sint, & communi studio ab utriusq; partis Doctoribus abundè refutata legantur, quin & ipsa veræ Apostolica & Catholica doctrina expositio, omnis falsæ doctrine longè optima refutatio est, adde, quod & ipsa Hæreticorum certamina, inter se Catholicam doctrinam propugnant, nam ut scite dicitur est ab Hilario: Hæretici omnes contra Ecclesiam veniunt, sed dum hæretici omnes se inuicem vincunt, nil tamen sibi vincunt, victoria enim eorum Ecclesia triumphus ex omnibus est, dum in eo hæresis, contra alteram pugnat, quod in hæresi altera Ecclesie fides damnat & c. Hoc tamen interim observandum erit, ut quamvis plerumq; hæresis in altera hæresi oppugnanda Ecclesia partes agat, tamen plerumq; fieri, ut venenum, venenum pellat, & morbum morbo commutat, dicitur falsa sententia refellere nihilominus

R falsam

falsam opponit, ut sit ab ijs, qui dum statuunt incarnationem filij Dei, diuinitatem tollunt, & qui infantium baptisma probant, ut illis vel proprium motum fidei, vel sanctitatem, ex ipso ortu tribuant, licet, qui dum presentiam corporis Christi in Sacramento Eucharistia statuunt, nouum quoddam, & inauditum presentia genus confingunt, que non ex consecratione his symbolis propria sit, sed ex vnione diuinitatis in omnibus nobis in sit. Quare ad praua dogmata corrigenda regula illa traditionis Catholica aptissima, & iustissima fuerit.

Hæc sunt Clementissime Cesar, qua in hac temporis angustia, in tanta corporali infirmitate, qua per interualla tantum, eaq; exigua, meditantis facultatem concedit, in hac librorum inopia & destitutione auxilij, ad ea que à U. M. mihi mandata fuerunt, dicenda occurrerunt. Nam & Articulos singulos Augustanae confessionis, quantum opus videbatur, explicare conatus sum. Idem feci & in at ijs articulis, que etiam in hac Confessione non commemorantur, postea tamen in controuersiam vocati sunt, idq; in ijs locis, in quibus id quod commodissime fieri uidebatur. Atque in his omnibus explicandis, & dyudicandis, quantum consequi potui, sensum & fidem catholicae Ecclesie, in uniuersali illo consensu antiquae & floren-

florentis Ecclesie, potissimum elucescentem, bo-
 na fide & equo iudicio sequutus sum, siquid
 vero in negotio tam difficili & perplexo ali-
 quando offenderim, & hallucinatus sim, veni-
 am mihi dari peto, imo hoc oro, atq; obtestor, ut
 hec ad aliorum doctorum virorum iudicia con-
 ferantur & explorentur, neq; enim hic iudi-
 cis & disceptatoris personam assumpsi, sed ut in
 deliberationibus fieri consuevit, rogatus senten-
 tiam, quid mihi videatur simpliciter, & inge-
 nue exposui, meliori sententia haud illibenter
 concessurus. Quanquam hic non iam meam sen-
 tentiam dicere, quam veteris illius Ecclesie sen-
 sum & mentem, quoad potui, declarare conatus
 sum. Quamuis autem his M. V. exspectatio-
 ni me non respondere posse scirem, atque hoc ip-
 sem multo melius, doctius & ornatus ab alijs
 fieri posse, atq; fortassis iam factum esse perspe-
 ctum haberem: tamen & conscientia mea sa-
 tisfaciendum & V. M. Cas. iam pio man-
 dato obsequendum mihi esse putavi, praefer-
 tim cum hoc negotium eius generis sit, in quo
 & multorum iudicia cognosci conveniat, & ali-
 quando etiam imperitior oportunum, aliquid
 in medium conferat. Neque illud dubito, non-
 nulla fore, qua vehementioribus utriusq; partis
 hominibus displicitura sint, cum utriusq; par-
 tis ulcera atrectentur, illud tamen, ne nimis
 verum sit, augurium vereor, aut Ecclesie vehe-
 menter

menter labefactata statum ad huiusmodi formam instaurari debere: aut si id minus obtineat, nobis ex nobis ipsis certissimum exitum imminere.

Agimus autem gratias, eterno Deo & viro qui nostri, ut spero misertus, hunc animum T. M. addiderit, ut tandem legitimis & opportunis remedijs, grauisima Ecclesia vulnera curari voluerit, omnis illis violentis, & importunis, haecenus imprudenti consilio, infeliciuentu vsitatis, qua Ecclesiae plagam non modo exasperarunt, sed propemodum etiam immedicabilem fecerunt.

Oramus quoque Deum per Christum Pontificem eternum, ut eum animum quem primū Augusta memoria Parenti tuo inspirauit, in T. M. confirmet & augeat, atq; ad id feliciter efficiendum, quod prudenter & religiose suscipit, facultatem, & successum suppediet, ut rebus Ecclesiae compositis, et Deo mutua charitate placato, felicius Christiani nominis hostibus resistatur.

FINIS.

Soli Deo gloria.

INDEX PRÆCIPVO
RVM CAPITVLORVM IN
HOC LIBRO CONTEN-
TORVM.

DE vnitatē Diuinæ Essentiæ in tribus personis.	fol. 1.
De Peccato Originis.	2.
De concupiscentia manente in renatis.	4.
Forma Concordiæ de peccato Originis.	6.
De Incarnatione filij Dei.	7.
De Iustificatione.	10.
De Ministerio verbi Externi & Sacramentorum.	25.
De bonis operibus fidelium.	28.
De operibus impiorum.	38.
De operibus preparatorijs.	40.
De Ecclesia.	43.
De Pontifice Romano.	52.
De sacramentorum administratione.	59.
De Baptismo infantium.	61.
De Ceremonijs Baptismi	62.
De confirmatione.	63.
De discrimine Baptismi Ioannis & Christi.	64.
De Cœna Domini.	66.
De Confessione.	80.
De poenitentia & satisfactione.	83.
De Confessione.	87.
De Indulgentijs.	93.
De vsu Sacramentorum.	94.

INDEX:

De numero Sacramentorum.	96.
De Ordine Ecclesiastico.	98.
De ritibus Ecclesiasticis.	103.
De Magistratu & rebus Civilibus.	110.
De secundo Christi Aduentu.	117.
De libero hominis arbitrio.	117.
De Prædestinatione.	120.
De causa peccati.	121.
De præscientia.	122.
De bonis Operibus.	123.
De cultu Sanctorum.	124.
De meritis & intercessione sanctorum.	136.
De veneratione reliquiarum.	145.
De Imaginibus & Simulachris.	149.
De vtraque specie sacramenti.	366.
De adoratione & circumgestatione Eucharistia.	172.
De vntione infirmorum.	175.
De Cœlibatu Sacerdotum.	194.
De Missa.	204.
De solitarijs Missis.	215.
De sacrificio Corporis & sanguinis Christi.	222.
De Monachatu.	237.
De Canonicis.	244.
De Potestate Ecclesiastica.	248.
De Hæresibus.	

FINIS INDICIS.

COLONIAE.

Excudebat Henricus Aqueuis.

QVANDO TANDEM.
DEO. OPT. MAX. SACR.

GEORGIO. CASSANDRO. BELGAE.
THEOLOGO. IN. PERSCVTANDIS. SACRIS.
BIBLIIS ET EXPENDENDIS. SANCTOR PATRV. MO.
NIMENTIS. ATQ. SENTENTIIS. DILIGENTISSIMO.
QVI HOC. NOMINE. TVM. PIETATE. ANIMIQ. MO.
DERATIONE. CLARVS. AB. INVICTISSIMIS. IMPERA
TORIB FERDINANDO. I. ET MAXIMILIANO II. DE
CONCILIANDIS. ARTICVLIS. IN. RELIGIONE.
CONTROVERSIS. CONSVLTVS. ET.
IN. AVLAM. ADSCITVS.
FVIT.

ITER. AVTEM. EO. PROPTER. PODAGRAM. CVIVS
POST DOLORIB. OCCVBVIT. SVSCIPERE. PROHIBI
TVS. LIBRV. DE. EA. CONCILIATIONE. PERVTL
LEM. PACIS. AMANTIB. ECCLESIIIS. EX. EORV. NDEM
CAESARVM. AVCTORITATE. IVS8V. MANDATOQ.
CONFECIT.

VIRO. ITAQ. VARIO. DOCTRINAE.
GENERE. PRAESTANTI.

CORNELIVS. GVALTERVS. GANDA
YENSIS. STVDIOR. EIVS. ATQ. PEREGRINATIO.
NV. SOCIVS. INDIVIDVVSQ. COMES. POPV.
LARI. SVO. POSVIT.

VIXIT. ANN. LII. M. V. D. X. H. V.
OBIIIT. III. NON. FEBR. M. D. LXVI.

TE. VIVENTE. MIHI GRATISSIMA. DOCTE. GEORGI.
VITA. FVIT. LICEAT. TE MORIENTE. MORI.

Infra, diem scriptum.

MORS. META. LABORVM.

Infimo, post, loco.

Abfit gloriari, nisi in Cruce Domini.

Insculptum Lapidi ad altare in Francisci templo Colonia

5
DEFENSIO
APOLOGIÆ
DE ADORATIONE
ET EIVS SPE-
CIEBVS:

Aduersùs

HYPERASPISTEN,
ET SPONGIAM DISPV-
*tationis de Precatione, è Schola
Tubingensi.*

In laudem ac gloriam DEI, &
Sanctorum eius:

AUCTORE

IODOCO LORICHIO,
IN ARCHIGYMNASIO
Friburgensi, Theologo,
Professore.

Consutatatur aduersariorum Theologia breuiter.

INGOLSTADII

Excudebat DAVID Sartorius.

ANNO M, D, LXXVII.

Imaginum cultum negârunt

<i>Serenus, Episc. Massilens.</i>	} De hæresi partim notati, partim condemnati.
<i>Fælix, Taurinensis.</i>	
<i>Leo 3. & 4. Imperatores.</i>	
<i>Waldenses, Wicleph.</i>	

SS. Inuocationem damnârunt

<i>Eustachius.</i>	} Omnes hæretici olim proscripti, & condemnati ab Ecclesia tota.
<i>Iouinianus.</i>	
<i>Eunomius.</i>	
<i>Vigilantius.</i>	
<i>Waldenses &c.</i>	

Eadem hodie negant : cum suo præceptore *Luthero Tubing. & cæteri.*

Damnatas ergo hæreses è tenebris in lucem proferunt, non Christi Euangelium. vide infr. propo. 4^o.

REVERENDO

NOBILI, ET AMPLIS-
SIMO DOMINO, IOANNI

MATTHÆO HVNDTPISS A

Valtrams, Cathedralis Ecclesiæ Con-
stantiensis Magnifico Præposito: Do-
mino suo colendo,

S. D.



UPERIOR quàm
uerè, sapièter, & san-
ctè, Apostolorum fa-
cilè maxim⁹ Paulus,
inualiturarum hære-

sum præscijs; in discipulo, ac dilecto
filio suo Tito; omnes Christianæ, Ca-
tholicæque Ecclesiæ ministros com-
monefecerit: vt hominè hæreticum,
post vnam, & alteram admonitionem
deuitarent; cùm subuersus sit, & pro-
prio iudicio condemnatus.

Nam cùm superioribus Mensibus,
Disputatio prodiisset de Precationes

AD PRÆPOSITVM CONSTAN.

ex sola quorundam nostræ religionis
articulorum Confutatione, plurimis-
que adhæc nugis, calumniis, absurdi-
tatibus, mendaciis (vt solent isti) con-
fusissimè comportata: & in ea, nostrâ
de Adoratione eiusq; speciebus haud
nostro merito ridiculè, scurriliterque
perstrinxissent; committere non de-
bui, quin Apologiam nostris audito-
ribus grata breuitate conscriberem,
istosque monerem pariter: ne quid
nobis, qui cum desperatæ salutis ho-
minibus contendere planè nolimus,
porrò facefferent negotij. At nescio
quibus agitati furiis, vno mox Men-
se, Hyperaspisten prioris disputatio-
nis suæ, & Spongiam aduersus Apolo-
giam nostram, pestilētiori, quàm an-
teà conatu, euulgârunt. Cui ego qui-
dem; Apostoli hortatui, ac tantum nõ
præcepto, volens obtemperare; nun-
quam respondissem: nisi istorum im-
pudens, ceu partæ de nobis Victoriæ
iactan-

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

iactantia; infirmos fide nonnihil offenderet.

Respondi itaque quàm potui brevissimè: ne tot Conciliorum, Sanctorumque Patrum, Veterum iuxtà ac recētiorum, quos hîc obiter perstringo, decretis, & scriptis; quibus tum hîc, tum cæteri Hæreticorum, Schismaticorumque errores omnes proscripti, damnati que sunt; velle præiudicare videar: ipsamque fidei veritatem, crebris confutationum repetitionibus, suspectam potiùs reddere, quàm confirmare: nèue pretiosi temporis, in nugis eiusmodi toties retundendis, iacturam imprudēs faciam haud vulgarem. Præsertim, cùm isti Scripturas obiectas, in alienum sensum detorqueant: reliquarum autem probationum locos vniuersos, dementi inscitiâ reiiciant, atque proscribant; quod suis infrà locis, obseruanti liquidò patebit. Quæ mihi causâ quoque futura

AD PRÆPOSITVM CONSTAN.

est; vt hunc scribendi laborem, quatenus licebit, cum meliori, vttiliori; commutâro: atq; , pro accepta à DEO gratia, commissoque talento, fidei ac religionis nostræ dogmata, inter nostros iusta methodo; post habitis istorum calumniis; explicauero. Cuius quidē consilij tametsi Apostolus mihi fuerit auctor; quærendum tamen, contra istorum cauillandi libidinem, aliquid ab his, qui nostræ inseruirent Ecclesię, testimonium, præsidiumque fuit; ne, cùm prudenter cessero, isti triumphum ante partam victoriam, qua solent impudentiâ decantent. Idcirco Reuerende, & Amplissime Domine Præposite: cùm multis aliis, Ordinis Vestri auctoritate, rara eruditione, iudicióque graui præpolleas: atque tui in me propensi fauoris: non obscuras declarâris testificatiões; húc qualemcunq; laborem, A. T. commendare non dubitau; vt quod de conatu

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

conatu nostro, pium quemque Catholicum vellem cognoscere; te adiutore commodius, feliciterque perficeretur.

Cæterum quia defensionem hanc, ob commemoratas causas, breuissimè complecti oportuit: idcirco alios & alios produxi auctores; qui articulos, quorum hinc defensionem (salua in omnibus Ecclesiæ definitione, ac sententiâ) suscipio; totis libris exposuerunt. Sed & opportunè, dum in his fectitarem, oblata est Defensio disputationis de Ecclesia militante, à R. P. Henrico Blyssenio, ex Societate &c. contra eundem Aduersarium nostrum Tubin. instituta & edita. In qua, cum plæraque de Ecclesia, & Scriptura, quæ aduersarij in Hyperaspiste suo nobis obiecerunt, diluta sint; non fuerat hinc prolixiore confutatione opus. His ergo, si volent, isti respõdeant: nolintque adhuc à nobis exposulare ea,

AD PRÆP. CONS. EPIS. NVNCV.
in quibus conando, elaborandóque
oleum simul perderemus, & operam.
Am. vero T. studiis, ac conatui nostro
benignè fauentem, Deus Opt. Maxi-
músque diu incolumem seruet, ater-
númque custodiat. Cellæ Ratoldi
Anno Salutis M. D. LXXVII. Ca-
lend. Apr.


Reuerendæ Ampl. T.

Obseruienter deditus,

Iodocus Lorichius,
Theologus, Pro-
fessor.

RESPONSIO AD EPISTOLAM DEDICATORIAM HYPERASPISTÆ.

Propositio I.



V M videant aduersarij, nul-
lū se posse, ex his; quos Deus
Episcopos dedit, & Ecclesiæ
suæ Rectores, suis hæresibus

Actor. 20.
Ephes. 4.
Hebr. 13.

Patronum conciliare: Confugiunt ad ho-
mines Politicos, & eos quidem (malū)
quos in Catholicorum Principum Consi-
liariis præcipuis haberi constat. Idem pri-
sci quoque Hæretici semper attentârunt.
Diuus Augustinus contra Iulianum Pelag.
lib. 2. ad finem: & lib. 3. ca. 17.

D. Hilarius
contra Aria
nos.
Chrysoft.
hom. 46, in
Matth.

2. Inter prodigiosas deinde Calumnias,
quas in Epistolam eā Aduersarius cumu-
latè congersit, vt odium nobis apud alios
conciliaret (ignarus verò, quàm id me pa-
rùm afficiat.) primò mecum exoptulat:
Cur nihil in Apologia de SS. Inuocatione
edocuerim? Sed meminisse debuit, eius
non fuisse instituti de SS. respondere In-
uocatione, & meritis; quod aliquando

5 A pecu-

DEFENSIO APOLOGIÆ

peculiari labore præstabitur; Sed de adoratione, eiusque obiectis. Interea tamen, si volent, legant de eadē Inuocatione, Ioannis Garetij Catalogum testimoniorum; cū ex Scriptura sacra, tūm ex omnium ætatum Scriptoribus fide, laudēque dignissimis, ordinatissimè contextum. Præterea Ioannis à Via defensionem Iugis Sacrificij, cōtra aspergines Iacobi Smidolini: & alios quamplurimos; quibus deinde, si lubet, respondeant. Cætera in sequentibus.

De primatu
Romæ
Pontificis.

3. Adhæc cauillatur Aduersarius: Romanenses. elegisse Ecclesiæ suæ caput Romanum Pontificem: idque diui Gregorij auctoritate confirmare, pariterque illudere, & calumniari non erubuit: ac si credere nos oporteat, deceatque; ipsum, & suos scientiâ, iudicioque præpollere D. Gregorio, cæterisque S. Conciliis, & Patribus; qui iam inde ab Apostolorum temporibus, Rom. Episcopo, & Ecclesiæ dignitatis, gubernationisque primatum reuerenter detulerunt. Consule Catalogos recentiorum: præsertim Ioannis de Turre Cremata in Summa sua de Ecclesia.

4. Deinde ostendere debuit iste; D. de-
mum Gregorij temporibus electionem
hanc

DE ADORAT. DE EIVS SPECIEB.

hanc esse factā: at non fuit ausus tam apertè nugari.

5. Adde, quia nec Ecclesia Pontificem primò elegit; neque potestatem ei tradidit: sed ipse Christus in Petro, omnibus suis successoribus legitimis; vniuersam docendi, gubernandique potestatem commisit. Quis enim qui Christi cupit esse; siue Imperator sit, siue Rex, aut Princeps, Dominus, aut seruus; à Petro, & successoribus eius pasci, atque à luporum incurfione defendi omnino desideret, aliò qui peribit.

Matth. 16.
Ioan. 21.

6. Aliquando tamen explicatiùs trademus: nihil derogari gloriæ Capitis Christi in Ecclesia, si Vicarię gubernationis caput constitutum credamus, confiteamurque: quemadmodùm & ipse vnicus Magister noster est, & Dominus, & Ecclesię Rector; dedit tamen alios, & Doctores, & Pastores, & Rectores Ecclesię suę. Sed hæc ad errores Epistolę peculiare satis: cætera ordine deinceps videbim⁹. Calumnias nil moror; malens ab istis vituperari ac deiici, quàm extolli, & laudari.

Confutatio Hyperaspistæ.

7. Principiò confitetur aduersarius; in dedi-

DEFENSIO APOLOGIÆ

dedicatoria nimirum Epistola: se priori disputatione, non voluisse precationis Methodum tradere: sed nostram duntaxat detegere Idolomaniam, ut vocat. Rectè ergo censui in Apologia; disputationem eam nullam fuisse: sed Orationem cauillatoriam; ex nugis, calumniis, absurditatibus, mendaciis, blasphemis confusissimè constructam.

De Scriptura sacra.

8. Prima Hyperaspistę propositione definit Aduersarius: Verbum DEI, quod in Scriptura sacra continetur. Sed nõ ostendit, quis Verbum Dei ita definiat: quippe ignorauit: Verbum Dei esse, tum ἑγγραφοῦ, tum ἀγγραφοῦ; scriptum, & non scriptum, siue traditum. Vnde Verbum Dei rectius definitur: Voluntas eius de nostra sanctificatione, & salute; manifestata olim per Prophetas, nouissimè verò per Filium suum, per quod Apostolos, Pastores, Doctores Ecclesię suę; contestantibus scripturis. Vide Francisc. Sonnum. Demonstr. lib. 1. cap. 2. 9. & 10.

9. Commodè tamen, prop. 2. & 3. semet Aduersarius exponit: & fatetur in scriptura quip-

Hosiu Lege
de expresso
Dei verbo.

Psal. 118.
1. Thes. 4.
Ioan. 1.
Hebr. 1.
Eccli. 24.
2. Pet. 1.
Ephes. 4.
Ioan. 5.

DE ADORAT. DE EIUS SPECIEB.

quipiam bifariam contineri. Vno modo, quo ad literam: altero, quo ad sententiam. Quam confessionem, si præceptores eorum, ante hæc tempora edidissent; forte nec Concilio nouo, neque tot scribendis libris aliis fuisset opus.

Aliter Melanch. in locis commu. Tit. de legibus humanis.

10. Ita quoque, Prop. 4. ad difficultatem sensûs Script. vnâ nobiscum alludit: tamen; vt cōcessionem hanc callidè inuolueret; nos, Scripturæ sacrę hostes, & accusatores obscuritatis, imperfectionisque eius pueriliter admodum p̄clamat. Nullus etenim Catholicorum, sacrâ Scripturâ vnquam, eo sensu, obscuram, imperfectamque calumniatus est: sed confitentur omnes, profunda nonnunquam in Scripturæ litera contineri mysteria; quæ nequeant ab vnoquolibet intelligi. In quam sententiam locutus est Eunuchus Candaces Reginae. Actor. 8. Et Petrus, Apostolorum primus, de scriptis Pauli, 2. ca. 3. Et D. August. de Doct. Christ. lib. 2. cap. 6. Idem Epist. ad Volusianum. Et Hiero. in Prolog. Bibliorum. Quæro autem ex eis: si tam absoluta, & secundum omnem modum absoluta scripturę litera & sententia est: Cur tot hæretici, tametsi in scripturis versatissimi,

De Script. difficultate.

Lyranus in quæst. contra Iudaicâ perfidiam.

DEFENSIO APOLOGIÆ

ea non potuerint videre, legere, & cognoscere; quæ SS. Patres, totâque ad eò Ecclesia vidit, & cognouit? Sicut nec ipsi hodie in scriptura vident, quæ ex iisdem eis obicimus.

De Interpretibus Scripturæ sacræ.

11. Hinc omissa Calumniâ, nostram objectionem, de consulendo Sacerdote summo, in ambiguo iudicio, ex Deut. 17. nolint, velint, concedunt. Obscurare tamen

Lege Hofiũ in Confut. Brentij.

eam nituntur, deferendo Iudicij partem, Iudici Politico: sed quàm indoctè; poterunt ex sequentibus animaduertere: vbi tantùm executio sententiæ sacerdotis Iudici demandatur; non iudicandi cum eo potestas. Aut saltem adhibeant locum Malach. 2. & alium Matth. 23. qui Iudicis alterius prorsus non meminerunt. Item 1. Cor. 14. Ephes. 4.

De iisdem.

12. Sed Prop. mox. 6. locum Matth. citatum, ipsisque obiectum, concedunt: tantùm calumniantur, vt solent; nostros qui in Cathedra sedent, non iudicare secundum Euangelij doctrinam. Quòd si negemus; nescio quibus testibus aliis, quàm seipsis probare possint. Et quis tam sanæ mentis expers est; vt censeat, SS. Patres, Scripturæ sacræ interpretes, ignorasse hæctenus verum

Hereticorũ verus Cantilena,

&

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

& Germanum eius sensum; istos autem probè scire? de qua re infrà fusiùs.

13. In Septima de hinc Propos. obectio- nem nostram: Cur Saluator Apostolis non præceperit scribere, sed prædicare; sola Calumniâ eludere moliuntur: ac si nos ideo id diceremus; vt Scripturæ auctoritas quo- quo modo eleuaretur: & non potiùs, vt quique intelligerent: antea prædicatum fuisse Euangelium, quàm scriptum; plu- raque tradita fuisse, quàm comprehensa literis, quod nec ipsi negant, Proposit. 11. Vide infrà de Traditionibus.

De Trad-
tionibus.

14. Atque vt Calumniam hanc non nihil excusarent; in eadem continuò Proposit. exemplis demonstrare contenderunt. nos dogmata quædam tueri, quæ cum Scriptu- ra sacra manifestè pugnent. Ceu sint Pro- hibitio nuptiarum, delectus ciborum, Po- culi in Eucharistia sublatio. Verùm quo sensu, ista à nobis tradantur: & quàm im- perite, ne quid dicam acerbius, aduersarij nondum intellecta condemnent, infrà si- gillatim ostèdetur: ne sit intereà mora Le- ctori fastidio.

1. Tim. 4.

15. Concedunt ampliùs: esse in Scriptura, aliqua, & multa obscura; Ideoque inter- pretibus

De interpre-
tatione Sa-
cræ Script.

DEFENSIO APOLOGIÆ

pretibus opus esse: tùm etiam propter peregrinam phrasin, genusq; sermonis, quo Biblia sunt scripta propo. 8. Noua confessio hæc.

De Traditionibus.

16. Pariter admittunt Traditiones Apostolicas; sed eas, quas ipsis Apostolis auctoriunt, Ecclesia obseruet, Et quia præsentiant, posse nos multas ex nostris, ad Apostolos referre, quas ipsi nihilominus derideant: adiaphoras omnes eas esse censent; aliquibus, non omnibus temporibus seruandas. At non satis acutè perspexerunt: nequaquam licere ipsis adiaphoron vocare, quod Apostoli & Scripturæ reticuerunt. Præterea, nõ esse in potestate priuatorum, ea, quæ adiaphora dici fortè possent; constituere, aut abrogare: sed toti commendatum id esse Ecclesiæ.

17. Neque etiam negant: aliquos Apostolorum, nihil scripsisse; Petrum, Iacobum, Ioannem, Iudam: per pauca: omnes verò docuisse plurima. Tamen, vt maledicendi libidinem proderent, affirmant primò: sufficere ea, quæ scripta sint Ecclesiæ: deinde inuehuntur in Traditiones, quas contra Scripturam effictas inuidiosè proclamant: at nihil probant. Sed nec erat hoc loci

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

loci necesse probare. Respondemus autem priori: Si scripta sufficiunt: cur ipsi tot libris scribendis Ecclesiam suam non tam grauent, quàm iniquissimè subuertant, & perdant? Ad posterius respondebimus, loco suo.

18. Ita quoque negare necdum audent: antiquissimos, eosdemque Apostolorum discipulos SS. Patres; quos in Apologia nostra obiter citauimus; certissimò affirmare: multa Apostolos tradidisse seruanda; que, tametsi scripta non sint, nò minorem tamen habere autoritatem, quàm si scriptis quoque Apostolicis continerentur.

Verùm, suo rursus more, quod Irenæus contra Valentinum, Marcionem, Cerinthum, reliquosque Hæreticos; qui cùm scripturis argui deprehenderent, in accusationem ipsarum Scripturarum conuersi sint; censuit: id in nos sceleratè detorquet.

Adhæc vehementer miror; cur non adierint, quod ibidem S. Martyr censet: Hæreticos nimirum eos etiam esse, qui, cùm ad Apostolicas Traditiones prouocentur; dicant se non solùm presbyteris, sed & Apostolis sapientiores; quemadmodum

Cap. mox sequenti 3, de Apostolicis Traditioni-

Origen.
Epiphani.
Tertull.

Lib. 3. ca. 2.

Videat hic
Candid' Le
étor; qua fi-
de, Aduer-
sarij, Patrū
scripta, le-
gant, nobis-
que obiciāt
propol. 10.

B

tion-

DEFENSIO APOLOGIÆ

tionibus, deque Episcoporum in Ecclesia
ab Apostolis successione · eruditissimè,
contra istorum prophanas nouitates, e-
differit.

De ratione
interpretan-
di scriptu-
ras,

19. Percontatus sum, ex istis, inter cetera:
vb̄inam Paulus, aut quisquam alius Apo-
stolorum scripserit; quæ sit ratio, ac regu-
la sacras interpretãdi scripturas. Respon-
dent, regulam ab Apostolo tradi Rom. 12.
cùm prophetiam iubet esse, secundũ Ana-
logiam, seu rationem fidei. Benè id quidè:

Analogia fi-
dei quæ,

at non satis. Nunquid enim, qui nouit ita
interpretandas esse scripturas; vt doctrinæ
fidei, interpretatio consona sit: ideo pro-
tinus, quis huius, aut illi⁹ Scripturæ sit sen-
sus, intelligit? Vt verò sciant, quæ sit ratio
interpretandi scripturas; audiant primò
ex Epiphan. Oportet ait, & traditione uti.
Non enim omnia à diuina Scriptura acci-
pi possunt. Quapropter aliqua in scriptu-
ris, aliqua in Traditione, S. Apostoli tradi-
derunt: quemadmodum dicit S. Aposto-

Contra hæ-
res. 61,

Aug. de vti-
lit. credendi
ca. 17.

lus: Sicut tradidi vobis &c. Deinde memi-
nerint: non tam periculosum esse, sed hæ-
reticum etiam; solius priuatæ rationis iu-
dicio niti in scripturarum interpretatio-
ne, neglecta SS. Patrum auctoritate. Ob id
omnes

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

Omnes antiquissimi Scripturę sacrę interpretes, suis sunt vñ Præceptoribus. Vide Prologum Bibliorum Hieron. ad Paulin. cap. 6. Postremò discant isti, ad Scripturę interpretationem adhibere regulas, cùm Tyconij septem, tùm vnus ex recentioribus vnã & quadraginta. Vide Oeconomiam Ederi, I. C. & The. Clarissimi, lib. 1. Tab. 75. Cæterùm quæ aduersarij, in Cardin. Cusanum, & recentiores alios, quemadmodùm & in Scholasticos Theologos priores; cùm hîc, tùm in sequentibus propositis inuidiosè spargunt; tametsi laboris huius non sit singula examinare: audacter tamen pronuntio: istos nec Cusani, neque cæterorum mentem, sententiãque cognoscere: aut certè, vt rectè cum Ecclesia sapiant, cognoscere nolle. Mera ergo calumnia est, nostra vberiori responsione indigna.

20. Porrò concedunt isti: multa de Adoranda Trinitate, personarum Relationibus &c. Item de Angelorum natura, atque officio: de Conditionibus dæmonum, & horum similibus; in Scriptura sacra expressè non contineri. Addunt tamen, vt aliquid respondeant, perinde esse, siue ista

Hieron. ad
Nepotianũ
de seipso.

De non Scri-
ptis dogma-
tib.

DEFENSIO APOLOGIÆ

sciamus, siue ignoremus: propositio. 13.
 Ignorent ergo: nos scire iuuat, atque delectat.

21. Similiter duodenarium Symboli articulo-
 rum numerum, in Scriptura inuenire non potuerunt: sed quia articuli omnes, Scripturæ sacræ consentiant; ideo se putant satis ad nostram obiectionem (quod in Scriptura nõ expressè legantur) respondisse. propositio. 14.

Matth. 28.
 De paruulorum Baptismo,

22. Sic, quia Christus præceperit Apostolis; ut Baptizarent omnes gētes: ob id paruulorum Baptisma in Scriptura sacra expressè contineri respondent. At quia fidei conditio ibidem exprimitur; ideo, ne cōcederent Traditionem esse: fingunt infantes credere: abutentes testimonio Christi, cum ait: Qui scandalizauerit vnum de pu-
 fillis istis, qui in me credunt. Non enim ibi omnes paruulos credere Saluator ait: sed eos qui credunt, offendendos non esse. Est ergo distributio commoda facienda. Aut dicāt isti: actu ne fidem paruuli, antequam Baptizentur habeant, an habitu? Non poterunt actu habere; cum nondum, quid credere sit, intelligant. Si verò habitu credunt; respondeant rursus: quis, & quomodo

Matth. 18.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

modò habitum eum infundat, antequam paruulus Baptizetur?

23. Posthac concedunt, perpetuam Dei-
paræ Virginis Mariæ Virginitatem; non
Traditione, vt censent, sed Sacrę scripturæ
testimoniis edocti. At negârunt olim Hel-
uidiani hæretici, id ex Script. doceri posse.
Necesse igitur est; vt Script. accedat Tra-
ditio.

Epiph. hæ-
ref. 78.
Alfonf. de
Maria.

24. Primùm hîc, propos. 17. vehementer
strident in nos, qui obiecimur: Cur ipsi Bi-
bliorum lectionem omnibus facilem, &
apertam esse traderent? Proinde id ipsum
Calumniis, cum ratione nequeant, obti-
nere conantur. Sed iam antea de difficul-
tate Scripturę, & eius necessaria interpre-
tatione differuimus. Cumq; nos difficul-
tatem Scripturę ex ipsorum discordia satis
posse doceri pariter obiecisset: isti cõ-
trâ, & negant inter suos discordias esse. su-
per religionis articulis, & discordâtes SS.
Patrum, atque Scholasticorum Theolo-
gorum, de sublimioribus quæstionibus
(quæ ad fidei articulos omninò creden-
dos, ac confitendos nihil, aut parùm faci-
unt) sententias nobis vicissim obiiciunt.
At quàm veteratoriè, fraudulenter, ridi-

De his quæ
Aduersarij
contra Scri-
ptur. S. tra-
dunt.
De Biblio-
rũ difficul-
tate.
Prop. 15. &
19. &c.
De Concor-
dia Luther.

DEFENSIO APOLOGIÆ

culè, impudenter illud negent, hoc affirmant; satis ostenderunt Fridericus Staphylus in Apologia, eiusque defensione: & in defensione Trimembris Theologiæ contra Matthiam Flaccum Illyricum, contraq; Iacobum Smidelinum. Item G. Ederus, Inquisitionis suæ quæst. 15. Tabulis itidem 1. 2. vsque ad 11. cætera infra Propositionit. 38.

De ministro Ecclesiæ.
1. Tim 4.

25. Neglectam præterea Impositionem manuum, presbyterij, vt Apostolus loquitur, istis obiecimus. At respondent, ritum esse antiquatum, siue non necessarium. Miror quo auctore. Deinde se, suosque à vera Ecclesia legitimè vocari confitentur: rident verò Ordinationem Pontificiam. Sed quæramus: quis nã, à temporibus Apostolorum, ad perditum Lutheri vsq; , eo, quo ipsi ritu ad Ecclesiæ ministerium admissus fit? Deinde, cur etiamnum ritus aliquos adhibeant, inuito Lutero qui omnes Baptizatos æqualiter Sacerdotes esse confessus est? Præterea, cur hætenus ad istius Ecclesiæ ministeria admissi sint priuarii multi, histriones, infames? Et tandem, qui nã ex ipsis sint Acoluthi, qui Diaconi, qui Presbyteri, qui deniq; Episcopi? quorum omnium

In BabyL.
capt. de Sacram. Ord.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

omnium Paulus in commendationē Ec-
clesiasticæ Hierarchiæ, aliis, & aliis in locis
meminit.

Ad Timoa.
Tit. Phi-
lem. &c.

26. In eadem continuò propos. 18. vt Ec-
clesiastici Magistratus auctoritatem, qua
se vrgeri, superarique nõrunt, eleuent,
subiicere eum Politico nituntur; abuten-
tes interpretatione Chrysofomi in 13.
Roman. qui Monachis, & Sacerdotibus
obedientiam quoque præcipi tradat. Re-
tè id quidem Chrysof. Sed audi colle-
ctionem istorum: Monachi & Sacerdotes
debent obedire Principibus: ergo non est
ordinatio Ecclesiastica. A baculo ad angu-
lum. Proinde & nos Principibus, in qui-
bus oportet, libenter paremus: & scimus
magistratum quoque esse Ecclesiasticum,
cui pariter in aliis, Apostolus obedire ius-
sit. Actor. 20. Hebr. 13. & hoc in loco: non
enim dixit, potestati, sed potestatibus: &
his eminentioribus; non eminentiori.
Aliõ qui, vt Chrysof. mentem rectiùs in-
telligant, nõ pigeat legere tres libros Dia-
logorum eiusdem, de dignitate Sacerdo-
tali. at lucẽ metuunt isti, quia in tenebris
ambulant.

De Ecclesia
stico Magi-
stratu.

DEFENSIO APOLOGIÆ

De sola Fi- 27. Ad obiectionem, de sola Fide, respon-
de. dent, propof. 19. tametsi ea in Script. non
Palinodiã exprefsè legatur; legi tamé alias, quæ æqui-
cantant, polleant: nimirum quoties excludantur à
iustitia fidei, opera legis. Sed meminerint
Aduersarij: aliud esse excludere opera præ-
cedentia; aliud coniunctos actus contri-
tionis, fidei, spei, amoris, & consensûs; de
quibus infra in appendice latius: interea
patienter cætera audiant, & cognoscant.

De vbiq- 28. Amplius contra Script. & rei verita-
ate. tem affirmare non erubescunt: Christum,
Vbique to- secundum humanitatem, vbiq; esse. Nam
tus, at non sicut verè id de persona cõfitemur; ita im-
totum. Vi- peritè attribuitur humanæ naturæ: quæ, li-
de 4. Sent. cet vnita sit, tamen manet finita: Omnipot-
dist. 22. tētia verò, & Vbiquitas; attributa sunt sub-
iecti infiniti. Quòd verò Sacramentaliter
simul in locis est pluribus; priuilegij cuius-
dam specialis argumentum est, propter
adorandum mysterium stupendæ conuer-
sionis substantiæ cuiuslibet panis & vini, in
ipsum Christi corpus & sanguinem. Quam
conuersionem cum isti negent, negentq;
pariter localem præsentiam; videant quo
artificio Christû, pani suo vniant, ac copu-
lent. Sed de transubstantiatione aliàs, iu-
uante Deo.

DE ADORAT. DE EIVS SPECIEB.

29. Nolunt prætereà, contra scripturam, De adorati-
 Christū in Eucharistia adorare: quod cū one Eucha-
 nos in ipsis reprehendissemus; obiiciunt ristia.
 è contrario nobis hîc; Propos. 21. quidni
 ante arbores, & homines alios; in quibus
 Deus quoque sit; pariter procidamus?
 Digna profectò sublimibus ingeniis The- Eia quàm
 ologorum istorum obiectio. Sed respon- accurè. Ad
 sum non dabimus; donec explicent: Cur Cyclopas.
 tres Magi, ab Oriente, Hierosolymam ve-
 nerint, adoratum Regem natum Iudæo-
 rum; si in arboribus, aut cæteris homini-
 bus fuit? & in his adorari potuit, ac debuit?
 Item, cur leprosi aliquot, multiq̄ue alij; nō
 ita ante Apostolos prociderint, atq; ante
 Christum? Et cur panem, vinumq̄; suum,
 in Cœnæ commemoratione, tanta cære-
 moniâ benedicant; si iam antea Christus,
 vt Deus & Homo, in omnibus naturaliter,
 essentialiterq̄ue subsistit? Legant autem,
 Theologos 3. Sent. dist. 9. vt inter hæc di-
 stinguere sciant.

30. Ostendimus prætereà, aduersarios, De Missa.
 contra Scr. Iuge Sacrificiū abolere, ac cō-
 culcare: sed iniuriâ se eo affectos, excla-
 mant. Quippe Iuge Sacrificium; quod sit
 effectus passionis Christi; à se, suisque in-

DEFENSIO APOLOGIÆ

desinenter laudari, ac cum gratiarum actione celebrari prædicant. Verum, quam hæc elabendi calliditas ipsos parum iuuet, aliquantò copiosius declarabimus; conferendo Prophetarum, de Iugi Sacrificio, vaticinia, cum istorum interpretatione. Primò testatur Deus per Prophetam Malach.

In omni loco, oblationem mundam, suo nomini offerri, & sacrificari, idq; in Gentibus. Id primò nequit de passione Christi intelligi; cum non sit omni in loco passus; neque in Gentibus, sed in Iudæa. Deinde effectus passionis Christi, à condito mundo, virtutem suam exeruit in omnes credentes cum fidei Abraham: Nō ergò in Gentibus demum cœpit. Aut si ideò adhuc effectum passionis pro Iugi Sacrificio accipi volunt; quia explicatiùs hodie, & abundantius, quàm olim in figura, celebretur: meminerint effectum non sacrificari, & offerri, sed communicari. Aliud ergo Sacrificium Deus per Prophetam introducere voluit. Iam & Daniel Propheta: Iugis Sacrificij mentionem faciens, prædicit id sublatum iri, & conculcatum: effectus autem passionis Christi non poterit ab homine Antichristo auferri; nec gratia: quia inuisa

Malach. 1.

Apoc. 13.

Daniel. 8.
& 11.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

inuifa sunt. Ergo Prophetæ de externo aliquo Sacrificio prædixerunt. Prætereà: si Christus Sacerdos est, secundùm ordinem Melchisedec; necessè fuit, vt eo de ritu (nimirùm sub speciebus panis, & vini) aliquando offerret: nō autē facta oblatio hæc est in Cruce; vbi Aaronica sacrificia expleuit: facta ergò est in Cœna nouissima. Cūque tum Apostolis mandârit, vt facerent hoc, quod fecerat ipse, in suam commemorationem; mandauit vtique, vt offerrent, sicut & ipse obtulit. Tandem vehementer miror, istos hîc externum Sacrificium negare: cùm tamen infra propos. 73. referant, Augustin. Missæ meminisse: quin etiam ipsum Apostolum Petrû celebrâsse, ex Platina. Quod verò ad Cæremonias alias, & alias attinet, quæ temporis progressu Cōsecrationi, Oblationiq; additæ sunt; quemadmodùm Sacrificio nihil addunt, ita nec detrahunt eidē. Quod, si isti nondum intelligunt, discant. Non enim hîc locos trado communes; sed ineptiis istorû respondeo. Consulatur verò Ioan. Garretij Catalogus de Sacrificio Missæ: & multi alij recentiores, de eodē. Vide infra propos. 76. & 77.

Melchisedec
Psalm. 109.

August.

Petrus.

Vide 3. Canonē Apost. & de Cōsec. dist. 2.

DEFENSIO APOLOGIÆ

De Confir- 31. Interrogati post hæc à nobis aduersa-
 matiõis Sa- rij : cur impositionem manuum, quæ in
 cra. Mar. 6. Confirmationis Sacramento, ab Apосто-
 Actor, 8. 19. lis adhibita est, negligent; respondent: ri-
 tum esse personalem, solis demandatum
 Apostolis, qui in exemplum trahi nõ pos-
 sit. Debuerunt autem probare, tum quòd
 personalis fuerit ritus, tum quæ scriptura,
 quodque Concilium prohibuerit, ne in
 exemplum traheretur. At cum nescirent,
 conuitijs responsionem ornāt, ac finiunt;
 quæ pudet recensere.

De Confes-
 sione auri-
 culari.

32. Ad script. S. exempla de auriculari
 confessione, Matth. 3. Actor. 19. respon-
 dent, intelligenda esse de Cõfessione pub-
 lica. Quod nos quidem, obseruata distin-
 ctione, non negamus. Quippe confessio
 aliqua generalis est & publica, siue com-
 munis; quæ quotidie fit, cum domi, tum
 in Ecclesia. Sed est & altera priuata; cuius
 tum in Actis, tum Iacob. 5. fit mentio: quæ
 admodum peculiaris quoque Absolutionis
 potestas, Apostolis tradita est. Ioan. 21.
 Nam quis sanæ mentis credat: vnquã fuis-
 se morem, aut introduci debere; vt quiq;
 sua peccata, occultè admissa; publicè, au-
 dientibus aliis, detegant & accusent? Præ-
 fertim

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

fertim cùm cõstet, Sacerdotem ab officio deponi, si confessionis secreta reuelet.

De Pœnit. dist. 6. cap. Sacerdos.

33. Riturũ vnctiõnis infirmorum, ex Mar.

De Extrema Vnctiõne.

6. & Iacob. 5. ipsis obiectum; inter Cærimonias personales; vt paulò antè de ministerio Ecclesiæ, & de Confirmatione admonuimus; collocant. Sed cùm rationem ignorèt, cur hæc & similia; annos plus mille quingétos, in tota Ecclesia religiosè obseruata; ab iniquissimo demùm Luthero abrogari debuerint, ad calumnias deflectunt: effectumq; vnctiõnis huius scurriliter, anteaquàm intelligant, eludunt.

34. Nolunt Virginitatẽ, antepone- re Matrimonio; abutentes D. August. sententiã, qui dixerit: Non est impar meritum Cõtinentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias; & in Abraham, qui genuit filios. Neque enim D. August. hinc de omnibus tẽporibus locutus est; propterea adiecit, Pro distributione temporũ. Aliquando nempe sterilitas, nota erat infamiæ: sed nũc virtuti tribuitur. Psal. 112. Sap. 3. Esa.

De Virginitate. August. de bono coniugali, cap. 21.

54. & 56. 1. Cor. 7. Matth. 19. Consulatur locus Esaiæ de Eunuchis, & eorum gloria.

Miror autẽ istos in Augustino legere Col- lationem hanc; & non legere etiam, quod

1. Reg. 2. Deut. 7. Luc. 1.

Obserua, quo conatu, quaque fide aduersarij Patrũ legãt scripta.

Ioui-

DEFENSIO APOLOGIÆ

Vide Hierō.
ad Sabima-
num, de vir-
ginibus in
Ægypto.
&c.

Iouiniani asserat esse hæresin: Sacratæ vir-
ginitati nuptias coæquare. Lege eundem
de ciuit. Dei, lib. 15. cap. 26. de sancta Vir-
ginitate, cap. 44. de Eccles. dogmatib. cap.
68. vbi siue ab ipso, siue à Germadio Virgi-
nitati adscribitur fructus centesimus nu-
ptiis tricesimus. Cætera infrà, in Appèdi-
ce de Votis Monasticis, adiiciemus. Quòd
autem se noui quippiam inuenisse iactitâr,
profitentes: in iustificatione coram Deo;
quâ ex impio fit iustus; nec coniugij, ne-
que virginittatis discretionem haberi; ad-
modum iuuenilem eruditionem sapit. Est
namq; alia consideratio horum, ante vo-
cationem; alia cum Christo militant: ve-
lut ex modò citatis, satis liquet. Quin &
apud Gentiles, maior honor Virginibus
delatus est, quàm nuptis.

De Matri-
monio.

35. Nolunt prætereà confiteri, Matrimo-
nium Sacramentum esse. Idcirco locum
Ephes. 5. de solis Christi & Ecclesiæ nup-
tiis accipiunt, Prop. 27. At contrà: Si in
Matrimonio Signum quodpiam est, rei
alterius sacræ: ipsumque peculiari qua-
piam gratia donatum est; Sacramentum
vtique, ex definitione, erit. Nunc autem
exterior copulatio Viri & Mulieris; signū
est

Confule D.
Aug. de bo-
no coniuga-
li, cap. 7. 15.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

est spiritualium istarum nuptiarum: quamdamque gratiam coniuges accipiunt; ut se, & ament mutuùm, & fidem seruent, & filios in omni castitate procreent; aliò- qui spurij essent, & ipsi adulteri. Proinde, quòd aduersari cauillantur: non ita pridem in numerum Sacramentorù relatum esse: infrà de numero Septenario Sacram. retundemus.

De S. Virginitate, c. 12.
de Gen. ad literam, li. 9.
cap. 7.

36. Etiamnum contra scripturam, Sanctos probrosè mortuos compellant; abutentes, cù Script. Ioan. 5. 1. Cor. 15. Apoc. 14. tùm D. August. de ciuit. Dei, lib. 22. cap. 10. testimoniis. Quippe illi de corporum duntaxat morte locuti sunt; quod nemo nostrùm vnquam negauit. Sed cùm spiritus eorum viuere, nemo non confiteatur; miror istorum cæcitatem, ut non animaduertant: aut obstinationem, quòd nolint fateri. Nonne Saluator apertè testatur? Non est DEVS Mortuorum, sed viuorum: & Sap. 3. Iustorù animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormétum mortis: Visi sunt Oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Nonne Apoc. 14. Centum & quadrag. quatuor millia canticù cantant: & sequuntur agnum quòcunq; ierit? Virgines

Quòd Sæcè viuant.

Marc. 12.
Adde Sap. 5
Psal. 21. 44.
141.
1. Thef. 5.

gines enim sunt. Itaque viuunt. Adhæc D. August. expressè, loco citato, in hæc verba distinguit: Nos Martyribus nostris, non templa, sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum Spiritus viuunt, fabricamus &c. Si verò nobiscum id nolentes, volentesue aduersarij conuicti credunt: cessent calumniari, nos mortuos inuocare & venerari.

De his quæ aduersarij, nullo Scr. sacre testimonio predicant.

An Luth. Helias fuerit tertius. Matth. 11.

37. Cùm isti nihil admittant, nisi quod scrip. S. testimoniis confirmetur; rogauit qua Scrip. ostendant Luth. hæresiarcham, esse tertium Heliam. Respondent prop. 29. quia in ipso impletum est, quod Angelus de Baptista prædixit, quòd in spiritu & virtute Helix Christum præcesserit. En Rhodus, en saltus. Sed cùm Helix virtus de Baptista, propter duo prædicetur; quæ sunt officium præcursoris, & austeritas vitæ; videamus an eadem Luth. conueniant. Præcursor Christi esse non potuit, qui prior ipso venit, non venturus est; Veniet autem Antichristus: huius ergo Lutherus præcursor fuit. Deinde quanta abstinentiâ, castitate, vitæque austeritate Heliam Luth. infectatus sit; nôrunt omnes. Vt verò sui sunt, istius Patroni virtutem, factio decla-

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

deklararent; gloriatur totum Papatum, ab eo prostratū, & occisum. Sed benè habet, quia adhuc valemus, & viuimus.

38. Negant se suas Confessiones variare, prop. 30. sed explicare. Id ore quidem negant, factis autem plus satis affirmant: vt liquet ex collatione Augustanę confessionis, & eiusdem Apologia. Notæ etiam sunt querelæ Maioris in Orat. de confessionibus dogmatum: Selnecceri in Psalm. 43. Galli in hypothesib. fol. vlt. Neque absurdè, quamuis dolenter, de istorum dissensione iocatus quidam, annis superioribus; cum interrogatus esset, cur non haberentur septem Sacramenta in Lutheranicis Ecclesiis; imò haberi septem respondit, & duo insuper. VVittebergæ enim esse quatuor, Lipsiæ tria, duo Magdeburgi; quæ in numerum collecta, nouem efficiant. Nouimus etiam, in plærisque locis, à Magistratu Politico præscribi, quid Concionatores doceant: adeò sunt ad dissensiones propensi: nec mirum, quia ab vnitæte, & veritate defecerunt.

39. Ampliùs præter, & contra script. fingunt, Euangelium, à Luthero, è tenebris erutum: quoniam meritū Christi, fuerit

De Lutherani inconstantia, & Sectis.

Legant Iacobi Smidolini librum 33. concionū. Tō. 1. Epist. Philip. Melan. Anno etc. 70. fol. 3 Staph. in defensione Trimemb. Th. contra Phil. Melan. cætera ex ppositi, sup. 24.

...

An Luth. Euāgelium è tenebris produxerit in lucem.

DEFENSIO APOLOGIÆ

humanis traditionibus obscuratū à Pontificiis, quod ipse inde liberauerit. Sed quis nugas hasce non rideat? Mundus Christianus fuit annis mille quingētis; & vim meriti Christi ignorauit? sine Euāgelio vixit? sine Ecclesia, sine Scripturæ sacræ germana interpretatione, sine legitimo Sacramentorū vsu profecit? Propterea cōfidenter, & verissimè contestamur: istos, nec vim meriti Christi, neque rationem eius participandī vnquā didicisse. Quòd autem glorientur, quendam ex suis vltra sexcentas opiniones hæreticas, quæ in Ecclesiam, per Pontificios irrepsent, elimināsse, traduxisse; ipsosque pariter eas anathematizasse; nihil nos mouet. Nempe auctoritas eorum, & anathema tanti non fit, vt viros prudentes offendat: Præsertim cū, quod lubet, de nobis cōfingant. Propterea nolumus cōmemorare, quot mendacia ex vnus Luth. scriptis Diëtēbergerus collegerit: hoc autem manifestum viris Theologis est omnibus; Totam Theologiam Lutheri & suorū, aliud nihil habere, quā nostrorum articulorum negationes. Ex meris itaque nugis, & mendaciis constructa est; exceptis iis, quæ negare

In Cōfutat.
Luth. de vo-
cis & Con-
fession.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

gare nõ potuerunt; nisi fidem prorsus voluissent abnegare. Cuius rei testes sunt, tot editi contra Theologiam istam libri.

40. Nolunt hîc quoq; cõfiteri, propof. 31.

Lutherum damnatas olim hæreses reuocasse, seque tueri easdem. Sed miserè cæcutiunt, ac decipiuntur. Colligatur ergò ex Epiphanio, & D. August. vel ex recentiore Alfonso Castrensi; quæ fuerint prisca hæreses. Romanæ Ecclesiæ detrahebant Donatistæ: Constantius Arrianus nihil acceptabat, quod non contineretur expressè in Scripturis: Nestoriani Patribus illud debant: lidem, Arriani, Nouatiani, VValdenses, & alij omnes contempserunt Cõcilia; calumniati sunt Rom. Pontificis Primatum. Solam fidem tradiderunt Eunomiani, & Aëriani: Simon Magus negauit fructum operum bonorum; sed & noxia æstimauit ad salutem. Confirmationis Sacramentum negârunt Audaciani, VValdensens, Donatistæ, & Nouatiani. Hæc omnia asseruit Lutherus: qui & plæraque alia (quæ commemorare longum esset) cum ab iisdem, tum ab aliis hæreticis mutuatus est. Ergò damnatas olim hæreses suscitauit: easque Sui etiamnum defen-

Damnatas hæreses Lutherus defendere coepit.

DEFENSIO APOLOGIÆ

dunt. Vide citatos, & Inquisitio. Ederi
Tab. 13.

De fide spe-
ciali, siue va-
na fiducia.

Matth. 28.
Rom. 4. &
passim ubi
de remissione
peccatorum,
& salute fi-
dei agitur.

Sess. 6. ca. 9.
Can. 13.

41. Fidem specialem, quam vocant, siue præsumptionem perniciosam, beatitudinis certissimò consequendæ; docuimus, non tantum præter, sed & contra script. doceri. Isti è contrario respondent, lo-
cosque Scripturæ obijciunt, in quibus de certitudine fidei, & acceptæ per Christum gratiæ, fit sermo; hoc est, de fundamento iustificationis; non de gratia, & meritis, quæ ad perfectionem iustitiæ, atq; ad consequendam gloriam requiruntur; vt infra de valore operum ostendemus. Discât ergo distinguere primùm in gradibus gratiæ: deindè inter Deum promittentem, & nostram, ad recipiendam gratiam, dispositionem: tertio inter certitudinem fidei, probabilitatis, & euentiæ: quartò inter eos, qui ex speciali reuelatione certitudinem habuerunt, & alios, qui solam spem habent, in timore casto. Quæ cum ignorant; impudentissimè Tridentini Concilij Canonem accusant, reijciunt, damnât. Vide defensionem Concilij contra Mart. Chemnitium;

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

42. Audiamus ergò, quam interpretata- De eadem,
 tionem locorum Script. Sa. à nobis obie-
 ctorum, afferant. Primò tradunt Sapien-
 tem, Prou. 28. cùm ait: Beatus, qui sem-
 per est pavidus: non de seruili timore, sed
 filiali locutum. Et quis hoc negat? Vnde
 quòd subsumunt: Pontificiam increduli-
 tatem · timorem seruilem, & desperatio-
 nem introducere; apertissimum, impu-
 dentissimumque mendacium est. Testor
 omnium Catholicorum conscientias: &
 citatum modò Concilij Canonem. Alte-
 rum deinde locum Ecclesiast. 9. qui ha-
 bet: Nescit homo, vtrùm amore, an odio
 dignus sit; exponunt: ex euentu rerù ex-
 ternarum, nò posse fieri iudicium de gra-
 tia, & odio Dei erga nos; fide autem pos-
 se. Sed conferamus interpretationem,
 cum textu. Sapiens dicit: Omnia seruari Eccles. 9.
 in futurum incerta. Perpende omnia, in
 futurum, incerta. Nullo ergò modo que-
 unt cognosci; nisi Deus peculiariter re-
 uelet: quod Paulo Apostolo, & quibusdã
 aliis præstitit, non omnibus. Qui etiam
 Paulus, sublata reuelatione, iudicium Dei
 quasi deprecatur; inquit: Nihil mihi cõ- 1. Cor. 4.
 sciens sum; sed non in hoc iustificatus sum.

DEFENSIO APOLOGIÆ.

Quem isti locum accipiunt, de iustitia operum, ob quam sibi Apostolus timuerit: fide autem fuerit certus. Quasi Apostolus, de tota sua cōuersatione, & ministerio lotus non sit, sed de operibus Legis duntaxat? quasiq; inter Christianos adhuc de iustitia operum Legis disputetur? & non potiùs de moribus, & vita Christianorum? Et quasi aliquis de sua salute certus sit, & certus nō sit? Qui reuelatione certus redditus non est, de sua salute: nec fide, neque operibus certitudinem habere potest; sed spem bonam, si benè fecerit. Dicant ergò: Si opera, dubitationem afferunt in iudicio consequendæ beatitudinis: Cur Petrus iubeat; vt per bona opera, Certam nostram vocationē faciamus? Et Paulus; vt cum timore & tremore salutem nostram operemur? non dicit præsumptuosè, credamus. Qui stat, videat ne cadat. Sperare ergò Ecclesia, suos iubet filios; si benè faciant; nō præsumere: Sin male; timere suppliciū. Adhuc isti obiiciunt: peccator scire debet, & potest; se odio Dei dignū: ergo & iustus se dignum sciet gratiâ. Negamus consequentiam: non enim vtrinq; eadem est causa certitudinis. Peccatum

2. Pet. 1.

Philip. 2.

1. Cor. 10.

DE ADORAT. DE EIVS SPECIEB.

catum à nobis est: ideò scitur; gratia ve-
rò in manu Dei occulta; quam, cui vult,
largitur. Sed de his instituto huic plus sa-
tis.

43. Lubet hîc aliqua de corruptissimis Vt hæreticâ
Prisci, & No-
ni, Scripturâ,
tractent,
hæreticorum istorum referre moribus.
Primùm quidem Scripturæ, pariter & S. S.
Patrum libros aliquos, in totum abiiciūt:
deinde quos retinent, nunc translatione,
nunc interpretatione deprauant; vt sem-
per habeant quod obiiciant. Vanum itaq;
est, solis Scriptur. oraculis, sine auctori-
tate Ecclesiæ, cum ipsis contendere. Augu-
stinus contra Iulianum Pelag. lib. 2. Idem
contra Faustum, libro 3 2. cap. 19. Epi-
phanus & Irenæus, suprâ citati, propo-
sit. 18. & 19.

44. Obiecimus istis porrò: quænam Scri-
ptura Sanctorum inuocationem prohibe-
ret atq; damnaret? Respondent; Primum
Decalogi præceptum: Non habebis Deos
alienos. Eia quàm doctè. Nunquid nos Analicubi
SS. inuoca-
tio phibeat-
tur.
Sanctos inuocamus, vt Deos? & non po-
tius, vt Dei amicos; quos ipse etiam Deos
appellare dignatus est; nota phrasi: Ego Exod. 20.
Psal. 81.
dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. De-
inde, quis audet Sanctos, cum gentilitiis

Diis, & Idolis; quorum ibi Scriptura meminit; comparare? Vah blasphemiam. Ceterum quia facilè cogitabant, non prohiberi ibi Sanctorum inuocatione, quam nos profiteamur; adscriptum Verbum appellant: sed responsum est sæpè, bifariam aliquid in Scripturis contineri. Vide supra propf. 2. & infra 57. & c. tū in Peroratione.

De tempore
cōmunican-
di Eucharis.

45. Ritus dispensandi cœnam Dominicam, horis matutinis; quia in Scriptura non inueniunt, docent esse adiaphorum. At Scriptura hoc non dicit: Ex Traditione ergò didicimus. Sciendum tamen adiaphora non esse, quæ Ecclesia, perpetuo ritu, censet obseruanda: nisi eadem, ob causas vrgentes, immutanda definierit.

De diebus
festis.

46. Ita nihil præcipitur in Script. de die Dominico, & aliis festis; tamen & illi, & nos obseruamus. Respondent ergo, Dominicæ diei mentionem fieri in Scriptu. Deinde verò concedunt, vt Ecclesia dies constituat, quibus res sacræ ab omnibus pariter peragantur: cōcedunt ergo Traditionem. Sua verò libertate vti volūt, vt sint sine Magistratu legitimo. Valeant ergo: nos, Apostolo iubete, libèter parebimus. Plura infra proposit. 100.

Rom. 13.
Hebr. 13.

47. Quòd

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

47. Quòd rogauimus, quæ Script. ipsos doceat nunquam ieiunare, rarò pœnitere; negatione conantur diluere: affirmantes se plus, Hypocritis omnibus, quos Catholicos appellant, ieiunare. Id vtinam, non dicerent, sed facerent. Et ego non inuidebo ipsis quicquid id boni est operis, quod præstare se dicunt; modò mihi totus mundus, quotidiana experienciâ edoctus, non contradicat. Qui fortè contra obiiciet: ostendant nobis doctrinam suam de ieiuniis & pœnitentiâ; ex operibus suis: & nos per ieiuniorum dies, & confessionis sacramentalis exercitia; nostram de vtroque doctrinam istis testabimur. Scire etiam debent! Aduersarij: nec ieiunia, neque elemosynas, neque orationes; non vigilias, labores, castitatem, tribulationes; non mortem deniq; ipsam, prodesse ipsis aliquid ad salutem posse, nisi in Romana & Catholica vixerint Ecclesia: quemadmodum nec fides aliquid prodest sine charitate. D. Augu. De Bapt. contra Donatistas lib. 4. cap. 14. Item Epist. 167. ad Festum. Et de fide ad Petrum, cap. 39. Rident hîc porrò Aduersarij delectum ciborum, ceu superstitiosum. Sed non didicerunt; hunc &

De ieiuniis,
& delectu
ciborum.

Vide Con-
cion. 5. Smi
delini de
Planetis.

Iacob. 2.

1. Cor. 13.

DEFENSIO APOLOGIÆ

Nicephor. Apostoli Pauli temporibus, & inde in Ec-
 li. 12 ca. 34. clesia semper obseruatum fuisse. Vt tùm
 li. 10. ca. 12. ex Rom. 14. Colligitur; tùm Canones te-
 Eccles. hist. stantur Apostolici; tùm D. August. asserit
 Canon. 50. de hæresibus hæresi 82. Item contra Faust.
 Vide Cano. 14. Cõcilij AnCyrani. lib. 30. cap. 5. De moribus Manichæorum
 lib. 2. cap. 14. In Euang. Ioan. Tract. 73. De
 abusibus horum temporum, non est no-
 strum respondere. Vnusquisq; onus suum
 portabit.

De nostra Satisfactio-
 ne, 48. Opera deinde Satisfactionis, quæ ad
 tertiam pœnitentiæ partem pertinent suo
 more ex ignorata distinctione, reiiciunt,
 & damnant: vt quæ meritum Christi eua-
 cuent. Sed isti neq; sciunt quomodò Chri-
 stus, pro nobis satisfecerit; quidque vicif-
 sim nos præstare oporteat, vt eius satisfac-
 tionis efficiamur participes: neque quo-
 modò peccata; quæ post acceptam gene-
 ralem remissionem in Baptismo, admit-
 timus; oporteat expiare. Propterea, cum
 pariter diceremus: ipsos nemini posse re-
 missionem peccatorum impertiri; nihil,
 vt in plærisque aliis, respondent. De cæ-
 teris infra, in appendice, de votis mona-
 sticis.

De

*De Hystoriographorum
auctoritate.*

49. In Confutatione disputationis istorum prioris, cum brevis esse volui, & non omnes nugas recensere seorsim; ne lectori fastidium conciliarem: factum est, ut quod Eusebius de Papia recenset; calamo citato scripserim istos, in Eusebium euomuisse. Quod hic propo. 39. satis exaggerant; velut studiosè de ipsis mentiri voluerim. At nihil eos iuuat; cum immediatè præcedenti proposi. 82. Eusebium censeant idoneum Christi testem esse non potuisse: at Eusebius multa narrat de Christo, & eius Ecclesia: istis ergo non idonea, sed falsa, & incognita narrat. Adhæc miror, quid iuuet errorem ipsorum, si negent Eusebium, de gestis Christi non idoneè testari potuisse? nunquid ideo etiam de Apostolorum, eorumque ordine succedentium discipulorum, Episcoporum, adeoq; de totius primitiæ Ecclesiæ, ad sua vsq; tempora (partim ex fide dignis aliorum scriptis; partim ex his, quæ ipse spectauit, aut ab aliis, qui interfuerunt, certissimò cognouit) rebus gestis,

De Eusebij
auctoritate.

DEFENSIO APOLOGIÆ

Vide libel-
lum Conr.
Bruni cōtra
Magd, histo-
riam,

gestis, idoneè testificari non potuit? Et si non potuit; quia posterior: quis credat, potuisse id præstare Magdeburgenses; annos nondum natos triginta?

50. Sed vt ostenderent, priscos Historiographos falli etiam potuisse; vnicum afferunt exemplum de Martyrio S. Bartholomæi Apostoli; quod aliter describit Nicephorus, aliter Sabellicus. Sed quid hoc facit ad articulos, de imaginibus, & reliquiis Sanctorum; semper in Ecclesia religiosè habitis, & obseruatis? de quæ miraculis, quæ iuxta ea, nunc in hoc, nunc in alio loco, vt placuit, operatus Deus est? quemadmodum in prima nostra disputatione, de adoratione eiusque speciebus, ex Eusebio, Nicephoro, Hieronymo, Augustino, Gregorio, cæterisque priscis, & recentioribus scriptoribus Ecclesiasticis annotauimus: quæ isti, vt solent, surda aure prætereunt, ne dicam inuidiosè dissimulant, & supprimunt.

De SS. Patrum auctoritate.

51. Monui in Apologia, vt persuaderent nobis Aduersarij; se esse omnibus Sanctis Patribus doctiores; ipsosque Patres scripturas

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

pturas nō legisse, nec intellexisse: Ad quod tantū respondent, proposi. 41. Audientes quidem Patres esse, si cum, & secundum scripturas loquantur: at præcellere auctoritatem scripturæ. Esto. Sed dicant, ^{Al, aut ne-} Patres non legisse script. neque intellexisse; quod tametsi præceptores ipsorum sapius; stygio furore perciti, proclamârint; hi tamen aliquantulum erubescunt. Verius ergo dicimus nos: non Luther. neque quenquam alium, qui ab Ecclesia Rom. & Catholica defecit, audiendum esse: quia scripturæ sensum germanum ignorant; & contrarium, hereticumque contrâ obtrudunt. Quippe priuatorum non est de scriptura, & eius sensu iudicare; sed Ecclesiæ, legitimè in Domino congregatæ, vt suprâ de interpretatione script. proposit. 19. Et infrâ prop. 108.

52. Facta censura iniqua de SS. Patribus, ^{De Cōciliis & cęlibatu.} conuertunt isti se ad Conciliorum auctoritatem: eaq; errare posse, persuadere nobis volunt, exemplo Nicæni istius magnificentissimi 318. Episcoporum; in quo cęlibatum sacerdotum, verbo Dei damnatum (vt isti loquuntur) cū cæteri introducere vellent, solus restitit Paphnutius. Optimè

DEFENSIO APOLOGIÆ

Vide vt Ad
uersarij Cō-
cilia citent.

Optimè ergo Concilium, aiunt, errauit. Verùm audiamus, quanta impudentiâ, perfidiaque memorati Concilij gesta deprauent. Primùm quidem, nondum lata lex erat in Concilio de Cœlibatu; sed consultabatur inter Patres: nihil ergo erroris adhuc erat admissum. Deinde non de Cœlibatu in genere agebatur; sed an hi, qui ante initum sacrum Magistratum, vxores duxissent; de cætero cum eisdem non concumberēt. Sunt ergo hæc verba, quæ Paphnutius consultationi subiecit, ex Niceph. lib. 8. cap. 19. Quapropter, pro eo atque antiquitùs seruari solitum est, deinceps quoque obtinere oportet; vt qui sacerdotalem dignitatem susceperint cœlibes, postea quoque à coniugio abstineant: qui verò vxore ducta, in ordinem sacrum cooptati sint, vt à coniugibus suis non separentur. Ex his quoque alterum aduersariorum mendacium detegitur, qui cœlibatum censent Syricij demum temporibus introductum; cùm loco citato Paphnutius testetur, antiquitùs obseruari solitum. Præterea dist. 28. Can. Presbyteris, confirmatio iam dudum obseruati cœlibatùs ad Calixtum refertur, qui vixit anno 214. Syricius verò anno

Intèdè ocu-
los, & arri-
ge aures ad-
uersarie.

DE ADORAT. ET EIUS SPECIEB.

anno demum 384. Vide Epiphan. contra hæres. Catharorum li. 2. hæres. 59. Totum deinde librum F. Michaëlis Medinæ, de continentia præscorum. Vide 25. Canon. Apostolorum. Rogati præterea Aduersarij, potueritne Lutherus, cæteri quæ errare? nihil respondent. Cætera in sequentibus adiiciemus.

De Scholasticis Theologis.

53. Cùm isti in priori disputatione, Scholæ Theologos facem probrosè appellâssent; rogauimus: quidnam in scripturis legerent, à Scholasticis Theologis non obseruatum? Respondent hic propof. 43. se solam Fidem, & imputatiuam iustitiam, in scripturis legere; quæ nostri non vident. Raræ profectò eruditionis argumenta. de quibus partim suprâ prop. 27. partim infrâ prop. 80. &c. respondebimus: interea patienter sustineant.

54. Ibidem rogabamus, vt aliquam è D. Thoma propositionem afferrent, quam ipse non satis eruditè probârit. Afferunt ergo hanc: quòd actus charitatis quilibet, meretur absolutè vitam æternam. Quæ in responsione, mirari satis non possum istorum tergiversationem, ac fraudulentiam; quod

DEFENSIO APOLOGIÆ

Prim. Sec. quod cùm D. Thomas in Summa sua amplius tribus millibus propositionum, iusta methodo, & ex professo tractârit; eam tantùm afferant, cuius perfunctoriè duntaxat meminit in solutione alterius argumenti. Deinde iniquè accusant D. Thom. ac si id, sine ratione valida affirmârit. Iniquiùs etiam auctorem Rationalis diuinorum officiorum; qui certè vna in pagina plus eruditionis præstitit, quàm istorum tota contineat Theologia. Rectè ergo dictum est: Scientiam nõ habere inimicum, nisi ignorantem.

q. 114. art. 2. ad 3. arg.

Vide Bonan. 1. sent. dist. 17. & interpretes. 1. Ioan. 4.

Vide suprà prop. 18.

Respondeant suprà citatæ defensionis de Ecclesia militante,

Hoc loci responsionem suam, ad primam Apologiæ nostræ partem, cõcludunt: coaceruantes ex Tertulliano, & Basilio sententias, quibus hereticos accusant, scripturæ auctoritati detrahentes: easque in nos inuidiosè & mendacissimè detorquent. Ostendant verò, quis Catholicorum, vllum Sacræ scripturæ aut librum, aut caput, aut versum negârit? negant verò omnes, & meritò: non esse germanũ script. sensum, quem cùm prisci, tum hodierni hæretici, Ecclesiæ volunt obtrudere; sed quem ipsa, instinctu Spiritus sancti, suis tradit fidelibus.

DE-

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

DEFENSIO SECUNDAE
PARTIS APOLOGIÆ,
DE ABSURDIS, QUÆ
istis obiecimur.

55. Posse Christianos in omni loco ora-
re, concedunt. Peregrinationes verò ad
certa aliqua loca, superstitionis, & stultitię
accusant. Cumquę quæsissem, vt rationem
dicerent: Cur Deus in illo potiùs, quàm in
alio loco signa ederet? negant à DEO ea
fieri. Quam ego blasphemiam in Deum &
sanctos, ampliùs exaggerare nolo. Lubet
tamen D. August. de his sententiam subii-
cere. Vbique quidem Deus est, ait, & nullo
continetur vel includitur loco, qui con-
didit omnia; & eum à veris adoratoribus,
in spiritu, & veritate oportet adorari, vt in
occulto exaudiens, in occulto etiam iusti-
ficet, & coronet. Veruntamen ad ista, quæ
hominibus visibiliter nota sunt: quis po-
test eius consilium perscrutari; quare in
aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non
fiant? Lege ibidem exempla, quæ subiecit.
Eundem præterea de ciuitate Dei lib. 22.
cap. 8. De cura pro mortuis, cap. 2. Nice-
phorum,

De peregrinationibus.

Respondit
Roffensis
libr. 1. cont.
Oecolamp.
Aug. Epist.
37. ad cle-
rum & po-
pulu Hip-
ponensem.

DEFENSIO APOLOGIÆ

phorum, Eusebium, cæterosq; in fine disputat. nostræ de adoratione, citatos. Vide Gabr. in Canon. Lect. 32. N. & c.

De salutatione Angelica,

56. Absurdum diximus esse, salutationem angelicam reiicere; tametsi, vt ab Angelo recitata est, precationis non habeat formulam. Ipsi contrà proposi. 46. & 47. tùm adiectam clausulam Concil. Trident. tùm vniuersa Rosaria, Psalteria, Inuocatione, & Titulos; honoris ergô Deiparę Virgini tributos, scurriliter derident; rursusq; confundunt, quæ iussimus, vt doctè discernent seiungere, & in suum quodq; reiicere locum. In 48. mox prop. respondent, esse preces satis multas in Bibliis descriptas, quas liceat, oporteatq; repetere: Cæteras ergo procul abiiciendas esse. Verùm de omnibus his, infrà in peroratione, vt postulant, collectim respondebimus. Interea sciant pij Catholici; crebram retinendam esse salutationis angelicę repetitionem; tùm ob memoriam annuntiati humano generi redemptoris; tùm ad laudandã eam, ore Angelico, quę omni laude dignissima est; tùm vt eidem hoc conatu commendatores effecti, mereamur eius intercessione audentiùs ad orandũ Deum accesse-

Lucæ 1.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

accedere; attestantibus id ipsum omnibus piis, & deuotis Christianorum conscientis. Vide propos. mox sequentes.

57. Pari deinceps inscitia, absurdam collectionem hanc in priori disputatione sua sæpius repetitam. (Vnus est mediator Dei & hominum Christus: ergo sancti nõ sunt inuocandi) toto syllogismo hinc palliare nituntur. In cuius syllogismi propos. minore, absurditatem assumunt eandem: scilicet sanctorum inuocationem, obscurare meritum Christi, & tollere. Quam cum nos negaturos præuiderent, coaceruant testimonia, de vnico mediatore Christo. E quibus, quia liquet ipsos ignorare, quæ inter meritum Christi, & sanctorum, differentia sit; quam Ecclesia hætenus docuit, & nos vsq; profiteamur; monemus iterum, ut eam discant; inde, si volent, reprehendant. Vide sequentia.

58. Tamen, ut se aliquid intelligere ostentarent: locum Pauli, de passionibus suis, pro Ecclesia, ad solū patientiæ exemplum contorquent: quemadmodum & alios 2. Cor. 8. Matth. 11. Iacob. 5. Luc. 16. ad solum referunt ministerium. Respondemus, referri ista, quæ in citatis locis leguntur, eõ

De meritis
sanctorum.

Coloss. 1.

DEFENSIO APOLOGIÆ

quoq; debere: at non solum. Primò nam-
 que, vt nos passionis Christi efficiamur
 participes; nò solum credere oportet, sed
 & pati. Philip. 1. 2. Tim. 2. Rom. 8. 1. Petr. 2.
 Propterea Apostolus dixit, se adimplere
 ea quæ defunt passionum Christi. In carne
 sua: hoc est: primùm pro seipso; vt etiam
 testatur. 1. Corinth. 9. deinde pro Ecclesia.
 Propterea impudentissimè mentiuntur:
 nos per merita Sanctorum, excluso meri-
 to Christi, salutem quærere, & vitam æter-
 nam. Scimus enim Christum, esse causam
 generalem meritoriam, & sufficientem
 nostræ salutis: at non omnes sufficientiæ
 huius efficientiam in se recipere, quia di-
 spositione legitima destituantur. Quam
 dispositionem Aduersarij quidem in sola
 fide imperitè & contra script. nos verò in
 fide, & operibus; vt infrà de valore ope-
 rum docebimus, prop. 82. collocatam re-
 ctissimè censemus. Cumque nostra opera,
 ad dispositionem persæpè insufficiëntia sint,
 confugimus ad cœlestis Ecclesiæ interces-
 sionem; vt nostra inopia, illius copiâ sup-
 pleatur. Aliò qui quid attinet amicos con-
 ciliare, ex iniquo mammona; vt recipiant
 nos in æterna tabernacula; si solâ fides ad
 dispo-

2. Cor. 8.

Luc. 16.

DE ADORAT. ET EIUS SPECIES.

dispositionem istam sufficit? Qui hæc nondum intelligit, legat D. August. quæst. super Exod. li. 2. quæst. 149. cont. Faustum Manichæum, lib. 20. ca. 21. lib. 1. meditat. ca. 20. Cætera suprâ, & in sequent.

59. Cùm negare isti nequeant, Sanctos in terris agentes, rectè honorari, & inuocari: adhuc tamen pristinam absurditatem maluerunt repetere, de Sanctis mortuis; quàm crederent Hieron. aduersus Vigilantium, cauillationem hanc satis prolixè, & sufficienter retudenti. Sed quia aliqua legunt in Can. Gabr. Biel, repetant etiâ lecti. 30. & 31. eiusdè: inde intelligēt, quomodò Sancti in cælis, preces nostras exaudiant; quantumq; prodesse nobis possit eorundem pro nobis intercessio. Huic deinde, si discere nolunt, contradicant, non mihi: aut reprehendant Moysen orantem: Recordare, Domine, Abraham, Isaac, & Iacob &c. Exod. 32.

60. Dixi in Apologia, absurdam esse collectione: Pontificij Sanctos inuocant: ideo in eos credunt. Isti verò hinc eam excusare molientes, duplo absurdiorẽ admittunt. Nimirum his verbis: si mortuum, rebus uiuentium exemptum, inuoco; tribuo illi

De SS. In-
uocatione.

Vt Sancti
preces no-
stras au-
diant.

DEFENSIO APOLOGIÆ

omnipotentiam. Quasi verò, si Sanctos cōfiteamur omnia in Verbo cognoscere, modo suo; protinus omnipotentes oporteat confiteri? Discant primò omniscientiam, ab omnipotentia discernere: deinde scientiam naturalem, ab ea, quæ est in intuitione diuinæ essentiæ. Nōne homines erant Prophetæ, in vno loco constituti? Cognoscebant tamen, quid fieret in locis aliis, quæq; essent futura. Nōne gaudium in cœlis est, super vno peccatore pœnitentiam agente? Quis illis hoc annunciat? Respondeat aduersarius. At quia in sua id Theologia non inueniet; iam antea ipsum labore leuauit: citatis ex Gabriele locis, vnde extra controuersiam id, & plurima alia commodè poterit addiscere. Addat & D. Aug. de cognitione veræ vitæ, c. 39. ibid. 9. De cura pro mortuis, ca. 15. & 16.

4. Reg. 5.
Esaï.
Hiere. & c.
Lucæ 15.

Rectè SS. 61. Nolunt adhuc cōfiteri, rectè nos preces nostras, sanctis pariter & Angelis commendare: atque, vt loquimur, offerre; vt eas, vnà cum suis, pro nobis, Deo offerant. Quapropter locum Apoc. 5. à nobis obiectum; de 24. senioribus, qui Phyalas coram agno tenent, plenas odorem, quæ sunt orationes sanctorum; isti ad ministrant.

preces nostras commendamus.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

nisterium Doctorum in Ecclesia accom-
modant. Quod licet & nostri tradant in-
terpretes; pueriliter tamē isti negant, pos-
se quoq; ad cœlestem Hierusalem referri.
Aliô qui non dixisset Raphaël Archange- Tob. 12.
lus, ad Tobiam: Quando orabas cum la-
chrimis, & sepeliebas mortuos, &c. ego
obtuli orationem tuam Domino. Nec D. D. August.
August. locum Psalm. 21. Annunciabitur Epist. 120.
Domino generatio ventura: his fuisset ver- ca. 29.
bis interpretatus. Quod non sic accipien-
dum est, inquit, tanquam nesciēti aliquid
annunciatur, vt sciat: sed sicut annunciant
Angeli: non solū nobis beneficia DEI,
verumetiam illi preces nostras. Nec eō-
dem allusisset epist. 121. cap. 9. Item libr. 2.
meditationum, cap. 3. Vide Gabr. in Can.
Lect. 55. R. Et locum Apoc. 8. Ascendit fu-
mus aromatum, de manu Angeli. Deinde
discant, quodnam sit Angelorum ad ho-
mines ministerium, Hebr. 1.

62. Adorationem in species à Theologis De speciebus
traditas distingui, etiamnum negāt, prop. adoratiōis.
55. Propterea nouam confixerunt distin-
ctionem, Theologis hactenus inauditam:
scilicet, vt alia sit Politica, alia Theologica.
Concedamus tamen, vt pro Theologica
adoratione, sola capiatur Latria: pro Poli-
tica;

DEFENSIO APOLOGIÆ

tica; Dulia, & Hyperdulia. Et ita falsissimè nos accusant, quòd Deiparam Virginem, Sanctos, & eorum coniuncta, cæteraquæ adoremus, adoratione Theologica. Verù, cùm omnis honor, qui creaturæ defertur; propter, siue, vt Theologi loquuntur, in ordine ad Deum, eidem deferatur, inque eundem vltimò transeat; non tantùm nouum commétum. ista distinctio est, sed & in Deum iniuria. Quippe vnum principium est, & causa honoris, non duo. Ob id genere vna venerationis; seu adorationis, communiter acceptæ, ratio est: specie autè differunt actus: Si verò adhuc contendere volunt, distingui Venerationem Ciuilem; quæ inter gentes quoque obseruata est; ab altera, quæ Deo, & post eum, Sanctis, atq; inter hos Sanctissimæ Virgini MARIÆ debetur: oportet sanè Theologicam adorationem rursus in dictos tres gradus; propter diuersitatem trium obiectorum, quæ ordine sibi succedunt; & nò ciuili solù, sed & Christiana adoratione, ac veneratione colèda sunt; partiri: nisi cù pueris ignorare, ac desipere magis lubeat. Nā si isti politicā illā, & laruatā venerationē; adorationē etiā vocāt: quid succēsent, si nos species adorationis dicamus Dulia, & hyperdulia?

Vide Gabr. Lect. 49 in Cano. F. & ceteros in disput. prima citatos.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

63. Imaginum vsum Ecclesiis concedūt, modò non adorentur. Miror tamen, quare concedant, cùm eas Idolis gentilitiis annumerent. Dicent ergo; quemadmodùm non erubescunt nugari: nobis idola esse, quia adoremus. Idque, D. Thom. & Gabrielis auctoritate, putant se satis probare: qui doceant, eadē specie adorationis, adorandas esse imagines, quā repræsentatū. Verùm non intelligunt, ridiculi: dictos Theologos, adeò non tribuere æqualem reuerentiam imagini, & repræsentato; vt etiam prohibeant, ne imaginis reuerentia, à repræsentati adoratione seiungatur, sed vna vtriusq; sit per analogiam; quemadmodùm est vestis Cæsareæ, & Cæsaris. Reiectam prætereà à nobis, propter euidentes rationes in Apologia commemoratas, Epistolam Epiphaniij, Hieronymo interprete: rursus statuere conantur auctoritate Erasmi. Quasi verò Erasmus idoneus esse testis possit eorum, quæ Epiphanius, & Hieron. scripserint. Notū est, quanta dexteritate Erasmus scripta Patrū reuiderit. Sed iam ad alia transeamus. Cōsule auctores in Apologia citatos.

De vsu imaginum.

D. Thom. par. 3. qu. 25 art. 3. in resp.
Gab. in Cā. Lect. 50. B. Aduersariorū fraus & inscitia.

64. Quod paulò antè concesserant de vsu

DEFENSIO APOLOGIÆ

imaginum, id propositione mox sequenti
 57. Concilij Elibertini censura; sui velut
 obliti, rursus abnegant. Sed ostendimus
 in Apologia; istos Canonem Elibertinum
 corruptè citare: deinde pueriliter Prouin-
 ciale Concilium hoc, anteferre generali
 Constantinopolitano. Verum obiiciunt;
 illud secundùm Scripturã iudicauit: hoc
 verò nequaquàm. Ipsis scilicet censoribus.
 65. Affingunt nobis, quòd Sanctos confi-
 teamur edere miracula; abutentes vulga-
 ri prouerbio: in nullum credi Sanctorum,
 nisi edat miracula. At non intelligunt, ri-
 diculi, prouerbij sensum per metonymiã
 accipi debere, instrumentum scilicet pro
 efficiente; vt sit sensus. Nullus esse Sanctus
 creditur, nisi per quem Deus miracula o-
 peratur. Nõne miracula, quæ in Actis
 Apostolorum legimus, à Petro & Paulo
 facta dicuntur? sed non creduntur, nisi à
 Deo facta. Miracula enim facere, solius est
 virtutis infinitæ: quapropter nulli creatu-
 ræ congruit. Fiunt autem à Deo, nunc ad
 reliquias Sanctorum, nunc alibi ad ipsorũ
 inuocationem: vt suprã propos. 55. ex D.
 Augustino probauimus: & quotidiana re-
 statur experientia. Valeant, qui credere
 nolunt.

wer sagt
 mehr

De Miracu-
 lis Sanctorũ.

Actor, 19.

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

nolunt. Eadem phrasi & intelligentiâ in-
 uocationem sancti Nicolai, reliquorumq;
 Sanctorum, titulosque adiutorum, opitu-
 latorum &c. ad intercessionis, non ope-
 rationis Patrocinium referimus. Nimirû,
 vt per eos digni efficiamur, quibus meri-
 tum Christi applicetur, præsentia dona, &
 æterna vita donetur. In sequenti mox pro-
 pos. 59. operationem miraculorum, horû
 blasphemio rursus ore, Diabolo adscri-
 bunt: atq; toto conatu omnem calumniâ,
 in Papatum; regnum, vt blasphemât, An-
 tichristi; euomere non reformidant: quin
 etiam notas Antichristi, ab Apostolo de-
 scriptas, in eum ineptissimè censent qua-
 drare. Quod ex tempore durationis satis
 liquet. Consulatur lib. 8. Nicolai Sanderi,
 de visibili Monarchia. Ad calumnias ne-
 mo prudens respondeat.

66. Diximus absurdissimum esse, Sancto-
 rum imagines, cum Gentilitijs conferre:
 cum idolum non habeat similitudinē, seu
 repræsentatum in natura. Id isti rident: sed
 nondum intelligunt, alia fuisse Idola gen-
 tititia fictitiorum Deorum, alia hominum
 mortuorum, alia etiam syderum & iumē-
 torum. Quædã ergo sua habuerunt repræ-
 sentata,

De Imagi-
 nibus.

DEFENSIO APOLOGIÆ

1. Cor. 8.

sentata, quædam verò non. Attamen, cum Gentiles, & imaginem, & repræsentatum honore incongruo afficerent; rectè nihil esse dicuntur idola: quia ipsissima vanitate vaniora. Turpiter itaque nugantur isti, cum & nostras imagines cum gentilitiis conferunt: & colendi rationem vtriusque affingunt eandem. Iudicent pii Christiani.

De scriptis Patrum.

67. Postulauimus in Apologia, ut ostenderent, quæ sint illa multa, quæ in priori Disputatione sua, SS. Patrum scriptis assuta esse asseruerunt. Respondent ergo hic, propos. 61. 62. & 63. subiectis exemplis tribus, aut quatuor: nimirum aliqua Dionysio Areopagitæ, aliqua Clemèti, aliqua de niq; D. Augustino adscripta esse, de quibus ne cogitârint quidem. Atq; responsionis huius auctores habet, Magnos illos Theo-

Vide Bibliothecam sanctam F. Sixti Senensis.

Mos hæreticorum.

logos, scilicet, Laurentium Vallam, & Erasmmum. Cæterum, quia huius laboris non est decernere, qui libri genuini sint, qui supposititij; tantum hoc respondemus: Nihil nos mirari, si isti aliquos Sanctorum Patrum libros eliminent; cum nec tuti, ab eorum iniquissima Censura, fuerint libri Sacra script. Deinde parum eos iuuat, paucos libros, è tot voluminibus SS. Patrum exclu-

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

cludere. Oportet enim; si suas hæreses, nobis persuadere volunt; Biblia tota; omnia Concilia; SS. Patrum scripta vniuersa; historias omnes; adeo que Theologiam totam negare, reiicere, damnare: aliò qui operam ludent.

68. Quia D. Augustin. noluit contra De Conciliis. Maximinum Arrianorum Episcopum, auctoritate Concilij Nicæni sententiam firmare: ideò absurdam collectionem dixi in Apologia esse hanc: Ergo nõ est ad Concilia appellandum. Quod isti pariter hinc, propos. 64. fatentur, & addunt esse collectionem asininam. Benè habet. Pergamus. Quicumque ex vnus, aut alterius Concilij errore; si tamen aliquod errauit; colligunt, nihil esse credendum Conciliis: asini sunt. At Lutherus cum suis ita colligit: Asini ergo sunt omnes. Aut numerent aliqua Concilia, quibus ipsi credant: & ita ab asinis eos transferemus ad equos.

Tit. de legibus humanis passim.

69. Postremam absurditatem, eamque absurdissimam diximus esse: non intellectis De Patrum auctoritate. SS. Patrum sententiis, ad stabiliendas hæreses turpiter, nequiterque abuti: planas verò & apertas sententias, contra easdem hæreses, ab iisdem PP. editas quin & totos libros; nõ legere,

DEFENSIO APOLOGIÆ

legere, neq; admittere velle. Respondet vt supra. Patres quidem audiendos esse, quatenus secundum scripturam doceant. Volunt ergo dicere: Patres, pluraq; contra, & præter scripturam tradidisse; quemadmodum prop. 63. August. iudicant secundum Script. tradere; mortuos naturaliter non interesse rebus viuentiū. De cura, p mortuis, cap. 15. Sed cum cap. sequen. rursus affirmet, posse eos rebus viuentium interesse, diuina operatiōe; vt in Apologia meminimus; censent isti, August. cōtra Scrip. & sui velut oblitum id affirmasse. Verum si quæras, cur tam temerario ausu iudices aliorum se constituent? Non habent quod respondeant; nisi quod ita liceat, & libeat. Liceat ergo nobis, & quidem meliori iure, censere; istos nec Scripturas intelligere, neque S S. Patrum scripta; sed cæcos esse, & duces cæcorum.

DEFENSIO QVARTAE PARTIS APOLOGIÆ, De mendaciis obiectis.

De Opere operato, 70. Primum mendacium esse dixi: quod nobis affingant, precum recitationē esse opus operatum. Si dicerent precum recitatio-

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

tationem, ex opere operato; quod est meritum, seu passio Christi, & eius applicatio, Deo reddi acceptam; Verùm affirmarent nobiscum. At quia ignorant quid sit opus operans, & opus operatum; donabimus iniuriam, donec didicerint.

71. Volūt deinde alterū mendaciū; quòd dubia fide oremus; ex doctrina, de incertitudine gratiæ, obtegere. Sed incitia eos decepit; vt sup. ostendimus prop. 41. & 42.

De certitudine.

72. Mentiti sunt tertio, damnatam esse in Script. SS. inuocationem. Voluntq; id cōvincere propof. 68. ex prohibitione primi præcepti: Non habebis Deos alienos. Sed responsum habent suprà propof. 44.

De SS. Inuocatione.

73. Quartum mendacium, quòd dixeram blasphemiã esse; quia Sanctos in eis mortuis numerarent, qui Deum non laudant; conātur hoc loci excusare. Nimirum quòd Dauid dicens: Non mortui laudabunt te, Domine; sed nos qui viuimus: Collationē fecerit inter homines viuos, & mortuos: non inter pios & impios. Sed non legerūt interpretationē Hieron. neq; satis expendunt textū Psalms. Nam quòd de viuentibus in Patria, simul, vel solū etiam loquatur; quemadmodū è contrario de peccato.

Mortui ne sint Sancti; suprà propofit. 36.

Psalms. 113.

DEFENSIO APOLOGIÆ

catoribus, atq; damnatis; manifestū ex cō-
 clusione est, cū ait: Ex hoc nunc, & vsque
 in sæculum. At viuētes in hac duntaxat vi-
 ta, Deum nō laudant In sæculū: Non ergo
 de hīc viuentibus; sed de Sanctis in cœlis
 locutus est Dauid. Quia ergo non agno-
 scunt errorem; adhuc mentiuntur, & blas-
 phemant; vt & in aliis.

De formula
 inuocatiōis
 Sanctorum.

74. Quintum deinde mendacium, nobis
 etiā nolentibus conātur obtrudere. Quòd
 nimirū ita oremus: Adoro te, sancte Bar-
 tholomæe Dulia. Discere verò debuerunt,
 Duliam, & Hyperduliam; nihil aliud signi-
 ficare, quàm gradus honorum. Vnde di-
 cimus: Inuocamus, honoramus, Venera-
 mur vos, ô Sancti Dei. Adorationis verò,
 vox, cū propriè ad solam Latriam perti-
 neat; rarissimè transfertur, & quidem im-
 propriè ad creaturam quamcunq;. Expo-
 nendæ itaq; sunt eiusmodi locutiones:
 Adoramus te, sancta Dei genitrix &c. non
 calumniandę. Non enim sermo, sed sensus
 fit crimen.

D. Thō. 22.
 qu. 84. ar. 5.
 ad 1. Arg.

De oblatio-
 nibus,

75. Ita pertinaciter nobis obiiciūt denuò:
 quòd Diuis offeramus sacrificia. Nos cōtrā
 respondemus: quicquid ad altare offertur
 (siue sacrificia, siue oblationes dixeris, ta-
 metfi

DE ADORAT. DE EIUS SPECIEB.

metſi manifeſtum inter ea diſcrimen eſt) Deo offertur, nō Sancto; tamen in memoria Sancti, cuius nos interceſſione ſperamus impetraturos, quod petimus. Atque ita honoratur, & laudatur Deus in Sanctis ſuis, per quos mirabilia multa operatus eſt. Ad quid autē eiuſcemodi oblationes valeant; diſcant ex D. Auguſtino, de verbis Apoſt. Serm. 34. Epist. item 64. ad Aurelium. Cæterum quis Canibus iſtis, piarum mentium deuotionem prodat & explicet? Si diſcere nolunt: quid adhuc nobis moleſti eſſe non ceſſant? quid latratus ſuos non præmunt? Sed inſiſtere malūt paternis veſtigiis.

Psalm. 150.

Gab. in can. Lect. 32. R.

Ioan 8.

76. Prætereà, quia Miſſas, in feſtis Sancto- rum, celebramus: ideò eas nos Sanctis offerre, ſemel antea mentiti ſunt: idque hinc proſit. 72. repetunt. Ne verò cogantur etiam tertio mentiri; audiant D. Auguſt. lib. vlt. de ciuit. Dei cap. 10. Nec erigimus, inquit ibi, altaria, in quibus ſacrificemus Martyribus: ſed vni Deo, & Martyrum & noſtro, ſacrificium immolamus; ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſſione vicerunt, ſuo loco, & ordine nominantur: non tamen à

De Miſſis in memoria SS.

E Sacer -

DEFENSIO APOLOGIÆ

Sacerdote qui sacrificat, inuocantur; Deo quippe, nō ipsis, sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum. In eandem sententiam loquitur de ciuitat. lib. 8. cap. 27. & tractatu in Ioan. 84.

De Missæ
antiquitate.

77. Mendacium octauum, quod nostra Missa non conueniat cū ea, quæ fuerit temporibus Augustini; hīc volunt, ex iam antea citato loco, excusare, atque in nos torquere. Nimirum Augustinum negare Sanctos, à Sacerdote in Sacrificio inuocari: nos verò eos inuocare. Respondeo Augustinum rectè dicere, Sanctos, inter sacrificandum, non inuocari: ait tamen eos, suo loco & ordine nominari, quod isti dolose dissimulant. Deinde apertissimè mentiuntur, nos in Canone Missæ Sanctos inuocare, legant primùm, deinde iudicent. Nominantur & cōmemorantur adhuc, sicut & temporibus Augustini, vt pro nobis orent, sicut idē loquitur citato loco, Tract. 84. in Ioan. Quod verò pluribus aliis ritibus, nostram Missam celebramus, quam Petrus, & post eum aliquā multos annos, omnes Episcopi, & Sacerdotes; nihil mutat sacrificij substantiam. Si vultis, aduersarij, offerete Sacrificium cum Petro, Clemente,

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

mente, Gregorio, Augustino & eorū successoribus proximis: quos celebrâsse Missas ipsimet cōceditis, propof. 73. paulatim inde intelligetis, quàm congruè Ecclesia cæremonias suis ordine temporibus adiecerit.

78. Nonum denique mendacium, de voluntario cultu, vt cætera, hîc propof. 74. duplicant. Nam cùm ex Paulo nos adducemus: Diligentibus Deum, omnia cooperari in bonum. Isti cōtrà Paulum de solis passionibus interpretari conati sunt: Quia tamen vox, Omnia, facit, vt de aliis quoque actionibus, spontè, siue secundum præcepta Dei præstitis necessariò accipiantur; eam interpretationem citò dimittūt. Sed volunt nos terrere hac collectione. Si omnia bonis cooperantur in bonum: ergo & peccata. Negatur cōsequentia. Omnia enim, ad eiusdem generis particularia per commodam distributionem, phrasi Theologorum referri debet; vt sit sensus. Omnia bona; siue præcepta fuerint, siue sponte præstita. Neque etiam ignoramus, peccata in bonum cedere Sanctis; non perse, sed secundum accidens. Quod isti si intellexissent; nobis haud dubiè non obie-

De voluntario cultu.

Rom. 8.

August. de ciuit. Dei, li. 14. cap. 13.

DEFENSIO APOL. DE ADOR. &c.

cissent. Debuerunt prætereà & alios in A-
 pologia citatos locos examinare; præfer-
 tim eum, qui est Esa. 56. de Eunuchis. De-
 inde cogitare de cõsiliis Euangelicis, Ca-
 stitate, Paupertate, Obedientia: quodque
 Matth. 19. Paulus præceptum Domini non habuerit;
 1. Cor. 7. tamen Virginibus & Viduis suaferit, vt cõ-
 tinerent. Quòd item Potestatem habue-
 rit, sororem mulierem circumducēdi, ac-
 cipiendi stipendium, comedendi; nec ta-
 1. Cor. 9. men ea sit potestate vsus: sed castigaue-
 rit corpus suum, & in seruitutem redege-
 rit: quodq; non fecerit, quæ licebant, sed
 Hebr. 11. quæ expediebant magis. Cogitent item,
 quis præceperit, vt aliqui in Melotis & pel-
 libus caprinis circumirent, errantes in so-
 litudinibus, in cauernis terræ, angustiati
 &c. quorum tamen ab Apostolo vehemē-
 ter commendatur vitę sanctimonia; adeò,
 vt mundus indignus fuerit ipsorum con-
 uersatione. Hæc hæctenus de mendaciis,
 in Hyperaspiste excusando, retorquendo-
 que repetitis; sed ridiculè impudenterque
 duplicatis. Eant ergo nunc & glorien-
 tur, se mendacia obiecta in nos
 regessisse.

DEFENSIO APPEN-
DICIS DE IDEA TO-
TIVS LVTH. THEO-
logiæ.

APPENDICEM de Idea Theolo-
giæ istius, non ideò in Apologia po-
fueram; vt isti singulos articulos exami-
narent, sed tantùm vt responderët: quam-
obrè suam Theologiam, ex puris neganti-
bus fabricati sint; exceptis his, quæ negare
nemo Christianus potest. Respondent ta-
men, nostram Theologiam ex absurdis,
impiis, Idololatricis, ethnicis, & Thalmu-
dicis principiis constitutã: ideò ipsos me-
ritò eam negare: & sua themata Scripturæ
testimoniis confirmare. Verùm, quàm id
doctè, & verè respondeant; hætenus de-
claratũ est. Volumus nihilominùs ad ex-
aminatas appendicis obiectiones respon-
dere, ipsasq; argumētis Christianæ Theo-
logiæ; nō Iudaicæ, Turcicæ, Hæreticæ perfid-
iæ præstigiis, atque cauillis; affatim con-
stabilire, ac defendere.

Das alte
Rezeptlich.

79. *De Libero arbitrio.* Palinodiam sonat
ipforum de lib. arb. hoc loci, propos. 75.
Confessio. Quippe incipiunt distinguere:
vt liberum sit naturã, ad morales actiones:

DEFENSIO APPENDICIS

liberum ad peccandum, adeoq; propensum; at non liberum ad actiones bonas (addere debuerunt, Deo gratas, & meritorias) nisi per gratiam liberetur. Satis hæc commodè, ex D. August. nobiscum didicerunt; non autè ex præceptoribus, suis Luth. & Melanch. vt illius seruū testatur arbitriū, & 36. art. in assertionibus: huius loci Theologici Tit. de libero arbitrio. Verū, ne animaduerneret Lector, ipsos Palinodiā cantare, & nostram, de libero arbitrio, sententiam suffurari; affingunt, nos cōfiteri, posse hominem, ex puris naturalibus, Deum super omnia diligere. Affingunt, inquam, quia multiplex quæstionis huius sententia est; vti poterant, ex prim. sec. qu. 109. art. 3. D. Thom. Deinde ex Alexand. Halensi par. 3. summ. qu. 13. absque difficultate addiscere. Longum esset eam quæst. hinc excutere.

80. *De imputata iustitia.* Fingunt, in 76. propos. sua, nos inhærentem iustitiam, virtutes dicere proprias. Deinde ridiculè, & ineptè colligunt, Fidem ad iustitiam reputari: cū satis videant ex Roman. 3. Fidem esse ex mediis, quibus iustitiā, quæ ex Deo est, apprehendimus, non ipsam iustitiam.

Vt

DE IDEA THEOLOG. LVTH.

Vt sciant verò, iustos nos esse, iustitiã in-
fusa; quæ est creata qualitas, seu donũ gra-
tiæ trium virtutum, Fidei, Spei, & Charita-
tis; & iustitiam hanc, bonis operibus, siue
virtutibus exornari, custodiri, augeri, per-
fici: examinent Scripturæ testimonia Ro-
man. 5. Charitas Dei, diffusa est in cordi-
bus nostris. Item: Abluti estis, sanctifica-
ti estis. 1. Corinth. 6. Rursum: Quotquot
in Christum Baptizati estis, Christum in-
duistis. Roman. 6. Præterea: Iam non vi-
no ego, sed viuit in me Christus. Galat. 2.
Adhæc: Qui iustus, qui sanctus est; iustifi-
cetur, & sanctificetur adhuc. Apocal. 22.
Et plura alia de perfectione, Colof. 1. 4.
2. Timoth. 3. Matthæi 19. Mox cogitent:
Si non est in nobis inhabitans gratia; quo-
modò per gratiam liberatum arbitrium
est, vt benè agere possit? Et quid illud si-
bi velit: Per quem accepimus gratiam.
Roman. 1. Item: Vt inhabitet in me vir-
tus Christi. 2. Corinth. 12. Et Roman. 8.
Propter inhabitantem Spiritum eius in
vobis. Nihil hîc de imputatione: sed de
reali inexistencia, possessioneque Christi,
& gratiæ Dei in cordibus nostris. Pecca-

Nota Phra-
sim.

DEFENSIO APPENDICIS

Rom. 4.

Pſal. 31.

in Christum, tanti Deus æstimat, ac reputat; vt credentem, actu fidei formatæ, gratiâ, iustitiâque dignum faciat: sed Fides iustitia non est ipsa: præsertim, si actum credendi; non infusum & formatum habitum intelligas.

81. *De sola Fide.* Ostendimus supra, proposit. 27. ne in iustificationis quidem fundamento (quod iacitur, quando ex impio fit iustus; per gratiam, aut in Baptismo, aut extra eundem, in necessitate, à Deo infusam) Fidem solam sufficere. Quippe, si de adultis loquimur; requiritur primò Fides: de qua Heb. 5. Deinde Pœnitentia, de admissis antea peccatis. Actor. 2. Adhæc amor & desiderium; vt in Magdalena, Luc. 7. Consensus arbitrij, siue volûtatis. Apocal. 3. Quippe nemo iustificatur inuitus. August. de verbis Apost. Serm. 15. Et hæc quidem de dispositione hominis. Doceant iam isti, si sciunt, de eiusdem iustificationis causa meritoria, efficiente, formali, instrumentali, & similibus: quarum nos obiter meminimus in Appendice catenulæ nostræ, ex probatis auctõribus. Ita vides, nequaquam in Sola Fide, nostram consistere iustificationem: multò verò minùs retri-

Vide Cõcil.
Tridët. Sess.
6. cap. 6.

retributionem gloriæ; vt ex sequenti titulo intelliges.

82. *De Valore operum bonorum.* Confitentur, opera bona, necessaria esse ad fidei testificationem: nihil verò facere ad beatitudinem consequendam: eò, quòd Christus eam nobis meritus sit. Digna verò Theologis ratio negationis. Sed eam mox confirmare volunt impossibilitate præcepti de dilectione: & sententiâ Esaiæ de iustitia Esai. 64.

operum, præcedente iustificationem. Respondemus primò: esse quidem Christum sufficienter nobis meritum vitæ æternam: at non omnes eam consequi, tamen si credant; iuxta illud: Non omnis qui dicit mihi Matth. 7.

Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est. Valere præterea eò opera bona, manifestè testantur script.

Matth. 19. si vis ad vitam ingredi &c. Sap. 3. Bonorum operum gloriosus est fructus.

Ibi. 20. Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum. de cæteris infra prop. Deut. 30. Matth. 11. Consultant D. Augu. de perfectione iustitiæ: & Theologos Scholæ 3. sen. dist. 27.

106. & 107. Deinde constanter negamus, præceptum dilectionis impossibile esse, secundum intentionem legislatoris: discant ergo distinguere. Est alia perfectio viæ, alia Patriæ. Ita quoque ridiculum est, ignorare

DEFENSIO APPENDICIS

distinctionem operum præcedentium iustificationem, & eorum quæ sequuntur. Priora valent nihil ad salutem: posteriora verò multùm; vt ostensum est.

83. *De Euangelio.* Cùm obiiceremus, negare istos, Euangelium præcipere opera: contrà respōdent, aliud esse Euangelium propriè sumptum, aliud scripta Euangelistarum. Eia quàm acutè. Sed concedamus, Euangelij, & legis Euangelicę Etyma differre: nunquid ideo scripta Euangelistarū, & Apostolorum; in quibus de operibus bonis plurima præcipiuntur; Euangelium non sunt? & ad nos nihil, nisi in doctrina pœnitentię, attinent? Cæterùm distinctionem hanc, nec Apostolis, neq; Theologorum quisquam alius, per febrim etiã somniauit, nedum docuit. Cætera suprà, & infrà de Operibus.

84. *De Visibili Ecclesia.* Diu negârunt, aliquam esse visibilem Ecclesiã; at nunc concedunt: tamen vt effugiant; rursus negant cognosci, qui in individuo Ecclesia sint. Ecce quot latebras quærunt. Si in individuo nescitur, qui Ecclesia sint: quomodo ad Ecclesiam cōfugiemus in dubiis fidei? quomodo fratrem denunciabim⁹ Ecclesiæ?

Matth. 18.

Nun-

DE IDEA THEOLOG. LVTH.

Nunquid inuisi sunt, quos Deus Doctores, Ephes. 4.
 Pastores, Rectores, Præpositos Ecclesiæ suæ Acton. 10,
 cōstituit? Nunquid Ecclesiæ magisterium,
 à temporibus Apostolorum, in hunc vsq;
 diem; sine certa cognitione Præpositorum
 eius transactum est? Quis porrò verorum
 interpretum, Articulum Symboli de Ec-
 clesia, de sola electorum Ecclesia interpre-
 tatus est? Scimus tamen aliter Ecclesiam
 accipi, si de solis loquamur electis: aliter
 cùm de hac militanti fit sermo. Plura legāt
 in Defensione disputationis, de Ecclesia
 militante R. P. Henrici Blyssemij &c.

85. *De Visibili Capite.* Propterea nimirum
 tam difficulter concedunt, visibilem esse
 Ecclesiam; ne pariter confiteri oporteat,
 habere eam visibile caput. Sed de hoc re-
 sponsum est suprà, prop. 3. 4. 5. & 6.

86. *De malis in Ecclesia.* Eadem quoq; ratio
 fuit, cur negarent malos in Ecclesia esse.
 At hîc distinctionem afferunt, conceden-
 tes esse in visibili Ecclesia malos; in Eccle-
 sia electorum non esse. Sed quis de eo du-
 bitauit vnquam? Verum alia fuit ipsis ratio
 cur negarent: scilicet, vt excluderent ab
 Ecclesia Præpositos, & Rectores Rom. Ec-
 clesiæ, inter quos aliqui fortassè non uti
 oport-

DEFENSIO APPENDICIS

oportuit, vixerunt. At, quid ad officij partes id attinet? Vide prop. 88.

87. *De Petro Apostolo.* Scimus multos istorum negasse, Petrum fuisse Romæ; at hi aliquantò modestiùs, tamen solita tergiuersione, nec negare volunt, nec affirmare; ne aut mendacij, aut incòstantiæ conuincantur; vt olim Iudei. Matt. 21. Calumniantur tamè eius successores Pontifices, quòd potestatem, & diuitias, Contra Apostolicum exemplum, vsurpârint. Primùm iubemus ipsos distinguere tempora, iuxta sententiam D. August. lib. de correctione Donatistarum: Deinde seipso spectare, quanta humilitate, sobrietate, castitate, deuotione sectentur Apostolos. Nos nostra, apud quos oportet, tuebimur. Legant verò suprâ citatos de Primatu.

88. *De Episcopis.* Negant etiamnum, Episcopos esse successores Apostolorum; quia successio sit operis Apostolici, non loci ac dignitatis. Sed indoctissima cauillatio hæc est: Primò namque docendi officium, non ad solos Episcopos Scriptura retulit; sed præter ipsos, Doctorum quoque meminit, & Pastorum, in suo ordine, ac gradu. Deinde successio in officio publico, non eius est,
qui

DE IDEA THEOLOG. LVTH.

qui posset similiter præesse; sed eius; qui legitime vocatur, & in locum prioris sufficitur. Neq; executio omnium quæ officij sunt, per eum ipsum, qui officium gerit necessario fit: sed alia ipse præstat, alia mandat aliis præstanda. Cæterum non obscure hinc confitentur: Episcopos nostros loca Apostolorum tenere. Et merito: qua de re amplius consulant D. Aug. de Trinitate & Vnitate Dei, ca. 4. Epistolam Ignatij ad Trallenses. Epiphanium, Irenæum, Eusebium, Nicephorum, Platinam, cæterosq; , qui de successione hac verissimè testati sunt. Si ergo Episcopi nostri, loca Apostolorum tenent, quomodo isti in ea se volunt intrudere? aliasq; , quas Apostoli non posuerunt, erigere cathedras? Numerent autè, si sciunt, suos ordine Episcopos; quemadmodum nos numeramus nostros, qui & loco, & opere Apostolis successerunt.

Hebr. 5.

Vide Ioan. Monchianum contra Mysolyturgos.

89. *De Conciliis & SS. Patrum auctoritate.*
Idem omnino respōdent, quod supra: Esse scilicet assentiendum eis in his, quæ secundum scripturam doceant, atq; decernant. Volunt verò ipsi, horum esse iudices. Sed benè habet, quia iudicij huius temerarij & iniqui, executionem nullam obtinent, præter-

DEFENSIO APPENDICIS

præterquã in Scholis suis; in quibus quãdiu volent, triumphent.

90. *De libris Canonicis.* Calumniantur Cõcilium Tridentinum, quòd scire non poterit, qui libri Canonici sint, quive min⁹. Sed, obsecro, quis istis dicit, qui libri Canonici sint, quive minùs? Nunquid Concilium Tridentinum, aliquos libros Canonicos fecit, qui antea in Canone non fuerant? Cùm ergò nesciant: quamobrem in Canonem, superioribus temporibus; libri aliqui, de quibus diu fuerat dubitatũ, relati sint; discere priùs oportuit, quàm cauillari.

91. *De Lingua vsu in Ecclesia.* Negant hìc, prop. 87. se vsum linguæ prohibere: nõ esse tamen in peragendis sacris ad populum, linguã vtendum, censent: Sed istorum figmentũ est; nulla alia responsione dignũ, quàm vt dicamus: ita visum est Ecclesiæ, partim ne sacra in vulgare linguam translata, vsu vilescerent: partim ne vulgus, ad pertractanda sacra temerè, & sua cum pernicie, vt Saul, irrueret: partim denique, vt esset vna, & constans omniũ Ecclesiarum, in toto orbe colendi Dei forma, ac ratio. Hęc Catholicis sufficiant: istos non moramur;

DE IDEA THEOLOG. LVTH.

mur; qui, vt fatui, non recipiunt verba prudenti; nisi dixeris ea quę versantur in corde eorum. Vide Dialogum Card. Hosij de Sacro vernaculè legendo: & libellum Pat. Ioan. Ledesimæ, de re eadem cōscriptum.

92. *De Gratia Sacramentorum.* Concedunt tandem, Sacramenta gratiam conferre: non tamen ex opere operato; sed ex fide vtentis. Miror inscitiã. Nam quid est opus operatum in Sacramentis, nisi meritum Christi eiusque applicatio? Si ergo non ex opere operato, sed fide vtentis, gratiam Sacramenta conferunt; potior est fides vtentis, merito Christi. At puto eos ignorare, quid sit opus operatum: idcirco donabimus inscitiã. Dicimus itaque, Sacramenta cōferre gratiam ex opere operato; sed non nisi habentibus fidem. Hic fortuitò admoneor, vt quæram ex istis: Si gratia in Sacramentis conferatur, quomodò sola fides reputetur ad iustificatiõnẽ? quis enim eius gratiæ futurus est vsus?

93. *De septenario Sacramentorum.* Hunc adhuc negant: tantumque duo consentunt; nulla alia ratione moti, quàm quòd plerumque ex istis septem, nulla habeant elementa: deinde quædam fuisse ritus certorum
tempo

Prover. 18.

Consule
Theologos
præsertim
Gab. in Ca-
non. Missæ
Lect. 26. G.

DEFENSIO APPENDICIS

temporum. Respondemus primò, ipsos ignorare septuplicem gratiam, quæ Ecclesiæ in generali necessaria est; cuius leguntur multæ figuræ. Num. 8. 4. Reg. 5. Zach. 3. Matt. 15. Apoc. 13. & 5. Rationes etiam non didicerunt necessitatis, congruentiæ, & ordinis huius septenarij: ex 4. Sent. dist. 1. Deinde temerè negant, habere singula Sacramenta sua elementa: hoc est, carere materiâ, & formâ sua. Præterea absurdum est affirmare: ritus quosdam, aliquorû duntaxat fuisse temporû: vt supra ostendimus propo. 25. 31. & 33. nisi Ecclesiæ intercedat auctoritas. Hic rursus in Calumniâ erumpunt: obiicientes Baptismum; campanarum, & benedictionem ciborum: quorum illud mendaciû est; ex ignorantia, & vulgi errore profectû: hoc stultitia. Quid enim impedit, quid prohibet, ne cibi benedicantur? Adhæc insimulant nos mutilationis cœnæ Dominicæ. Respondeo contrà: ipsos Christi institutionem, & ignorare, & iniquissimè abolere. Quippe Christus, consecrauit, & obtulit: cœnam instituens, & passionis memoriam commendans. Isti consecrare nō possunt, tametsi velint; quia potestate destituuntur; offerre etiâ nolūt.

Pro-

Legat Theologos.
Item Assert. sept Sacrament. Regis Angliæ, cū defensione Rossensis.

Vide Pontificale.

2. Tim. 4.

De Cœna Dominica.

Propterea cœnæ quidem memoriam exterius, at sine re Sacramenti, celebrant: passionis verò nullam: nisi quòd verbis eam, in peccandi licentiam atq; prætextum annuntient, diligenterq; commendent. Nos verò nō verbis tātūm, sed & rebus vtrumque præstamus: sicut ipsemet Saluator fecit, atq; instituit, vt suprà de Missa prop. 30. Iudicent ergo Christiani quicumq; nos, an isti, institutionem Christi mutilent. Communicatio verò sub vna specie nihil derogat rei Sacramenti; sicut nec sub ambabus aliquid addit: ad sacrificij autē perfectionē ambæ sunt necessariae, dist. 2. ca. Comperimus. de consecr. Cætera ex recentioribus peterè licebit.

94. *De gratia Baptisimi.* Peccatum in Baptismo ita tolli adhuc censent; nō vt non sit, sed vt nō imputetur: abutentes manifesta impudentiâ Verbis D. Augustini, qui non de remanente peccato in Baptizatis, sed de concupiscentia ac fomite locutus est: quam & eodem, ca. 23. & passim contra Iulianum Pelag. peccatum esse negat. Nam loco citato Aug. dicit: tolli concupiscentiam; non, vt non sit (Luth. & Tub. addunt peccatum) sed vt non imputetur in peccatū. Actū, inquit aliàs, manet, transit autem

Aug de nuptiis & concup. li. 1. ca. 25.

Ecce crimē falsū vt sæpe antea admonui.

DEFENSIO APPENDICIS

Aug. contra
 Iulianū Pe-
 lag. li. 6. c. 8.
 Esaię 1.
 Psal. 50.

reatu. Deinde, quòd omnia peccata tol-
 lantur in Baptismo; tollantur, inquam, &
 expurgentur, & consumantur; idem testis
 est, cōtra duas epist. Pelagianorum ad Bo-
 nifacium, li. 1. c. 13. & 14. Vide Roffensem,
 contra secundum Luth. articulum. Repete
 quæ contra imputatiuam iustitiam antea
 diximus, prop. 80.

95. *De Sacerdotio exteriori.* Non audent ne-
 gare ministerium verbi, & Sacramentorū;
 à Christo institutum, & ab Apostolis exer-
 citatum; certis, & legitimè vocatis perso-
 nis committendū esse. Tamen studio con-
 tradicendi excæcati, Ecclesiæ nostrę voca-
 tionem deridēt: solumq; spirituale Sacer-
 dotium concedunt. At de Sacerdotio ex-
 teriori, & legitima vocatione ministrorum
 suprā differuimus, prop. 25. & 30. Verūm
 adhuc miror, quomodò se audeant in mi-
 nistris Ecclesię numerare; cū à tempori-
 bus Apostolorum, ad Lutheri vsq; tempo-
 ra, Catholicorum nullus in Ecclesię mini-
 sterium, eo, quo ipsi modo, sese intruserit.
 Testor historias, & decreta, adeoq; totius
 Ecclesiæ morem, & obseruationem. Pari
 deinde dementiâ, obedientiam Episcopis
 negant: quia non doceant secundum ver-
 bum Dei, Ipsis, scilicet, cēsoribus; vt suprā
 osten-

ostendimus sæpe. In propos. deinde 93. negant Matrimonium esse Sacramētum; cui respondimus suprā, 35.

96. *De Cæremoniis.* Admittunt esse aliquas necessarias: suo verò more damnāt Pontificias, quas nondū intelligunt. Consulant Rationale Diuinorum officiorū: sciantq; stultorū esse ea contemnere, quę nondum didicerint. Iudicent autem cordati viri: nūmne præstet, cultū in Ecclesia Deo debitum; visis quibusdā Cæremoniis commendatiorē astanti plebi reddere, quàm communem habere mēsam Domini, cum domestica? nihilq; discernere inter Parasceuen, & Dominicā Pascha? inter Christum, & Apostolos? Inter præsentiam sponsi, & eius absentiam? Sed frustra hæc cum istis confero, qui in limine offendunt, vt ad cætera, quę in domo sunt, nequeāt attingere. Discant primū intelligere, quid Euangelij doctrina à nobis requirat; quid inter fidē & opera interfit; Discāt agere pœnitentiā, & quanta pietate sit opus, vt Deo placere possim⁹: tū eis facilè persuadebimus alia.

97. *De Votis Monasticis.* Damnant hæc superstitionis, & impietatis. Sed respōdeant illis. Hier. Ambr. Aug. Greg. libris de præcellētia virginitatis, viduitatis: Basil. Hier.

Vide infrā
in Perora-
tione.

DEFENSIO APPENDICIS

- Auguft. in Pfal. 132. Aug. in Regulis Monachorú: & in epiftolis ad alios, & alios: Chryfo. in vituperatores vitę monafticę libris trib⁹: Historia de Paupertate, Caftitate, Obedientia Pauli, & Antonij, primorum Eremitarú; cęterorumq; tot millium Monachorum, & fanctarum virginú. Respondeat illis Paulus, inquit: exhibeamus nosmetipfos ficut Dei ministros, in multa patiétia, in ieiuniis, vigiliis, laboribus, in Caftitate, in Charitate &c. Et
2. Cor. 6. Christus: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quę poſſides, da pauperibus, veni, & ſequere me. Vide prop. ſuprà 78. 34.
- Matth. 19. 98. *De Indulgentiis.* Damnant has quoq; ſuo more, exignorata diſtinctione plenarię remiſſionis peccatorum & pœnarum, à parte Chriſti, ceu meritorię cauſę; & earú indulgentiarú, quę pertinent ad expiationē pœnarú, quas propter admiſſa peccata poſt acceptum Baptiſma, ſuſtinere aliò qui
- Apocal. 18. oporteret. Scitú enim eſt, quia quantum fuerimus in delitiis, tantum irrogatum iri tormenti, & luctûs. Sed quia hoc loci non poſſunt oĩa dici, petât iſti, qui credere nolunt, ex Theologis cætera. Vide ſup. pp. 48.
4. Sent. diſt. 26. 99. *De Superfluis SS. meritis.* Negant Aduerſarij hæc omninò; decepti collatione meritorum, ad futurę beatitudinis retributionem:

tionem: cùm nos ea conferamus cum his, quæ debuerunt SS. facere: iuxta communẽ intelligentiam præceptorum: deinde cum promissionib⁹, acceptationeq; Dei. Plura ergo eos fecisse quàm debuerunt, in confesso est: aliõ qui paria essent beatorũ merita. Vide D. Aug. Quæst. in Exod. li. 2. c. 149. Et contra Faustum Manichæum li. 20. c. 21. Deinde perpédant; quomodò Paulus cen- 2. Cor. 8. seat, Sanctorum, qui erant in Hierusalem pietatis abundantiam; posse diuitum Corinthiorũ inopiam supplere. Cætera constant ex præcedentibus.

100. *De Diebus festis.* Non audent negare obseruationem dierum festorũ. Attamen sua volũt libertate vti. Eant ergo, & quidẽ ocietur hic, alter laboret; hic ieiunet, iste ebrius sit. Liberum quidem Ecclesiæ fuit ordinare dies, quos nouerat expedire: ad solam ergo pertinet eosdem immutare; non ad quamlibet Ecclesiam particularẽ. Vt suprã propos. 46.

101. *De Assumptione Virginis.* Nolunt eam hoc loci prop. 99. negare, cùm articulus fidei non sit: tamen versu quodam, & Antiphona ementita scurriliter eludunt: at nihil mirum. Nam quomodò de bonis, cùm sint ipsi mali, benè possunt sentire?

DEFENSIO APPENDICIS

102. *De Conceptione eiusdē.* Quicquid honoris in hoc continetur, non invident Deiparæ Virgini. Declinant tamen in partem negatē. At qui in Scholis Theologorum versatus non est, eum monere visum est, vt acquiescat Traditioni Cōcilij Trid. Sess. 5.

103. *De Cœlibatu Pauli.* Neq; hunc illibēter concedunt, cōtra plērosq; symmistas suos. Redeunt tamen ad vomitum: quòd non tantùm incontīnētiam aliquorum ex nostris contumeliosè proscindunt; sed & totam Ecclesiā hæreseos damnant; quia nuptiis interdicit. Scilicet damnat nuptias, cūm eos, qui altaris se ministerio mancipant, continere iubet ac præcipit? Cætera vide suprā, prop. 52.

Palpabile
médacium,
vt pleraque
alia,

104. *De Comburendis Hæreticis.* Quia se, ab Ecclesia hæreticos sciunt esse declaratos; ideo nolūt admittere vt cōburantur: aliò- qui nō inuitè darent. Vide D. Aug. contra epist. Parmen. li. 1. c. 7. Epist. 48. ad Vincē- tium: & Alfons. de pœnis hæreticorum.

105. *De Cura pro mortuis, & Purgatorio.* Negant Aduersarij hæc, vt & præceptores sui. At nō satis legerunt D. August. de cura pro mortuis: de ciuitate Dei, li. 20. ca. 9. & li. 21. c. 24. Nec interpretes in Matt. 12. & 1. Cor. 3. Neq; Orig. Hom. 8. in Lucam. Non Tertul.

de

DE IDEA THEOLOG. LVTH.

de exhortatione Castitatis. Non Cypr. lib.
 4. epist. 5. Non Chryf. ca. 1. ad Phil. Hom. 3.
 Non Ioan. Damasc. in Serm. de his, qui in
 fide hinc migrârunt. Nec deniq; Ioan. Ga-
 retij Catalogum testimoniorum, de cura
 pro mortuis. Sed redibunt ad solitam ter-
 giuerfationem: Patres hîc non audimus.
 Quid ergo nos? Lutherû, cęterosq; profa-
 nos Nouatores, hæreticos, & scurras audie-
 m⁹? absit. Quòd ergo testimonia de duob⁹ Lege Gabr.
 in Can. Lec.
 56. 1. l.
 locis; altero beatorû, & damnatorû altero
 coaceruant; inanis est sine scientia labor.
 Nam & SS. Patres ista legerunt: non tamen
 inuenerûnt prohiberi purgatorij pœnas, &
 curâ pro mortuis: quinimò aliis scripturæ
 locis eam constitui piè senserunt, & rectè
 qui volet, legat citatos. Vrgent postremò,
 qua pœnâ purgandi sint, qui vixerint ex-
 tremis mundi temporibus? Scimus, ex 4.
 Sentent. dist. 45. Ipsi verò discant.

106. *De Iudicio secundum opera.* Non audent
 negare, Deum secundum opera iudicatu-
 rum: cùm & Apost. 2. Cor. 5. & Proph. Psal.
 61. & Sap. Eccl. 26. eius apertè meminerint:
 tamē ne contradicere suæ soli fidei depre-
 hendantur; negant retributionem fieri se-
 cundum opera. At quis eos ita docuit di-
 stinguere? Si vita æterna non datur secun-

DEFENSIO APPENDICIS

2. Cor. 5.

dùm opera, quid ergo aliud datur his, qui iudicantur secundùm ea quæ gesserunt in corpore. Quinimò secundùm opera fit retributio, non fides, quippe merces laborum est, non fidei; nisi fides inter opera numerare quoq; placeat. quippe vna omnium est fides, diuersa tamen merita. Aut ostendant, quæ inter credentes distinctio sit, nisi officiis, morû pietate, & sanctitate alter alterum antecellat? Hinc nempe aliæ

Esaï. 56.

Matth. 19.

Dani. 12.

1. Cor. 15.

Apoc. 14.

Vide supra

prop. 34.

Virgines, quædam viduæ, cæteri cõiugati. Hinc Episcopi, Doctores, Sacerdotes, Monachi. Hinc Magistratus, Parentes, subditi. Quibus singulis peculiaris, & differentia præmia scripturæ promittunt, nõ quia credunt, sed propter diuersos labores, quos ad Ecclesiæ vtilitatē, & gloriã Dei impendunt.

Matth. 25.

Lucrum quinq;, & decem talentorû; non fidei, sed iustitiæ est, ex fide secundùm opera. Propterea in formula extremi iudicij, quã Saluator ibidem edidit, solùm fit mentio operum misericordiæ, nõ fidei. Quæ, quomodò intelligenda sit, ex D. Augustino de fide & operibus, c. 15. cognoscere amplius licebit. Vide locum sequentem.

107. *Neminem Damnari, nisi qui non credat; Adhuc pertinaciter conatur obtinere: cû tamen constet plurimos damnari Chri-*

Iacob. 4.

stiano-

stianorū, qui crediderunt. At negant adulteros habere fidem & fiduciam illam, quā saluantur fideles. Oportet, vt negent: alio- qui sola ipsorum fides, cum assertione hac tota; adeò Theologia sua corruet. Nobis aut̄ constat, sceleratissimos quosq; omnia credere, quæ credūt cæteri. Vnde ait Apostolus: Si habuero omnem fidem: Omnem dicit &c. Ob id, quia fiducia accipiendæ remissionis peccatorum, & sola in Christum fide, abutuntur; deq; misericordia Dei nimium præsumūt, & benè agere omittunt; idcirco cum hæreticis & infidelibus damnatur. Sola itaq; fiducia profus corruit. Aut dicant isti: an aliquis tam insipiēs sit, vt nesciat discernere infideles, incredulos, Turcas, Hæreticos, Schismaticos; à peccatore Christiano, adultero, ebrioso? Certè, quæ admodum hos peccatores Catholicos, nō liberat, neq; seruat à damnatione fides sola: ita alios pios non sola beat. Et cur fiunt opera, si nullus eorū, in retributione gloriæ respectus est? Cur sapiens cēset, bonorum laborū Gloriosum esse fructum: si nihil merentur, nihil valent? Dementia est. Quod verò ad Latronis, & Iudæ exempla attinet; scimus esse extremæ necessitatis, ac malitiæ spectacula: in quæ non omnes

1. Cor. 13:

Matth. 25.

Luc. 12.

Cōtra fictitiā distinctiōnē fidei, in historicā, & specialē, extat hodie toti libri recētorum.

D. Augu. de ciuit. lib. 21. ca. 21. & 26.

Idē de Fide & Operib⁹, cap. 14. 15. & 16.

Vide D. August. de vita Christiana, ca. 13. & 14.

Sap. 3.

DE IDEA THEOL. LVTH. DEFEN. APPEN.
iussimus, nec semp respicere; sed in Christi, Apostolorum, reliquorumq; Sanctorum fidem, mores, ac conversationem. Audi ergo doctam istorum collectionem. Latroni sufficit fides, ut Christo frueretur. Omnibus ergo similiter sufficit. Sophisticatio à particulari ad vniuersale affirmans. Non ergo omnes, ad Latronis exemplum, quotquot saluantur, salutem, beatitudinemq; accipiunt; quemadmodum plurimi etiam damnantur, qui peccatum Iudae non habent.

108. *De Iudice Controversiarum & Spirituum.*
Absoluto Hyperaspiste suo, prouocat aduersarius ad Tribunal Dei; ut incautis imponat occulto iudicio. Crederem ipsum zelo addiscendae veritatis Catholicae (tametsi sine scientia, ut de Iudaeis Apostolus quoque locutus est) non nihil moueri: nisi tam prodigiosas absurditates; sine sensu, & ratione, quod dicitur, euouisset. Donabimus tamen & iniuriam hanc, quia in haeresi natus, educatus, institutus, exercitatus; non sua, sed preceptorum commata, calumnias, diras, blasphemias repetiuit, & egessit. Sed haec praeter opinionem. Sciendum verò, non iussisse Deum, in dubiis ad suum tribunal appellare; sed ad legem, & Sacerdotem, Deut. 17. Malach. 2. Ad Ecclesiam, Matth. 18. Ad Patres

Rom. 10.

PERORATIO.

Patres & Seniores Deut. 32. Ezech. 44. Ad eos qui sedent in Cathedra. Matth. 23. Et Paulus, cum Apostolis, suum Euangelium contulit. Gal. 2. Qui & monet, vt vno Propheta loquente, cæteri diiudicent. 1. Cor. 14. Hæreticorū ergo mos est, ab Ecclesiæ iudicio, ad occultum Dei, ne fallacia deprehendatur, appellare.

PERORATIO.

GLoriatur Aduersarius in Peroratione sua; se solidis, ac immotis Sacrosanctę Scripturę fundamentis defensionē suam instituisse: cū nos cōtrā nihil firmi & solidi ex eadē afferre, in confutationē ipsorum queamus. At primū sciant, nihil nos ista iactantiā inani cōmoueri; cū hæreticis omnibus perquā familiare fuerit, vt sibi solis Scripturę auctoritatem vendicārēt. Vide Tertull. aduersus Praxean: eundē de præscriptionibus. D. August. in Psal. 10. de Gene. ad literā lib. 7. cap. 9. Quā verò doctē, & reuerenter scripturas tractēt hæretici hodierni; dudum est à nostris annotatum: & nos in singulis prope locis hætenus tractatis, obiter monuimus. Equidem non superbē quæro Iudicē Deum, sed Ecclesiam; cui, si placeam, displicere illi non possum:

Irenę. lib. 1.
cōtra hæres.
Valētini, ca.
1. & 13.
Vide Inqui-
sitionē Ede-
ri, Tab. 19.
vsq; ad 27.

P E R O R A T I O.

possum: Sin displiceam; nihil iuuat ad Dei appellare tribunal. Cæterū, quia in fine tā præclari laboris, vnum à nobis toto postulant imperio (quod ex verborū longa pollicitatione, montis instar parturientis, de præcipuo quodam fidei articulo futurum sperabam: sed in Psalterium MARIÆ tandem desit. Quia, inquā, quæru nt: quid de eodem Psalterio, & de cæteris attributis Deiparæ Virginis; ceu sunt, Adiutrix, Mediatrix, Redemptrix, Aduocatrix, & plurima alia; in Scripturis legerimus? Respōdemus primò, seposito affectu, nihil indigere hæc scripturæ Sacræ auctoritate expressa; cūm pertineāt ad traditiones. Deinde ipsi, vt hæretici, admittendi nō sunt, vt ad scripturas, vnā nobiscum prouocēt, cūm sine scriptura (vt Tertullianus loquitur) ipsos ad scripturas nō pertinere, nostra definiat sententia. Quia tamen ea, quæ traduntur, scripturæ Sacræ repugnare nō debent; agē videamus: quomodò Psalteria & Rosaria D. Virginis, cū Scriptura cōsentiāt. Nōne Dominica precatio, Salutatio Angelica, Symbolū Apostolorum, è Scripturis probata sunt? quis autē iurè prohibeat: ne ter, aut decies, aut tricies, aut quinquagies, cēties, trecenties, sepiusq; vno die cōmemoren-

D. August.
in Epist. ad
Casula. quæ
est. 86.

De præscri-
ptiō. aduer-
sus hæret.

P E R O R T I O.

rentur, & recitentur? Præsertim cùm numeri eiusmodi, quippiã in se arcani contineant. Nunquid Laicus, qui literas non didicit, contentus erit, semel in die festo, aut alio quocunq;, orationem orare Dominicam, si alias non didicerit? Quibûsnã ipse verbis doxologias, meditationesque suas instituet, qui ne de his, quæ ante pedes sũt, sermonẽ proferre didicit? Licet ergo piis hæc, pro cuiusq; deuotione, repetere, itaq; benefacere. Tu, ne prohibeas; sed si potes, Prouer. 3. benefac pariter. Gloriosa deinde attributa; nõ de principali efficiente accipienda sunt: sed de intercessionis adiutorio, auxilio, mediatione, redemptione, illuminatione. Tùm ideo hæc eidẽ tribuimus; quia per ipsam, ipse effector adiutorij, auxiliij, illuminationis, redemptionis, Christus mediator Dei, & hominum; humano generi editus, atq; donatus est. Et si matrem Dei rectẽ cõpellamus; quidni licet, eadẽ phrasi, eam misericordiẽ, iustitiã, bonitatis, auxiliij, cæterarumq; virtutũ, quæ in Christo sunt, matrem appellare? Eãdem, inquam, phrasi; non omni: quam qui nõ intelligit, impudenter deridet, mendaciiq; temeritate negãdo se polluit. Legant D. Bernardi Serm. 6. de Assumptione Beatæ Virginis.

Et

P E R O R A T I O :

Et Serm. 2. de aduētū Domini. Sed hīc for-
 det istis Bernardus, vt recentior: at, quot
 annos Lutherus natus est, vt ipsi credamus
 contra antiquos? Verūm quia de auctori-
 tate & ratione, quā quiq; sua dicta confir-
 mant, agitur: negent isti, siue non negent,
 Bernardū ista, secundū, non contra Scri-
 pturam, locutū; nos audacter de ipso, cæ-
 terisq; S. S. Patribus credimus, ac confite-
 mur; ipsos & Script. intellexisse, & secundū
 easdē scripsisse omnia. Nam quæ aliquan-
 do aliqui, suis confisi ingeniis, errarūt; aut
 ab ipsismet retractata sunt, aut à Cōciliis,
 & congregationibus Theologorum nota-
 ta. Ex antiquioribus legant Ioan. Damasc.
 carmen in Annunciationem Virg. D. Au-
 gust. serm. 2. in festo Annuntiat. qui est 18.
 Athanas. Serm. in Euang. de Deip. Virgine.
 Quòd amplius ex nobis imperiosè postu-
 lant; quomodò ex script. doceatur, SS. me-
 rita prodesse aliis; Respondemus nostris,
 non istis: Deum sæpè propter piorum me-
 rita, benefecisse aliis. Gen. 18. 3. Reg. 11.
 4. Reg. 19. Esa. 63. Psal. 131. &c. Nam si nihil
 nos iuuant aliorum merita: cur petiit Da-
 uid, vt particeps esset omniū timentium
 Deum? Et si Deus Sanctorum hīc in terris
 preces, pro populo exaudiuit: cur eas ho-
 die

PERORATIO.

die non exaudiret in celis? Quippe, aut nō cogitant Sancti in cœlis de nobis; aut certè nostrarum afflictionum conscij, pro nobis orant. Sed cùm sint membra eiusdem corporis; quomodò nō cogitabunt de nobis? Cur cœlestis Hierusalem, duodecim D. August. in Psal. 86. Apoc. 21. habet portas, quæ sunt duodecim Apostoli; nisi vt per eos accedamus ad Thronum gloriæ? non tantùm propter ministerium verbi; sed & propter continuam pro nobis sollicitudinem, & intercessionem. Hæc, & quæ suprâ, locis separatis, in huius dogmatis confirmationē adduximus; credētibus haud dubiè satisfacient: non volentibus credere, ne Angelus quidem de cœlo persuadebit. Esaiæ 6. Scriptū namq; est: Credite & intelligetis. Nō: Intelligite, & credetis. Vnde fieri nulla ratione potest; vt de SS. meritis, intercessione, inuocatione; de indulgentiis, peregrinationibus, ieiuniis, vita monastica, & reliquo cultu erudiantur, & persuadeantur; qui negāt opera bona esse necessaria homini Christiano ad Salutē. Discant ergo hunc articulū aduersarij primò: mox de cæteris, quæ ex eo prodeunt, ipsis respondebitur. Matth. 11. Discant quid sit: regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Luc. 13. Item: Cōtendite intrare per angustā
por-

P E R O R A T I O .

Matth. 12. portam. Et: Dico aut vobis, quoniã omne
 verbum otiosum, quod locuti fuerint ho-
 mines, reddet rationem de eo in die iudi-
 cij. Item: Castigo corpus meũ, & in serui-
 tutem redigo; ne cum aliis prædicauero,
 ipse reprobus efficiar. Repetãt deinde que
 diximus supra de operibus satisfactionis,
 de valore bonorum operũ, de iudicio se-
 cundũ opera: cæteraq; cõtra solã fidem,
 contra imputatiuam iustitiam, & plæraq;
 alia. Intueãtur tandẽ in exẽpla tot Eremi-
 tarũ, Monachorum, & sanctarũ Virginũ;
 quorum quarumq; laus à primis Ecclesiæ
 tẽporibus, in hunc usq; diem gloriose ce-
 lebrata est, semperq; manebit. Sciantq; in-
 terea: indignos esse Dei, & Sanctorũ bea-
 tissima intuitione: adeoq; Deũ, sua gloriã,
 quam in Sanctis prædicari voluit, spoliari;
 qui in hac vita debitum ipsis honorẽ ne-
 gant, & impendere detrectant.

*Omnes Sancti & Sanctæ D E I: interce-
 dite pro nobis.*

F I N I S .

Defensionem hanc Apologiæ, de adoratione & eius specie-
 bus esse secundũ sinceram Ecclesiæ Catholicæ doctri-
 nam, ac dignam, quæ typis excusa publicè proponatur,
 testor ego LVCAS Pinellus Societatis IESV, SS.
 Theologiæ Doctor, & Professor Ordinarius.

Lege D. Hie-
 ron. ad Eu-
 stochium de
 custodia Vir-
 ginitatis.

Psal. 150.
 Gab. lect.
 32. R.

6
ABIVRATIO
MVLTORVM ER-
RORVM HAERE-
TICORVM,

PVBLICE ET SPONTE
EDITA A D. IOANNE MAT-
thæo Gryllo ciue Sa-
lernitano,

*Coram Illustrissimo Cardinale Armi-
niacco, & Reuerendissimo Archi-
episcopo Auenionensi, alijsque
Prælatiſ viriſque primarijs ec-
cleſiaſticiſ & ſecu-
laribuſ.*

Adiecta eſt eiuſdem epiſtola, qua cauſæ re-
uerſionis ad fidem catholicam
exponuntur.

M.D.LXVIII.

Abiurationis ratio seruata.

Haec abiuratio facta est 11. Cal. Augusti (qui dies diuae Mariae Magdalenae sacer est) in sacello palatii Apostolici Auenionensis: cum D. Ioannes Matthaeus Gryllus Salernitanus, stens se ad pedes Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Arminiaco in Auenionensi legatione collega abiiecisset, assidentibus Reuerendissimo Archiepiscopo Auenionensi, & R. P. Bernhardo Berardo Theologo & Inquisitore generali eius legationis, & R. Magistro Ioanne Nicolao Senatore in foro Auenionensi, & Iudice & Commissario generali contra haereticos & suspectos: presentibus uero D. Illustrissimo Scipione Vimercato equite ordinis Christianissimae Maiestatis, & nobilibus Dominis Consulibus, & Assessore eiusdem Urbis, & Domino Laureo praeside curiae Galliae Narbonensis, & Domino praeside fori Auenionensis, & frequentissima honestissimorum hominum, tam Ecclesiasticorum quam laicorum, corona. Quibus omnibus audientibus, cum D. Ioannes Matthaeus haereses & errores clara voce abiurasset, & iniunctam poenitentiam recepisset, aduocatus Fiscalis generalis SS. Domini, & sanctae fidei Catholicae, pro re totius fidei Christianae, publicum instrumentum poposcit & obtinuit. Ea uero acta excepta sunt per Vincentium Siffredum Notarium publicum, & in maioribus totius palatii Apostolici causis

Secretarium.

ABIV.

ABIURATIO.



Go Ioānes Matthæus Gryllus cum iam septimum annum in heresi Calvinistarum, quos Hugonottas vocant, agerem, tandem diuinitus permotus, decreui ad vestra Illustrissimæ ac Reuerendissimæ Amplitudinis pedes accidere, vt pro ea potestate, quam à Sancta Sede Apostolica accepit, possum absolutionem impetrare à laqueis detestabilium errorum, quibus partim assensus sum, partim me assentiri ostendi ac simulavi.

In primis igitur, cum principem quondam Salernitanorum diu secutus essem, confiteor memet in eos laqueos incidisse, cum vt principi exul ego à patria obsequerem, tum præcipuè propter mea peccata id Deo permittente.

Initio inductus sum in errorem, non credendo meritum operum Christianorum, & quanuis me conscientia coargueret, sæpius me admonens, Deum ac Dominum nostrum velle nos suis iussis & præceptis obtemperare, si modò cælum consequi velimus, & eius infinitum meritum neque Turcis, neque Iudæis, neque hæreticis, aut alijs infidelibus, neque item Catholicis

in peccato persistentibus, quicquam prodesse,
propterea quòd non studerent se per fidem vi-
uam, quæ per charitatem operatur, dignos red-
dere: Tamen lapsus sum in errorem, cum de ve-
ritate quærere negligerem, & eos consulere, à
quibus poteram rem omnem perdiscere, id quod
postea feci, & quidem, Christo gratia, maximo
cum fructu. Huius autem erroris & peccati ve-
niam humiliter & suppliciter à Deo Domino
nostro, & à vestra amplitudine postulo.

Purgatorium negavi, quanuis & fides vni-
uersalis Ecclesiæ, quæ errare non potest, & do-
ctorum omnium constans perpetuæque consen-
sio, & verbum Dei, quemadmodum postea didi-
ci, & firmiter credo, me ad credendū, & animas
præcipuè meorum parentū pijs suffragijs iuvan-
das, vt antea facere consueueram, adducere de-
buisent.

Omissi & negavi venerationem & pium vsum
sanctarum imaginum, Sanctorum patrocinium,
sacrarum reliquiarum cultum, indulgentiarum
thesaurum: & honorem, quem Pontificatui &
Apostolicæ sedis authoritati debebā, habere ne-
glexi: quæ quidem authoritatē, etsi animo nun-
quam negavi omnino, & videlicet viderē eā tam
apertè à Christo Domino nostro institutam, &
semper ab vniuersa repub. Christiana agnitā &
rece-

receptam fuisse, postposui tamē falsę authorita-
ti hereticorum, quam ipsi per vim & fraudem
sibi assumpserunt. Confiteor me Ecclesie sanctę
ieiunia violasse ac neglexisse, sacra vota con-
tempnissse, quibus nunc ad Christianam perfecti-
onem adspirari, planē perspicio, hereticorum li-
bros legisse, cum potius fideles & veteres testes
Ecclesie Catholice euoluere debuisssem, eosque
potissimum, qui cum primis Apostolorum suc-
cessoribus proximi extitissent, veritatē me do-
cere, atque expressam verę Catholicęque Ec-
clesie Romanę faciem ostendere potuissent.

Omnes propemodum Caluini errores saltem
implicitē amplexus sum, temerē adhærēs potius
opinionī vnus heretici & apostatę, quā fir-
missimę fidei vniuersali, quę in verbo Dei be-
nē intellecto fundata est, & ab omnibus Domi-
ni Dei nostri cultoribus & amicis suscepta, ab
omnibus sanctis generalibusque Concilijs ex-
plicata, omnibus seculis & toto orbe ab vniuer-
so populo Christiano probata & conseruata: ve-
ritatem tamen sanctissimi Eucharistie Sacra-
menti, Dei beneficio, nunquā negaui: quin po-
tius semper integrē synceręq; credidi, ipsummet
corpus & sanguinē Christi Domini nostri, post
consecrationis verba à sacerdote prolata, esse in
sacratissima hostia, credens semper, quemadmo-

dum nunc credo, ut cum maximè, Iesum Chri-
stum, qui est omnipotēs Deus, quiq̄ per os omni-
um Euangelistarum, & D. Pauli & vniuersæ
Christianæ Ecclesiæ, hunc sanctissimum cibum
nobis dare se velle dixit, verissimè & re ipsa, ut
pollicitus est, ità in ipsomet sanctissimo Sacra-
mento præstare ac tradere, in quo etiã Sacra-
mento, (quòd me diuina misericordia non omni-
nò destituisset) credidi ipsum corpus & sangui-
nem verè ac re ipsa existere, quanuis aut homo
illo non utatur, aut is, qui utitur, & pro cibo
sumit, omni careat fide: siquidem intelligebam,
& nunc quàm maximè credo, hanc veritatem
& institutione existere, inuiolabiliterque pen-
dere: sed quemadmodum diuina bonitas hoc mi-
hi largita est, ut crederem: ità me me multo gra-
uius peccasse contra diuinam Maiestatem, con-
tra sanctos eius, & contra vniuersam ecclesiam
sentio: quòd nihilominus, ut principi gratifica-
rer, fabulosam & verè diabolicam cœnam ha-
reticorum septiès sumpsi, pollicens prius eius in-
felici ministro, me assensurum vniuersæ doctri-
næ, quam ipse eiusque secta profiteretur: pro quo
scelere misericordiam diuinam imploro, & a ve-
stra Illustrissima Amplitudine veniam posco.
Quapropter ex toto animo abiuro, detestor,
ana-

anathematizo has omnes & quascunque alias
hæreses: me spontè ac liberè subijciens grauissi-
mæ cuique pœnæ, si posthac unquam relaber,
atque coram omnipotente, vero, & vno ac trino
Deo, coramque Beatissima Virgine Matre, &
vniuersa cælesti Curia, vobisque Illustrissimo
& Reuerendissimo Domino Cardinale, & Re-
uerendissimo Archiepiscopo & vobis, D. In-
quisitore, & D. Nicolao sanctæ Inquisitio-
nis Commissario, coram deniquè his omnibus
nobilibus viris, & populo, iuro & profiteor me
cupere ac velle omninò diuinæ Maiestatis ope
atque præsidio viuere ac mori in gremio sanctæ
Ecclesiæ Catholicæ Romanæ sub obedientia
Sanctæ sedis Apostolicæ, eiusque ministrorum,
credens & promptissimus ad confitendum ore
& corde, vniuersam doctrinam iustificationis,
originalisque peccati, septem Sacramentorum
nouæ legis, rituum, & cæremoniæ eius, san-
ctissimi Missæ sacrificij, Purgatorij, indulgen-
tiarum, votorum, Apostolicarum & Ecclesia-
sticarum traditionum, quicquid deniquè san-
cto Tridentino Concilio, & fidei confessione
continetur, quam sancta memoria Pij
quarti eiusdem Concilij decretum
in lucem edidit.

EPISTOLA D. IOANNIS

Matthæi Grylli Salernitani, ad R. P. Fratrem
Matthæum Gryllum ordinis
sancti Dominici.

AD MODUM Reuerende Frater ac Pater, iamdiu nihil ad tuam Reuerentiam scripsi. huius verò diuturni silentij causa fuit, nō tam locorum, quibus disiungimur, interualum, quàm mea multis ab hinc annis à sancta fide catholica, atque à Dei Domini nostri Ecclesia alienatio atque defectio: ad quam me diuina Maiestas secundum diuitias suæ misericordiæ, cum primum reuocauit, & tuam Reuerentiam certiozem facere volui, & hanc epistolam, quam tibi gratissimam fore non dubito, imprimendam curauit: ut hac ratione meo etiam officio satisfacerem, quod me hortari & impellere debet, tum ad ea, quæ meo improbo exemplo publice dedi, damna resarcienda atque præstanda: tum ad elaborandum, ut veritatis lux clariùs splendeat, vnde Iesus Christus magis cognoscatur, cognitusque colatur.

Multis iã annis, ut tua Reuerentia non ignorat, sum principem Salernitanum secutus, qui hoc in regno cum esset, hæresis tandem irretitus est laqueis, opera videlicet cuiusdam mulieris,
qua

quā cum illi diuturna fuit consuetudo, per quā
non aliter hæretici principē corruerunt, q̄ olim
per Eūā sathan Adamū elusit, ac circumuenit.
Et, quod ferè fit, vt eorū, quibuscum versamur
& consuescimus, mores imitemur, ego miser ab
ijsdē sum deceptus hæreticis, itā, vt per septem
annos illorū sim secutus errores, non tamen sine
perpetua animi mei perturbatione ac tempestate.
Tandem post multas clementissimi Dei admoni-
tiones, & eas cogitationes, quas crebras mihi
hæreticorū mores atque actus obijciebāt, Lute-
tiæ Parisiorū cum essem, ad sanctæ ecclesiæ gre-
mium redire decreui, atque hoc animi mei pro-
positum & desiderium Reuerendissimo Domino
Episcopo Cenetensi, apud Regem Christianissi-
mū Apostolico nuncio, aperui & exposui. Quod
vt exequi possem, vitamque in Christiana pieta-
te quietam & tranquillam agerem, recubi me in
Agathensem vrbe Galliæ Narbonen. ad quos-
dam ex Regno Neapolitano nobiles viros, vbi à
Reuerendissimo illius vrbis Archiep. admoni-
tus, intellexi ad diuinam gratiam & misericor-
diam planè promerendā & consequendā me non
oportere secreta aliqua & obscura pœnitentia
esse contentum, sed faciendum mihi esse, vt me
in locum aliquem celebrem & illustrem trans-
ferrem, vbi meæ conscientiæ satisfacere possem.

Itaque pridie Calendas Octobris anni superio-
ris ex vrbe Agathensi Auenionem discessi, vt
meos errores apud Illustrissimum & Reueren-
dissimum Cardinalem Arminiacum publicè
abiurarem, & pœnam quamcunque mihi ille pro
iure & potestate legationis irrogâset, admitte-
rem atque dependerem: verùm vbi ad montem
Pessulanum perueni, cum eam urbem hæretici
occupâssent, me quoque captum non modò spo-
liârunt, sed etiàm, quanuis mei aduentus cau-
sam penitus ignorarent, tam diu tamen detineret
voluerunt, quàm diu illa vrbe, quam cum alijs
Regi suo rebelles inuaserant, potiti sunt: qua re-
stituta, confestim sum Auenionem profectus,
vbi & veritatem penitus accepi, opera scilicet,
diligentiâque Illustrissimi Cardinalis, qui me
de omnibus erudiendum edocendumque cura-
uit: & palàm ac publicè hæresin abiuravi in eum
modum, quem suprâ huic epistolæ præscribi vo-
lui.

Vera & præcipua meæ conuersionis causa
proculdubio Dei ac Domini nostri benignitas
extitit, qui vt sua sapientia suauiter omnia dis-
ponit, mihi huius prorsus execrabilis hæresis
gustum paulatim adimebat, atque in viam re-
ctam ac regiam, quam cunctus populus Christia-
nus semper terrens ad cælum contendit, me, quasi
tacita

tacita & interna voce rnuocabat. Hos caelestes
monitus etsi diu repudiaui, quod homines nimi-
rum carnalis libertatis illecebris deliniti, & fee-
dae voluptatis quasi visco inhaerescetes, sese ad
spiritualium rerum sublimitatem erigere & at-
tollere nequeunt, aliquando tamen recepi, adiu-
tus, vt mihi persuadeo, precibus & patrocinio
Beatissima Virginis, totiusque ecclesie Christi-
anae, & tua praecipue charitate & pietate, fra-
ter obseruande, qui, vt ex tuis literis cognoui,
Sanctissimo Missae sacrificio continenter a Deo
meam conuersionem efflagitasti. Multa praeter-
ea, quae mecum quotidie cogitabant, & nunc eri-
am cogito, me vehementer in fide catholica con-
firmarunt: quae res, vellem equidem, vt quieto,
tranquillo & attento animo ab illis perpende-
rentur, qui in iisdem errorum tenebris & inex-
tricabilibus labyrinthis versantur.

Prima est, haereticorum inter ipsos dissensio ta-
ta, vt non solum mutuo anathemate, dum alij alio-
rum doctrinam inuicem detestantur, sed etiam ar-
mis decertent. Seditio Antuuerpiae nuper exor-
ta, vbi Lutherani contra Calvinistas arma cepe-
runt, huius rei exemplum suppeditat, quod quidem
factum me tum ad incostantiam atque dissidium isto-
rum cogitandum excitauit, qui tamen suam quis-
que sectam in specie Euangelij tuentur, tum ad
per spi-

perspicendum infinitum Dei iudicium, qui vindicauit se de his inimicis suis: & tandem utraque illa secta vnà cum alijs Anabaptistarum, Adamitarum, & similium pulsa est, salua & incolumi Catholica & prisca religione, atque auitam possessionem retinente.

Alteram, cum hæretici nullū alium Iudicem, quam sacram Scripturam se recipere profiteantur, tamen res eò tandem euadit, ut id solum in medium proferatur, quod Calvinus Calvinistis, Luterus Luteranis, Zuinglius Tigurinis, atque item alij hæresiarchæ suis discipulis scripserunt aut tradiderunt: neque verò interim apud istos aut constantis consensionis sanctorum patrum aut generalium Conciliorum, quæ ex toto orbe ad fidei dogmata sancienda, & quæstiones profligandas coacta sunt, aut perpetui testimonij Christianæ doctrinæ vlla, prorsus ratio habetur, quanuis hæc omnia fuerint tot miraculis, tot sanctorū hominum martyrio, tanta pietate, vitæque probitate comprobata, diuturno denique studio veræ solidæque sapientiæ confirmata, quæ eadē de omnibus erroribus, quos à Christi ortu Sathan vnquam in orbem inuexit, semper magnificè triumphauit.

Tertiam, sacræ Scripturæ translationes amplius septuaginta, eaq̃ inter se plurimum discrepantes, paucis

pauca annis à nonnullis hæreticis prodierunt, cum veteres illi septuaginta interpretes vnam duntaxat, eandemq; penitus consentientem ediderint. Catholica quoque ecclesia multis iam seculis vna tantum vititur translatione, quæ non minus ad animorû catholicorum concordiam, q; ad vniuersi orbis Christiani pacem conseruandam facit: dummodo nè aliæ temerè admittantur.

Quarta, in omnibus sacrorum Bibliorû voluminibus & exemplaribus, quæ hæreticorum opera edita sunt, videre est, non solum plerisque capitibus falsa præscripta lemmata, atque adulterinas inscriptiones, quibus mens longissimè aberrat à diuini verbi intelligentia: verum etiã in margine eiusmodi apposita scholia & glossemata, quæ Christo apertè aduersantur, siue desanctissimo Eucharistiæ sacramento, siue de re alia quauis agatur.

Quinta, maior est illis religio opinionem mutare, & fidei Iesu Christi rationem, mentemque subiectam & obedientem præbere, quam diuinæ Scripturæ verbanegare, mutilare, deprauare, & immutare. Testes sunt mei oculi, atque aures, testes libri Luteri, Caluini, ipsa demique Biblia, si cum prisca translationibus conferantur.

Sexta, Veteres ac sancti Doctores quanuis longissi-

longissimis regionum interuallis inter se dissi-
missi: tamen de Dogmatibus & moribus
Christianis, vno eodemque modo, vnaque qua-
si lingua locuti sunt, & scripserunt: hæretici
autem locis inter se aliqui propinqui & fini-
timi, opinionibus tantum distant, vt alter al-
teri aduersetur, contrariaque sentiat & doceat:
Ità Calvinus Oecolampadij, Oecolampadius
Luteri, Luterus Carolstadij, Carolstadius
Davidis Georgij, Georgius Suencfeldij doctri-
nam oppugnat, ac labafactat: atque idem obser-
uare licet in ijs septuaginta hæresibus, quæ hac
infelici tempestate Diaboli opera, & hominum
scelere ab inferis extiterunt.

Septima, hæretici summo studio libros ve-
terum sanctorum scriptorum comburunt &
abolent: quos tamen magnoperè laudant, vt sci-
licet rudibus hominibus, quos deceperunt, per-
suadeant sua dogmata illorum scriptis fulciri,
& confirmari. Sed vbi ad rem & certamen ali-
quando veniunt, nullus vnquam hæreticus
mibi probare aut ostendere potuit, D. Augusti-
num contra Missæ sacrificium, contra Purga-
torium, contra sanctorum patrocinia, contra
alia denique Christianæ fidei capita scripsisse.
Quod autem de D. Augustino dico, idem de cæ-
teris sanctis patribus intelligi volo: quorum ne
vnam

vnā quidē chartam in linguā vernaculā cōuer-
tendam aut excudendā curarūt, p̄ tot mēdacijs
& tam impijs erroribus & sacrilegijs, q̄ quoti-
diē edūt, vt hac vanitatis offusa caligine, lōgifs-
simē semper à luce catholicæ veritatis aberrēt.

Octaua, nunquā dederunt operam, vt ex
quatuor illis vetustissimis cōcilijs aliquod pro-
dideret in lucem, quauis horum conciliorum au-
thoritatem apud se tantam esse videri velint, vt
in confessione, quam nobis proponebant, ea re-
cipi & admitti à nobis iuberēt. Sed miseros nos,
qui tam stultē ac stolidē ad æternam perniciem à
quatuor hominib⁹ ducebamur: at quibus homi-
nibus? nequissimis, orthodoxæ religionis deser-
toribus, profligatissimis transfugis, perditissi-
mis Apostatis.

Nona, omnes istos recētiore errores iam pri-
scis tēporibus, vt hæreses, sæpius explosos fuisse
didici & cōfutatos. A quibus verò? à sanctissi-
mis nimirum Pontificibus & martyribus, cum
prius à plerisq; Theologis vniuersi orbis, & do-
ctorib⁹ accuratē & grauitè ijdem errores agita-
ti, & postea totiūs ecclesiæ populiq; Christiani
consensus esset consecutus. Videat, quaeso, &
attendat vir doctus, quid de antiquis hæresi-
bus Epiphanius, Theodoretus, Diuus Augu-
stinus (vt cæteros omittam) præscripserint,
siqui-

siquidem hoc verissimum esse demonstrant, vti-
nam & ego illos iam antè legissem.

Decima: vidisse nostra ætate generalem Syno-
dum Tridētinam, ad quam cum sæpius ex omni-
bus Regionibus atque oris Episcopi catholici,
per medias hæreticorum & infidelium provin-
cias atque vrbes profecti, conuenissent, tamen
neque de negotio catholicæ religionis dissen-
serunt, neque mortem metuerūt, (cùm in pericu-
losissimo loco consedisent) neque dignitatis aut
aliarū rerum iacturā vel incōmodum timuerūt,
nulla deniq; vi terreri potuerunt, quo minus ve-
ritatem profiterentur, & veræ reformationis
studio contra cuiusvis potentiā liberè atque for-
titer tuerentur. Contrà, ex altera parte nullus
hæreticorū, quāuis fidem publicam obtinuisset,
& eadem synodus in loco ab illis expetito habe-
retur, ausus est vnquā accedere, vt in medium
suas opinionēs proferret, quæ erant, sicut ipsi ia-
ctabant, ipsamet veritas, ab ipso scilicet Spiritu
sancto profecta.

Vndecima: nullam hæretici inter se synodum,
seu potius conciliabulum egerunt, quod vel ad
vnum mensem duraret, aut probaretur, ac reci-
peretur. Testes sunt conuentus Vormatiensis &
Marpurgēsis sub Carolo quinto imperatore ha-
biti, in quibus diuersarū hæresum ministri nulla
omniñō

omnino ratione in vnam potuerunt ire sententi-
am. Testis rursus, cœtus istorum in pago Possiaco,
nostra memoria collectus, vnde Petrus Mar-
tyr, Beza, & Merloratus inter se mutua con-
tentione discordes discesserunt, nec aliud quid-
quam confectum reliquerunt, nisi pestiferam am-
bitionis facem, quæ penè innumerabilium Gal-
lorum animos & inflammavit antea, & nunc
etiã vehementer inflamat.

Duodecima, Nemo vnquam hereticus Chri-
stianam fidem, seu religionem vsquam primum
statuit, sed contra, institutam euertit frequen-
ter ac sustulit, qui mos istorum est proprius.

Decimatertia, non est inter istos verus ali-
quis historicus, neque quicquam tale à suis im-
primi aut edi permittunt, sed quædam solum
chronica, aut rerum gestarum compendia, quas
ipsi historias ecclesiasticas vocant: in quibus au-
thores, quos adducunt, quo pacto ab rudibus &
imperitis legentur, cum apud illos nec excudan-
tur facile, nec in maternam linguam vertantur,
sed vel supprimantur, vel de medio prorsus tol-
lantur? Prætereo mœdacia, commenta, fraudes,
nugas, tenebras, quibus & clarissimam antiqui-
tatis lucem obscurare, & suam vanitatem aper-
tæ veritati anteferre conantur.

Decimaquarta, Res quæ præter cæteras me
B commo-

commouit, ea est, quod animaduerti id iuris & potestatis, quod Pontifici maximo & Episcopis alijs, quasi pietatis studio ducti, aut, ne Christi auctoritas minuat, veriti, detrahunt, sibi tandem impudenter sumunt atque arrogat, vnde passim diuortia iubent, noua cœnæ Domini (vt ipsi loquuntur) & baptismorum genera & ritus instituunt, plenarias indulgentias, & iubea ijs potissimum elargiuntur, qui sacrilegijs, templorum spoliatione, decimarum prædatione, vrbium oppidorumque direptione, cædibus & omni genere crudelitatis cæteros antecedunt. Quid? nonne ijdem & nouam ministrorū formam excogitarunt, quos Gebennam mittunt, vt nouas sibi bullas ac diplomata impetrent: & catholice fidei, quæ in baptismo Christo fuit obstricta, abiurationem, à singulis exigunt: & publicas pœnitentias iniungunt, & grauitè ac seuerè inquirunt in eos qui decreta & sanctiones minoris & maioris senatûs Gebennensis contemnunt, ac violant: & priuilegia concedunt, quorum beneficio liceat maritis & hæreticis habitum induere clerici, monachi, Episcopi: Bullas dāt, & diplomata ad ineundam beneficiorū, quæ ad ipsos nullo modo pertinet, possessionem. Cuius ministro amplissimam absoluendi tribuunt facultatem sine vllius criminis exceptione. In matrimo-

monijs laxant habenas potestatis, in quouis gradu affinitatis & cognationis, & multitudine vxorum, Mahometano more ac ritu, cum qua sēta his vitæ institutis & moribus ita consentiunt, vt mirandum non sit, si non ita pridem in Pannonia à quopiam Bassaio, & proximè Constantinopoli ab ipsomet Turcarum tyranno, ad pernitiē Christiani nominis auxilium petierunt.

Decimaquinta, vt omnem penitus vitæ libertatem, quæ mera est & turpissima seruitus existimanda, retinerent, antea negabant se, aut à rege, aut à magistratu aliquo ad Missæ sacrificium, ad conciones catholicas audiendas, ad reliqua ea præstanda compelli posse, quæ Deo iam inde ab ipso baptismo sanctè promiserunt: cum tamen ijdem isti noui prædones, posteaquam vrbes ceperunt aut occupatas tenent, quam innumerabiles, & quidem inuitos, & religione repugnantes, tamen gladio & fuste ad illos execrabiles & sacrilegos cœtus vrgeret & compellere ausi sunt? quam multos item immanissimis tormentis excruciatos necârunt?

Decimasexta, ex istorum ministrorū impuro atque impio ore, nihil aliud vnquam audiui, quam cōtratum sacros, tum profanos magistratus cōiucia & maledicta, libros verò similis peulantiæ, contumeliæ, contumaciæ, arrogantia

refertos, fœdissimis atque odiosissimis inscri-
ptis titulis: non virginitatis, pœnitentiæ, ieiu-
niorum, sanctæ paupertatis, votorum, omnium
denique virtutum: cuiusmodi inscriptionibus
veteres scriptores suos libros commendârunt,
ac exornârunt.

Decimaseptima, tantum abest, ut quidquam
cerri ex ipsis acceperim, ut etiã, quidquid mi-
hi dicebãt, id aut impudens mendaciũ, aut frau-
dulentam dissimulationem, aut meram prorsus
hypocrisin esse cõpererim. Quod maximè in mõ-
te Pessulano detentus perspexi, ubi ea mēdacia,
ipsismet authoribus sparsa ferebant, q̄ vix cui-
quam in mentē venire posse videantur. Et qui-
dem his mendacijs & commentis vsi sunt, & ad
exigendas extorquendasq; pecunias, & ad mili-
tes, homines imperitos & simplices, continendos
in armis, quæ quamobrem sumpta essent, ne ipsis
quidem satis constabat.

Decimaoctava, animaduerti tandem, ac sensi
minimè mirum esse, si ad hæreses suas probãdas,
atq; persuadendas, Euangelij: ad ecclesiam labe-
factandam, & euertendã, Ecclesiæ & religionis
nomē vsurparent: cum ad rem bellicã, legitimo-
rum principum & nomine abuteretur, & pote-
statem interim inuaderent, & assumerent.

Decimanona, ex tanto studio verbi Dei, quod
isti

isti sequi se, & explicare iactant, nunquam neque
maiores populorum erga suos principes obser-
uantiam & obedientiam, neque puriorem casti-
tatem, neque maiorem vitiorum fugam, neque
frequentiore sacramentorum usum, neque se-
ueriore vitæ disciplinam, neque victum parcio-
rem, neque vllum denique veræ solidæque virtu-
tis signum aut indicium deprehendi.

Vigesima, existis ministris neminem vidi, qui
tot rebus per vim ablatiis cuiquam suorum reli-
gionem iniecerit, ut eas restitueret: cum catholi-
ca ecclesia non prius potestatem libertatemque, ne
sui quidem corporis, vlli permittat, quæ omnia red-
denda curet, etiam Iudæis, nedum Christianis.

Vigesima prima, Hæresis, ut suam ditionem
tueatur ac seruet, modo Evangelij & religio-
nis nomen, ut dixi, modo peculiaris aduersus
aliquam illustrem familiam contentionis titu-
lum, modo communis boni causam prætendit:
& tamen, quantum commodi attulerit Reipub.
aut quam concordiam, seu religionem pollice-
atur per has rationes & præsidia, quibus hæte-
nus vsi sunt hæretici, luctuosa & funesta Ger-
maniæ, Heluetiæ, Angliæ, Scotiæ, & huius
Regni calamitas docet.

Vigesima secunda, nunquam accepi hæreticos
honestam & legitimam, & bonis rationibus par-

ram victoriam reportasse: semper autem victos
fuisse, vbi nulla fraude proditioneque niterentur.
Eius rei testis est D. Monfortiensis, qui mille
hominibus ad honorem sanctissimæ Trinitatis
distinctis, tum confectis, & Eucharistia sacra-
mento confirmatis & munitis, centum millia
Aragonensium, qui hæreticis Albigenibus au-
xilio venerant, adortus, ad xx. millia interfe-
cit, reliquos fugavit ac fudit, illorum Rege oc-
ciso, cum ex suis catholicis non amplius septem
vel octo desiderasset. Testes Christianissimi Re-
ges Gallie, qui religionis causam ex animo sus-
ceptam contra Arrianos, aliosve hæreticos, aut
contra Sarracenos & Turcas, nunquam defen-
derunt, quin Dei exercituū, qui superbos sem-
per disperdit, auxilio freti, multas & præclaras
victorias obtinuerint. Testis Carolus V. qui vi-
ctor ad flumen Albim exercitum hostium con-
cidit, eorumque Ducem feliciter cepit: vt omit-
tam Heluetios, qui numero quingenti, decem
millia hostium vicerunt, tum, cum est Zwin-
glius interfectus: & illa in Bohemia centū mil-
lia rusticorum celeri interneccione deleta. Iam
de recentibus victorijs nihil dico, quæ & maio-
res, & illustriores extitissent, si à catholicis co-
pijs ea pietate, quā quotidianis institutionibus
catholica docet ecclesia, studioque diuini honoris

pugnātū fuisset, aut si veritātum catholici sine
hereticorū colluviōe, aut sine societate prudēti-
um huius seculi, delecti a l'pliandum fuissent.

Vigesimatertia, ministrorum, quos vocant, &
aliorum hereticorum opera & studio, vidi Cal-
uini ac Bezeæ imagines per totam penē Galliam
diffeminatas, vt in Germania Luteri, Ioannis
Hus, Melāchthonis, cū interim isti nos idolo-
latras appellent, & summa pietate ecclesia sacras
Iesu Crucifixi, Beatissimæ Virginis, & aliorū
sanctorum ac Beatorū signa, imaginesq; propo-
nat, quarū ad spectus nostram memoriā ad re-
ligionem, & omne virtutis exsistat genus.

Vigesimaquarta, Quemadmodum Christiana
& catholica ecclesia sua habet martyrologia,
quibus Apostolorū mors atq; obitus cōtinetur,
& eorū, quos in actis Apostolicis S. Lucas cō-
memorat, vt D. Stephani, & ceterorū, sic hære-
tici sua item martyrologia (si hoc tā honesto no-
mine sunt appellanda, cōposuerunt, q̄ in curijs
& senatibus sunt, nō exempla virtutū, sed cri-
minum ac scelerum cōmentarij, & capitales li-
belli: quibus illorū hominū ob adulteratā pecu-
niā, ob seditiōē, ob hæresin, & alia id gen^o sce-
lera, pœnæ, suppliciaq; à Christianissimis prin-
cipibus decreta atque imposita continētur: &
tamen in ijs ipsis martyrologijs, tantū abest

vt Apostoli, aut alterius sancti cuiuspiam, aut ipsius Christi vitam inferere voluerint, vt propter intestinum in ecclesiam catholicam odium, ne pueris quidē sacro fonte ablutis, Petri, Pauli, Barnabæ, Augustini, Antonij, Francisci, & horum similium nomina patientur imponi.

Vigesimaquinta, In Calendarijs, quæ suis psalmis præscripta & apposita habent, isti pro Christi Natali, Funere, Paschate, proque martyru nece, & festis diebus Beatissimæ Virginis matris Iesu, festos dies Iudaicos collocarunt, homines synagogæ atque vmbre, quàm ecclesiæ ac lucis studiosiores. Itaque apud istos iam complures repies Hebræis aut ethnicis nominibus appellari: vt vel hinc coniecturam facere possis, quo loco habeant Christi legem.

Vigesimasexta, tam dissimilis precandi ratio ac ritus istorum & ecclesiæ catholicæ: siquidem hæretica precatio ab infelicissimo quoque, vel ab aliquo puero in medijs plateis ac compitis, & ex psalmis per Marottum translatis, & multifariam deprauatis habetur, in quorumuis hominum frequentia & colluione: cum nostra catholica in templis habeatur cultui diuino dicatis, idque non semel in die, sed septies, quemadmodum sacris literis admone-mur, adeo, vt ad mediam vsque noctem, cum
maximè

maximè tenebrarum potestas viget, hora nulla
penè præterfluat, quin plurimis in cænobijs vi-
ri, fœminæque seorsum psalmos, laudesque
Domino Deo nostro, torique curiæ cœlesti san-
ctissimè concinant.

Vigesima septima, re ipsa comperi & vidi
omnes hæreticorum conuentus, consilia, era-
ria, eleemosynas, furueglians, vt vocant, mi-
nistros diseniens, diaconos, nil aliud præ se fer-
re, quàm euocatorum militum multitudinem
ad arma excitatam, vt inde videlicet fructus
orientur ij, quos multæ prouinciæ, dum indul-
gent nimis, atque coniuuent, maximo suo malo
sensere.

Vigesima octaua, si quis genus & rationem eo-
rum vel concionandi vel plebis ad arma vocan-
dæ diligenter attenderit, nihil deniquè aliud
ab eis agi reperiet, nisi vt imperitorum vitæ,
animæ, fortunarum periculo & damno, liber-
tatem illam suam & apostasiam tueantur: cuius
retinendæ causa nunc ad arma confugiunt, qui
se nupèr in cænobijs ab omni calamitate, solius
Dei, legumque præsidio defendebant.

Vigesima nona, Animaduerti præterea, in
ecclesia catholica prædicationem verbi Dei
nunquam defuisse, & quidem eo linguæ sermo-
nisque genere, quod ab omnibus posset intelligi,

Et ne in ipsis quidem quantumlibet contemptis
pagis, post Euangelium, recitationem Deca-
logi, Symboli Apostolici, & orationis, Domi-
nicæ: nisi quis fortè populus per fragilitatem
aut aliquam animi peruersitatem audire recu-
sans, apud se consuetudinem hanc tam latè pa-
tentem extinxerit. Illud verò mihi præcipue sti-
mulos ad cõuersionem admouit, quòd cernerem
quàm pulchro ordine ex ecclesiæ instituto p to-
tum annum representatæ, quas Euangelium
describit, actiones Iesu recurrãt: ut nullus tam
Idiota reperiat, cuius animus ad pietatem
accendi non possit ex natiuitate, circumcissione,
apparitione, passione, resurrectione, ascensione
Iesu, missione Spiritus sancti, festo sanctissimæ
Trinitatis, corporis Christi in sacrosancta Eu-
charistia, & aliorũ huiusmodi, quæ ex Dei ver-
bo sancita sunt.

Trigesimo deniquè loco, ut alia multa præ-
teream, istorum qui se novos iactant Euangeli-
stas, & Apostolorum, & qui verè Euangelistæ
fuerunt, quiq; illis successere, vitæ morisque
vniuersi dissimilitudo. Illi enim ab eremis, ab
ieiunijs, ab omni paupertate & castitate ad pro-
mulgandum nobis euangelium prodire, doctri-
nam suam aut expresso Dei verbo, aut veris
miraculis ap p bantes, aut publico legationis sue
testi-

testimonio, ab ijs ad quos apostolicum eligendi
ius, apostolicaq; doctrina perpetua & legitima
successione peruenerat: at verò noui Euangeli-
stæ, à cubilibus plenis incestuum monialium,
quæ Deum ipsum repudiârunt, àb omni vitæ in-
temperantia, sine diuini oraculi testimonio, sine
miraculis, sine legatione, in concionem asscen-
dunt, mercesque suas vendunt quàm carissimè,
siquidem pro simplici catholicoque concionato-
re, qui paupertatem & vouerit, & Dei beneficio
colat ac tueatur, circumueniuntur rudes ad alen-
das vniuersas familias Ministrorum eorumque
diaconorum, surueglians, quibus argentum
à templis fanisque ereptum non fuit satis ad in-
credibilem explendam cupiditatem: catholici
verò submissè sine humanis opibus, sine vi Euā-
gelium disseminârunt, populosque dicto audien-
tes vel ipsis tyrannis reddidere: Isti autem ar-
mis, vi, contumacia omnem defectionem cala-
mitatemq; aggrediuntur inuehere. Illi templa
ædificanda, loca Deo dicata exornāda curabāt:
Isti more Vandalorū, Gottorum, Iudæorū, illa
ipsa demoliuntur, lapides & ornamenta non ad
pietatem, non ad tenuiorū egestatem conferūt,
sed quisq; sibi vendicat ad egressarū ex claustris
Monacharū, lectorum, corporumq; suorum cul-
tum, quæ prius diuino cultui seruebant.

Atque

Atque hæc quidē sunt causæ, quæ me ad pri-
stinam religionem reuocârunt, cū illud eti-
am me acriter incitoret, quòd tandem vidissem
eos, qui inter hæreticos ita reformationis Chri-
stianæ Reip. studiosi videbantur, magis ab ijs
episcopis vel prælatis iuuandis abhorrere, qui
illam studēt inducere. Ità, si quis Monachus re-
bellis sit, multos inueniat adiutores, vt Abbas
tandem aut cedere, aut in perpetuum disceptare
cogatur. Huc accessit, quòd hæreticos homines
animaduertentiam doctioribus, sanctioribusque
Pontificibus, alijsque sacris hominibus, & ijs
religiosorum ordinibus, qui accuratius pauper-
tatem, & reliqua vota excolunt, quique plus
populos doctrina, sacramentis que iuuant & fo-
uent, acriores esse & infestiores inimicos: itaq;
fructus iam hypocrisis & simulationis apparēt,
si cui non planè cor obduruit, intelligentiæ que
lumen extinctum est.

Quibus rebus, alij item multi ad catholicam
se religionem referunt, iamque in Narbonensi
Gallia, demortuis hæreticorum ducibus, qui
rudiores metu continebant, facti sunt catholici
ad quingentos. In eiusdem Prouinciæ oppido
Aquis Sextijs pcurator quidã Regius hære-
sin summa sua voluntate publicè & abiurauit,
& detestatus est. Arelate prætereà vir quidam
nobi-

nobili loco natus, idem omnino fecit. In ea item parte Galliae Narbonensis, quae vulgo Languedoc appellatur, huiusmodi exempla quotidiana cernuntur, ac propemodum iam innumerabiles eo sunt animo, ut ad ecclesiam catholicam edicto aliquo regio reuocari & cogi concupiscant: residet enim in illorum animis nescio quid humani pudoris atque consilij, quod nomen aliquod exsationemque desiderat apud eos, quibus haereticos se fore professi sunt. Tum ego minimus omnium, cum nullius iussum expectare deberem, qui iniussu omnium mea ipse malitia religionem deserueram orthodoxam, ad eandem summo cum animi ardore me recepi, sperans diuinam mihi maiestatem pro sua clementia daturam stabilem, aeternamque constantiam: quocirca & iam te R. P. oro atque obsecro, ut Deum, Sanctosque omnes, ut mihi semper adsint, preceris. Has literas Polyxenae uxori & omnibus propinquis, amicisque nostris cupio esse communes. Deus autem & Dominus noster nobis pro sua benignitate & clementia benedicat, atque ad suum gregem oves reducat errantes, in quibus ego tam diu numeratus sum. Aemione 9. Cal. Aug. 1568.

Vestrae Reuerentiae Frater
obseruantissimus


Ioannes Matthaeus Gryllus.


Haëtenùs ex edito apud Dilingã 1568.
exemplari transsumpta sunt ea, quæ hoc
cõtiuentur libello: id quod hîc propterea
dictum & adiectum volumus, nè quis
inuidus vel recens confictum, vel heri
aut nudu fertiùs somnium tra-
ducat: alioquî sciturus & hoc,
editionem istam ob id po-
tissimùm factam,


Virtutem vt videant, intabescantq; relicta,
Erratum quosquos malè habet cõuersio fratru.

Luc. 5.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem
meam quæ periêrat. Dico enim vobis,
quòd ita gaudium erit in celo super
vno peccatore pœnitentiam agen-
te, quàm super nonagintano-
uem iustis, qui nõ indigent
pœnitentia.







S. oct.
868



Chronologien
Gassandus

2

n

